b Greg⁹. li. iiij. moraliuz. Quatuor modis peccatū ꝑpetrat̄ ī corde. s. suggestione. et hoc ꝑ aduersariū. delectatōe. ꝑ carnē. cōsensu ꝑ spūm. defensionis audacia ꝑ elacionē. Nō sic Rex iuda manasses q̄ ī vinculis se reuertēs ad dñm ⁊ culpam agnoscens. Peccaui inq̄t sup numeruz a vene maris ⁊ ideo tā mirabilē liberacionē meruit vide ī sermone sup̄. xxv. ip̄e me rep̄. ⁊c̄ Quia vt dicit Cassiodor⁹. sup illud p̄s. Confiteant̄ tibi ꝓp̄le de⁹. Qz illis non iudex sed aduocat⁹ ē xp̄s q̄ se ꝓpria ꝯfessione damnant. Quarto debet esse vera nihil addēdo vel minuēdo. Sicut enī qui minuere studet peccatū venia iudicat̄ indign⁹ sic q̄ false supaddit efficit̄ re⁹ Vnd̄ Aug⁹. sup Joh̄em. Cū humilitatis causa mētiris si nō eras pctōr: efficeris. Sequitur. Veritas non ē in te nisi ita te dixeris esse peccatorē vt te esse cognoscas. Eccle. xxxvij. Ante oīa verbū verax p̄cedat te. Deniq̄ ve mūdo senescēti. Cū iā vix repitur vn⁹ de mille q̄ metā veritatis excedit in accusacōne sui. nisi forte ex instinctu vane glorie. sed in excusacōne sui plurimi laborāt ter ꝯmersantes excusantes palliātes. Sicut Cayn inq̄sit⁹ a dño vbi ē abel frater tu⁹. Qui rñdit. Nescio. Nū quid custos sum fratris mei. Et dñs Quid fecisti scz. credēs occultare maleficium tuū. Ecce vox sanguinis fr̄is tui clamat ad me de terra q̄si diceret licet tu taces. pctūm fratercidij alcius votiferat. sic reuera pctōre tacēte pctūm clamat q̄ clamante pctōr silet. Quinto debet esse ītegra non dimidiata vel diuisa. ita ꝙ vni cōfessori oīa dicat. Cū enī sit impossibile ꝙ de⁹ cui⁹ ꝑfecta sunt opa veniā de peccatis mortalibus diuidat ymo nec minimum veniale mortali manēte relaxat q̄ totuz hoīez saluū fecit. ideo necesse ē ꝙ oīa simul ꝯfiteam̄ q̄ ꝓ tp̄e occurrūt memorie. Alioquin nō veniā sed vindictā d̄ fictōe merebit̄. Sicut figuratum est in anania ⁊ saphira. Actuū. v. Qui scz a btō petro requisiti ꝯfessi sunt tm̄ dimidiā ꝑtem precij qd̄ sumpserūt de agro vendito. Vnde in vindictā terribilē ⁊ alioꝝ terrorē ad correptionē petri subito ceciderūt mortui. q̄si verboꝝ ei⁹ feruore intempti. Sic ꝑdet dñs oēs q̄ locunt̄ mendaciū in cōfessione Sexto debet esse humilis ⁊ verecūda intendēs illud ap̄li ad Ro. vj. Quē fractum habuistis in his in q̄bus nūc erubescitis. Dicit enī Gilbert⁹ sup cātica. Et optimū in spōsa xp̄i decoramentū ē verecūdia. Sicut enī naturalit̄ vt dicit Boe. in cōmēto sup cathegorias aristotil̄. Cū hō penitet ex aliq̄ delicto sanguis amic⁹ nature q̄si delictū coopturus tēdit ad exteriora Et hec causa ē cur homo fit rubēs cū verecundat̄ ⁊ sic maiorē recipit venustatem. Sic reuera colorē pulcritudinis supinducit faciei interioris ꝯsciētie. Cum enī veraciter verecūdatur intus omnem erubescentiā forinsecaz abicit sicut magdalena simul omnē calcans pompā seculi Sed multi hodie similes zodomis q̄si fabulam pctā sua recitāt. Alij vero ꝯfusionem non diuinā sed humanaz ꝯsiderātes vt hoīm calūpniā sub refugiant ꝯfitent̄ d̄ q̄bus ait p̄s. Qui hoībus placēt id ē placere desiderant ꝯfusi sunt qm̄ de⁹ spreuit eos. Sicut exēplariter patet in Saule. j. Regū. xv. q̄ scz a samuele duri⁹ increpat⁹ et admonit⁹ ad ꝯfessionē scelez tandē respondit peccaui post varias excusacōes

sed quia cõfessio hec nõ fuit ad emendatõ
nem sceleris sed ad ꝯseruationẽ ꝓprij ho
noris. ideo meruit a dño reprobari imo ⁊
sathane tradi. Vide infra. ¶ Septĩo de
bet esse lachrymosa ꝑ cõtritionẽ vt vera
citer experiat̃ in se illud ꝓpheticũ In fle
tu veniẽt ad me ⁊ in misericordia reducã
illos. Est enĩ lachryma velut lixiuiũ effi
c cax ad abluendas maculas scelerũ quib⁹
vtebatur dauid cũ diceret. Lauabo ꝑ sin
gulas noc. lec. me. ⁊c̃. Sic felix magdale
na sentina vicioꝝ aliquando ꝓcidens ad
pedes Jesu affectu cordiali maculas ei
dem ostensura q̃ nouit omniũ corda. tãta
cõtritione lacrimosa ꝑfusa est vt pedes ri
garet dñicos ⁊ excessus mundaret ꝓpri
os. Naz vt dicit ibidẽ lyra. Tantũ fleuit
vt potuerũt lauari pedes hoĩs vnius nu
dis pedibus incedẽtis. Vnde et nõ solũ
veniam meruit totius culpe sed ⁊ relaxa
tionẽ totius reatus vt dicit ibidem lyra.
Ecce q̃ꝫ ꝑfecte mundata fuerat lachrimis
ꝓprijs vt vere dicere posset sponsus chri
stus. Tota pulchra es amica mea ⁊c̃. ¶
Octauo debet esse nõ ficta sed cũ ꝓposi
to emendandi. Quia dicit Criso. in ome
lia quadã. Cogita o homo grauiorẽ esse
culpã post veniam. renouatũ vulnus pei⁹
dolore post curam. molestius hoĩem sordi
dari post gratiã. Et ideo dñs ait infirmo
Jo. iiij. Vade ampli⁹ noli peccare ne de
terius tibi aliquid cõtingat. Nã. xxxviij.
annis detẽtus ꝓpter peccata sua fuerat ĩ
infirmitate. vt tangit Criso. sup̃ hunc lo
cum. Qui si recidiuũ pateret̃ peiora reci
peret scz eterna supplicia. Sic enĩ ⁊ pha
rao cõfessus est. Exod. ix. dicẽs. Pecca
ui etiã nunc. deus iustus est et ego ⁊ popu
lus meus impij. Qui semꝑ ad vomitũ re
uersus tandẽ mortẽ crudelem excepit et
penam. Talis est cõfessio vsurarioruz ra
ptorũ focaristarũ vota vel penitentiã nõ
ꝑficientium et similiũ ⁊c̃. ¶ Nono debet
esse ꝯfidẽs d̃ venia. p̃s Spera o aĩa mea
in dño qm̃ adhuc cõfitebor illi salu. vul.
me. ⁊c̃. Alioq̃n infructuosa ẽ oĩs cõfessio
Nam iudas sceleratus vera cõfessus est.
Peccaui inquit tradens sanguinẽ iustuz
et hoc cum cõtritione. quia penitẽtia du
ctus ac etiam iniusta restituit. qꝛ retulit
xxx. argẽteos. sed vnũ defuit. Spes ve
nie ꝓpter qd̃ cõfessio minime ꝓfuit. Vñ
desperatio grauior culpa corã deo repu
tabatur q̃ꝫ traditio. Nam traditio veniã
adipisci potuit desperatio vero nunq̃ꝫ.
Et ideo cõsulit Aug⁹. li. de vtilitate agẽ
de penitentie Nemo desperet iudã tradi
torem nõ taz scelus quod ꝯmisit q̃ꝫ indul
gentie desperato fecit penitus intuere.
¶ Decimo erit animo ꝓmpta ad penitẽ
tie susceptionẽ obseruãs mandata sacer
dotum uelut spiritualiũ medicoꝝ. Sciẽs
quoniã infirmus non sequẽs medici ꝯsili
um de morte nõ potest recipere remediũ.
Hinc dauid vere penitẽtis ꝓmptã descri
bens obedientiã ait. Vt iumentũ factus
sum apud te ⁊ ego semꝑ tecum. Ad iumẽ
tum enim nõ ꝑtinent onera taxare vel im
ponere sibijp̃i sed imponẽda patiẽter su
scipere et fideliter portare. Ferunt enĩ de
camelo q̃ flexis genub⁹ onera recipit ad
instructionẽ ꝑfecte penitere volentium.
Psalteriũ istud igit̃ d̃ cacordũ dulcisonã
reddit melodiam qua delectatus dñs lu
dentibus veniã et gratiam pariter ⁊ glo
riam eternã tribuit qd̃ nobis cõce.

Sermo de detestatione septem plicis superbie. xxviij.

Dicit dominus de
us exercituũ. Detestor ego sup̃
biam. Amos. vj. Licet aũt vt di
ximus in psalterio decẽ cõditiones intel
liguntur plene cõfessionis dño deo suaue
sonãtis. Nihilominus tñ ꝑ decez cordas
intelligi debẽt nõ incõgrue decẽ pctã ad
q̃ reduci potest omne genus peccatoꝝ que
scz tacta ꝑ humilem et lachrimosam con
fessionẽ placabilẽ dño reddũt et gratam
symphoniam. Quorũ corda primaria est
ip̃m viciũ superbie. De quo dicit Greg⁹.
Q⁹ euidentissimũ signũ reproboꝝ est sup̃
bia sicut humilitas electorũ. Cuius causa
triplex p̃t assignari. Prima qꝛ velut pri
mogenita sathane specialiter ꝓfert ei ima
ginem et hoĩbus imprimit. Juxta illud

Grego. Apostate angelo homo similis efficitur dñi hoibus esse similis dedignatur Secūda. qz specialiter se cōtra deū erigit Sicut ostendens Bern. super illud .ij. ad Thess. ij. Qui extollit̄ et aduersat̄ sup oē qđ dicit̄ deus. Sic ait. Horret humanus intellectus verbum: vtinā similiter horreat cogitatū malignū pariter et affectū Dico enī vobis qz nō ille tm̄ sed ꝛ oīs superbus extollit̄ supra deū. Vult enī deus fieri voluntatē suā. vult ꝛ supbus fieri suam. iam videt̄ equalitas. Sed vide male cōgruā ꝓportionē. Deus enī in his q̄ rō approbat suā vult fieri voluntatē. Supb⁹ vero sine ratione et cōtra rationem. Dñ deus se rōni et equitati subdit quas supbus supgredi nō veret̄. Et ideo dicit gregoriꝰ. Cū oīa vicia fugiūt a deo sola supbia se deo opponit. qz sicut prima ps prūpit in cōtumeliā sic et vltima pseverat. Tercia causa qz sicut humilitas nō solūz est gratia sed etiā vas quoddā quo diuine gratie ꝓtinetur vniuersitas. Sic superbia nō solū est viciū sed vas quoddā ꝛ sentina oīm viciorz. Nā velut regina pomposa sola dedignat̄ ad hospiciū humanū ingredi. Ideo dicit̄ Eccle. x. Initiū omis peccati supbia q̄ tenuerit eā implebibitur maledictis. Hinc merito dicit dñs. Detestor ego superbiā ꝛc. Cum hoc p̄sertim viciū diuine celsitudini ꝓtrariat̄. ideo dicitur deus resistere supbis qui gratiā dare solet humilibus quā vt cōsequi mereamur et nos p̄occupemus faciē dñi in confessione supbie velut dolo dulcifluo. Nā hāc cordā primā septemplici macula mentem fedantē humanā septiformē sonū confessionis reddere necesse est. Cōgerit̄ enim hec corda primo ex generis nobilitate. Multi pchdolor hodie nobilitate sanguinis intūescunt in quo miseri stulte desipiunt. qz nō caro et sanguis sed mores et virtutes hominē nobilitāt. Nā in veteri lege regū et baronū nobilitas ex virtutibus ortum habuit. j. Reg. xv. Cum esses paruulus in oculis tuis ꝓstitui te regē sup populū meum. In lege quoq̄ gratie papa gregoriꝰ postq̄ paupi scutellā dedit argenteā a do futurus ordinatus est romanus pontifex. Nunc aūt qz in prelatis et dñis maxīe viget impietas signū est euidēs q̄ minīe sint a deo vocati. Ipi inqt regnāt et nō ex me pn. ex et ego nē. Necessario igit̄ relinquitur q̄ false nobilitatōnis feudū a sathana recipiāt supbiā loquor cuz ipe sit. Rex super oēs filios supbie. hac eī nobilitate nature lucifer inflatus sup omnē creaturam exaltari voluit et in oīa inferiora dñari. p cuius solo cogitatu in ictu oculi p̄iectus ir repabiliter gehēnalibus tormētis eternaliter addictus est. Q. ō si cuiq̄ mirū videatur q̄ deus tā nobilissimā creaturā sine spe reparatōnis sic p̄ire permisit. Respō det bonauētura sup. ij. sententiarū dis. vj q̄ in hoc deus oñdit terrificā ꝛ inflexibilē eius iusticiā que tm̄ scipam ꝓseruat q̄ ordinē instituti nullo mō infringat ꝛ m̄ odit peccatuz vt quos charissimos reputauit abiciat. Dñ tam spectandū monstrū diuine seueritatis in angelo nobilissimo ꝛ in hoīe primo quorū vtrunq̄ ppriis manib⁹ plasmauit ꝛ ornauit nobis infirmis appositum vt discamus quantū odit peccatū p̄sertim supbie q̄ p vnico motu cordis nobilissima creatura eternaliter sine spe venie sit damnata. Et p vnico esu pomi adā cum omni posteritate sua duplici mortalitate et tam multiplici penalitati sit subiectus. Q. quid igit̄ somniat so miser homūcio terra ꝛ cinis de tua nobilitate. Detestor inquit supbiā. Secūdo ex sui formositate corpis scz vel habitus. Et prima q̄dē vana secūda falsa. Prouer. vlti. Fallax gratia et vana pulchritudo corpalis. qz multos decipit et ad deuia deducit. Julier id ē humana natura timēs deū ipa laudabit̄. Alioquin ascribit̄ ei illud Prouer. xj. Circulus aureus in naribus suis est mulier. i. humana natura pulcra. q̄ditōne nature sz fatua ꝓpetratione culpe in potestate sathane. nullā ei subterfugit immundiciam sed diuinā accelerat vindictā. Sicut figuratū est. ij. Re. xiij. Horro sicut absalon vir nō erat pulcrior in omni israel a vestigio pedis vsq̄ ad verticem non erat in eo vlla macula. precipue tm̄ eius pulcritudo

relucebat in capillis quos tõdebat semel in anno quibus etiã precio magno ꝓparatis se mulieres ornabãt. Sed diuinã attrende vindictã. Nã vt habet̃ .ij. Re. xviij Cũ elatus corde sup mulã sederet seruos dauid expugnãs ad inuadendũ regnũ paternũ ingressus est cum mulo subter quercum cõdensam ⁊ magnã cui caput ei⁹ adherẽs eo suspenso mulus cui sederat pertrãsijt et pendẽs trib⁹ lanceis in corde fixis interemptus est. Quercus sterilis sed cõdensa fauor est humanus ⁊ caduca gloria mul⁹ corpus cui sedet aĩa. qõ dũ morte trãsit. aĩa ꝑ affectus quasi crines suspẽsa quercui tribus mulctat̃ lãceis. scz. amissione mundane glorie a animaduersione diuine iusticie adictõe eterne miserie. Similiter secũda pulcritudo falsa est. qz palliata. loca diffozmia cõtegẽs. De cui⁹ ornatu dic̃ doctor sanct⁹ scõa scõe. q. clxix. Q⁹ ornatus exterior⁹ nõ causat vicium in his q̃ moderate vtunt̃ fm cõsuetudinem patrie ꝓmunẽ et boim cũ quibus viuit et fm statũ vtentis psone. Nã si mulier ornate se ornat vt viro suo placeat ⁊ a dero gatõne status sui se caueat hoc facere ꝑt absq; peccato Preterea si psona se ornat vt alios ꝓuocat ad sui cõplacenciã ⁊ ꝓcupiscentiã mortaliter peccat. Jeronimus ad eustochiũ. Si vir vel mulier se ornauerit et vultus boim ad se ꝓuocauerit et si nullũ exinde seq̃t̃ dãnũ. iudiciũ tñ patiet̃ eternũ. qz venenũ obtulit si fuisset q̃ biberet. Et hec pestis tñ sordet ĩ vilib⁹ vestimẽtis q̃ntũ in ꝑciosis qz volũtas nõ vestis inculpa est. Si vero se ornat ex q̃dã leuitate vel vanitate nõ tñ excedẽs notabiliter ꝓditionẽ status sui ꝑt dici veniale. Q⁹ si ꝓpter lasciuiã nimiã apponit sollicitudinem ad exteriorẽ cultũ vestiũ aut faciei fucationẽ a mortale nõ excusat̃ cũ scz in cõtẽptũ opificẽ ad ꝓplacendũ boib⁹. crinib⁹ extractis faciẽ suã fuco purpurissa cerusa vel stibio velut pictor artificiosus depingere maculisq; pegrinũ colorẽ subinducere conat̃. Quarũ ꝓmiceria fuit Jezabel. vide infra. Tercio ex dominãdi cupiditate que merito miserrima seruitus est. qz vt dicit ꝓbs hoc maximũ malũ habet ambitio qz nõ respicit deũ vel se aut aliquos sed ꝑ fas aut nephas aut mille picula ad dignitatẽ tendit quã appetit. Et ideo vix aliqs ad eam cõcupitam ꝓuenire queat nisi ꝓius diabolice seruituti se subdat. Marth. iij. Hec oĩa dabo tibi si ꝓcidens adozaueris me. q; de nulla alia temptatõne dixisse legitur. Vnde vix vnq; nisi ab ipis occupat̃ Et ideo ambitio cõueniẽter assimilatur rãpno in parabola relata ab abymelech qui ꝓpter cupiditatez dominãdi. lxx. fratres suos interfecit sup lapidem vnũ. vt habet̃ Judicũ. ix. Est aũt hec parabola Jerũt ligna vt vngerẽt super se regẽ. Et venerũt ad oliuã ꝑ quam secular; quisq; misericordie dedit⁹ opib⁹ intelligit̃. Veni aũt ĩpera sup nos Quibus respõdit. Nunquid possum deserere pinguedinẽ meam qua dij vtunt̃ et boĩes id est opa misericordie ꝑ oleũ signata q̃b⁹ aliorũ cundit paupertatẽ et lucẽ in se diuine gratie nutrit et cõseruat. Talis enim terrenam dominationẽ fugit ne scz ei⁹ occasionẽ bonũ amittat quod frequentabat quia ꝑlatura recipe docet nõ tribuere Secũdo venerũt ad ficum. Ficus est bonus. religiosus cõtemplationis dulcedini deditus. Qui respõdit absolute nõ possũ deserere dulcedinẽ meã fructusq; suauissimos et ire vt inter cetera ligna ꝓmouear diuinã enim cõtemplationẽ ꝓcipiẽs oẽm prelaturã refugit. ꝓpter quã iam gustatã timeret amittere. Vnde et aĩa hmõi in cãticis a sponso christo pulsata ad hũc graduz cõcito respõdit. Exui me tunica mea et quomodo reinduar illa. Laui pedes meos et quomodo inquinabo illos. Denicq; vitis per quam ecclesiastica persona cõuenienter intelligitur cum pura deuotõe misteria sacra frequentans ad acceptandum dominum ĩuitata respõdit. Nunq̃d possum deserere vinum meũ quod deũ letificat et homines. id est puritatẽ cõuersationis qui fructus est vitis huius letificãs deum in tanta frequentatõne misteriorũ ⁊ homines in exibitõne tam preclari exempli Nã sacerdos exemplaris est populo gra-

tissimus recusat enim promoueri ne saltē honores mutent mores. Relinquitur ergo solus Rampnus maledictus qui ī his tribus hominum generibus nullum recusat principatum. Et bene quidē rampno arbusto vili cōparatur. qui spinis durissimis cōdensatus scdm Josephū ignē ad impetum venti naturaliter producit quē folia eius vnctuosa et in autumno sicca egredientē suscipiūt et magnas siluas qñq; cōburunt. Sic omnis ad prelaturā aspirans et laborans ecclesiasticā monasticā vel secularem. hic cōdensatur spinos vicijs ignem discutiens scandalose cōuersationis peruersi tyrannidis ⁊c. Quarto ex iam adepta potestate Sicut ait Bern̄. de lucifero potēte sed inflato ⁊ vindictaz recipiente. De mihi inquit si tam dure in illo potente animaduersum est ꝓ eo ꝙ elatum est cor illius nec ei ꝓfuit ꝙ cognata ē potentib⁹ supbia Quid de me fiet exiguo misero ⁊ supbo. Sicut ille magnus Nabuchodonosor elatus magnitudine potentie qua sibi videbat̄ inuincibilis a dño de regno tam turpiter eijci meruit et vitā ducere bestialem. vide superius sermone. xix. p̄. c. Quinto ex diuitiarū vbertate. qz iuxta p̄s. Prodijt quasi ex adipe iniq̄tas eoꝝ. Unde Job. xv. Cucurrit aduersus deum erecto collo et pingui ceruice armatus. Quid mirū cum honor qui quondam virtutibus exibebat̄ iam exhibet̄ diuitijs Et qd̄ magis ē lamētabile. Sicut dic̄ Seneca. Pecunia ex quo in honore esse cepit uerus honor cecidit. hinc est ꝙ diuites hunc sibi nō virtutib⁹ sed mutatorijs sibi vendicare conant̄. Quib⁹ ait Bern̄. Insipiens qui merces cōgregas in saccū ꝑtusum. qui thesaurum tuū alieno in ore cōstituis. Ignoras ꝙ archa ista non claudit̄ nec seras habet. Unde ꝯcludit idē bern̄. Nunc eāt nūc redeāt qui corpora sua pellibus murium et stercorib⁹ vermiū informant. quia cuz dñs ad iudiciū venerit nō reformabit nisi qd̄ humilitatis ⁊ abiectōnis inueniet. Hinc diues bysso purpura pomposisq; delitijs circūdatus moriens in inferno sepultus est. Quare merito de diuitijs auaris p̄s. redarguēs ait. Filij hominū vsq; quo graui corde vt q̄d dili. va. ⁊c. Respuētes vero laudās ait. Beatus vir cuius est nomē dñi spes eius ⁊ nō respexit in va. et in sa. fal. Nam vanitas est coaceruatio temporaliū. Et insanie sunt vicia exinde ꝓdeuncia quibus decept⁹ antiochus rex impius ⁊ in supbiā elatus tā miserabili et cōfusibili morte ꝑcussus. vt plenius habet̄ in legenda beati Petri ad vincula.. Sexto ex alicuius doni naturalis singularitate. scz subtilitate intelligentie vel corporali fortitudine ⁊c. Naz de primo dicit Bern̄. sup cantica. Sunt q̄ scire volunt eo fine tm̄ vt sciant et turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt vt sciant̄ ipi ⁊ turpis vanitas est. Qui ꝓfecto nō euadent subsannantem satyricū et ei qui eiusmodi est decantantez. Scire tuum nihil est nisi te scire hoc sciat alter. hec ille. Et hi quidā iuxta veridicā domini sententiam amant primos accubitus in cenis et primas cathedras in synagogis et salutationes in foro ⁊ vocari ab hominibus rabby. Septimo deniq; ex diuine gratie vbertate qua scz honestius vel religiosius ceteris viuēs alios despicit seseq; in archano cordis exaltat et humanā laudem affectat. Quib⁹ dñs Math. vj. Attendite ne iusticiam vestrā faciatis coraz hoībus vt videamini ab eis. Alioq̄n mercedē ñ habebitis apud patrē vestruz qui in celis est. Hinc est ꝙ phariseus ille q̄ iustus videbatur orando. grās ago tibi qz nō sū sicut ceteri hominū. Jeiuno bis in sabbato ⁊c. Justiciam perdidit nō impetrauit. adeo vt ei publicanus orās ꝓferretur. Nimirū qz vt dicit Greg⁹. Qui ceteras virtutes sine humilitate cōgregat. quasi in ventum puluerē portat a quo excecatur ne sese agnoscat. Quod a nobis auertat.

Sermo de auaricia que exercetur per sabbati fractionē mendaciū periurium ludum vel symoniam. xxix.

Be qui congregat auariciã malã domui sue. Abacuc. ij. Cũ ꝓsequẽdo de secũda corda locuturi sumus huiꝰ psalterij q̃ dicit̃ auaricia. Merito queri põt. Vtrũ auaricia sit peccatũ p̃sertim cũ hõ naturalit̃ ea q̃ sunt mdi appetit. Cũ qꝛ naturaliter sunt hoĩ subiecta in possessionẽ. tum qꝛ ꝑ ea natura cõseruat̃ humana. et ideo substãtia hoĩs dicit̃. ps. Celum celi dño terrã aũt dedit filijs hoĩm Cũ igitur cupiditas rerum naturaliter aduenit. homini ac inest senectuti alio cuilibet defectui. vt dicit phs. iiij. ethicoꝝ. ergo nõ videtur esse peccatũ cũ ea q̃ naturaliter adueniũt nõ sunt peccata. Ad qd̃ rñdet doctor sanctus scd̃a scd̃e. q. cxviij. ꝙ ea que sunt ordinata ad finẽ aliquẽ necesse est ea cõmensurari fini sicut medicina sanitati. Cũ igit̃ exteriora bona habẽt rõnem vtiliũ ad finez necesse est ꝙ bonũ hoĩs circa ea ꝯsistat in quadã mensura ꝑm ꝙ querit habere diuitias exteriores ꝓut sunt ad vitam eiꝰ necessarie ꝑm suã ꝯditionẽ. Et iõ in excessu huius mẽsure ꝯsistit peccatũ cũ supra debitũ modũ vult eas acquirere vl̃ retinere qd̃ ꝑtinet ad rõez auaricie. Que diffinit̃ esse immoderatus amor habendi Et qꝛ rerũ appetitus inest hoĩ naturaliter vt eoꝝ q̃ sunt ad finẽ. iõ intm̃ vicio caret inquantũ ꝯtinet̃ sub regl̃a sumpta ex rõe finis quã regulã excedit auaricia Et hoc dupliciter. Primo quantũ ad ordinatuz modũ in cõgregãdo vel tenaciter in retinendo. et ꝑm hoc est peccatũ ꝯtra ꝓximũ directe. qꝛ in exterioribꝰ rebus nõ potest vnus abundare nisi deficiat alter cũ a multis simul possideri nõ pñt. Secũdo q̃ntum ad affectũ interiorẽ quã q̃s ad diuitias habet eas immoderate desiderando diligẽdo vel in eis delectando. et sic peccat in seip̃m. qꝛ degenerat affectũ ⁊ amorem suuz q̃ creatus est vt apprehendat et fruatur summo bono scz deo. et sic ex ꝯsequenti peccat in deum q̃ ꝓpter bonũ tꝑale ꝯtemnitur ⁊ postponit̃. Qꝛ subtiliter aũt inimicus ad hoc hoĩez inducit oñdit gregoriꝰ dicẽs. Qꝛ primo sollicitat hominez vt querat necessaria. Cum vero est in ope vt querat supflua. q̃ supfluitas prudentia nuncupat̃ vt sic habeat vñ tribuat necessitatẽ patiẽti. aut future subueniat necessitati vel infirmitati. Et qꝛ difficile est cõsueta relinquere tandẽ exercitatũ affectũ demergit in auaricie questũ. Sed huic ꝓphetico sermone dicit̃. De qui cõgregat auariciã ⁊c̃. De q̃ cõgregat aua. ⁊c̃. glosa. id est qui auare intendit possidere diuitias q̃ sunt causa ruine domui sue. Ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ ẽ auaricia mala et est auaricia iniusta velut funiculꝰ duplex huius corde. Auaricia mala cõtra dilectionẽ agit diuinã male acquirẽdo ⁊ nimis amãdo. et cõtra humanã nimis auare coaceruando et tenaciter seruãdo. De quibus supest vt ꝓsequamur. Nã ꝯtra dilectõnẽ diuinã primo ꝯgregant̃ cũ ꝓpter ea p̃cepta diuina cõtemnunt̃ in violatõe sabbati vel alteriꝰ p̃cepti scz. iurãdo mẽtiendo turpi lucro acquirẽdo. Nã cõtra violẽtiaz sabbati precipit̃. extra de ferijs c. omnes dies dñicos a vespera in vesperã cũ omni veneratõne decernimꝰ obseruari. et ab omĩ illicito ope abstinere. nec mercatũ in eis minime fiat neqꝫ placitum neqꝫ aliq̃s ad mortẽ vel ad penã iudicet̃. nec sacramẽta id est iuramẽta nisi ꝓ pace vel alia necessitate prestent̃. glosa ibidez. Aliqua causa tunc tractari nõ debet nisi pietas suadeat. Ex his ergo ptz ꝙ nullus eoꝝ qui vadũt ad mercata diebꝰ festiuis ex cõsuetudĩe vel lucrãdi cupiditate maxime se subtrahẽdo a diuinis excusatur a mortali. Et hoc idẽ Guil. dicit. Nec excusant̃ venditrices fructuũ ⁊ similiũ que velut aucupes in foro tota die resident si quẽ forsan ad emptionẽ alliciãt cũ earum cupiditas manifeste relucet in ope. Similiter nõ excusant̃ q̃ quelibet venalia p̃ foribus ponũt ad vendendũ ex cõsuetudĩe vel cupiditate. multo minus excusant̃ in diebus festiuis vendẽtes vel faciẽtes serta vel olfactoria ⁊ sil̃ia. in q̃bꝰ nõ solũ relucet auaricia vendentiũ sed ementiũ lasciuia. De his tñ q̃ aliq̃d venale ponũt p̃ foribus ac cũ metu nõ auaricia ducti vel

cõsuetudĩe vel tracti pietatis intuitu scz rogatu requirẽtiũ nihil temerariũ audeo diffinire nisi caute circũspectis in ꝑticulari circũstantijs facti huiꝰ. In generali tñ loquẽdo spero ꝙ excusant̃ hmõi a mortali Preterea nullꝰ excusat̃ a mortali faciẽs opa seruilia id ẽ mechanica diebꝰ festiuis vel ꝑ foribus exponẽs ad vendendũ cum in hoc aꝑte relucet maledicta cupiditas nisi forte qñq; cõtingeret in his q̃ timorẽ dei habẽt ex euidẽti necessitate nõ cupiditate. Si enĩ talia venditõni nõ exponunt requisiti tñ alijs satisfaciũt cũ metu et timore dei ⁊ ex sola pietate sobrie tñ credo ꝙ excusant̃ a mortali dũmõ se nõ subtrahũt a diuinis. In his enĩ ⁊ similibꝰ intuẽda est rei necessitas ⁊ intentõis pietas. Similiter dicendũ est de barbarijs minutoribus ferratoribꝰ equoꝝ ⁊ similibꝰ. Si eĩ ꝑncipaliter ꝓpter necessitatẽ honestã et bonã requirentiũ ꝑsertim quibꝰ seruiũt Credo ꝙ pñt excusari ſm Guil. Sed ꝓch dolor ꝓpter maliciã humanã fere iã oms hec ꝑdicta ꝯflant in fornacẽ auaricie quã ꝓponũt causam ꝑncipalem. et sic semꝑ est peccatũ mortale ꝓdiẽs ex cõsuetudĩe ⁊ lucri cupiditate. Deniq; si viro in hac peste ꝑseuerãte se voluerit saluare sanũ req̃rat cõsiliũ. qꝛ de his cõis regula difficillime dari ꝑt. Preterea secũdo ꝯgregant̃ in iniusticia cõtra deũ in venditõe vel emptõne iurãdo vel mentiẽdo. Pro q̃ sciendum ꝙ quotiẽs vẽditores causa deceptõnis inuani vel mentiunt̃ scienter. peccant mortaliter. licet actu nõ decipiũt qꝛ volũtas hmõi ꝯtra charitatem ꝓximi firmata pctm̃ mortale est. Verũ si nõ causa decipiendi sed se indẽpnes seruãdi iurãt vel mentiunt̃ ꝑt dici veniale. Dicit tñ Hosti. ꝙ q̃ assidue vel ex ꝯsuetudĩe mentiuntur peccãt mortaliter. Si vero ꝑiurãt ẽ mortale qꝛ ꝑiuriũ semꝑ est mortale vt videbitur infra Et ideo bona taliter aggregata vocant̃ a dño mãmona iniq̃tatis. Quia vt dicit Lyra. Mãmon est nomen demonis q̃ tẽptat de diuitijs male ꝯgregandis Similiter ea q̃ turpi lucro sunt acq̃sita s. de meretricio lenocinio. de q̃bus etiã ꝑt fieri elemosina sed non oblatio in ecclesia ꝓpter turpitudinẽ questus. Illa vero q̃ data sunt ꝑ symoniã ꝓpter turpitudinem sceleris nõ sunt restituẽda danti nec retinẽda. sed in pios vsus erogãda. Deniq; de ludo alee ꝑ quẽ intelligit̃ oĩs ludus q̃ innitit̃ fortune q̃ ſm legẽ ꝓhibitꝰ est. Sciẽdum generaliter ſm oẽs doctores ⁊ ꝑsertim ſm bonãuenturã sup. iiij. sen. dis. xv. dicẽte. Q. cũ his luserũt qui rem suã licite alienare nõ pñt. sic̃ furiosi. ꝓdigi ebrij. Juniores. xxv. annis ⁊ maxime pupilli. Itẽ mẽte capti. surdi. muti. ceci. et q̃ morbo ꝑpetuo laborãt. qꝛ tales rebus sup̃esse nõ possunt. Similiter ⁊ serui religiosi. filij familias q̃ nõ habẽt peculiũ castrense. id est illud qd̃ filijs rõne milicie dat̃ a parẽtibus. vel qd̃ in milicia acquirit vel aduocatõne vel aliquo publico officio. Idem est de vxore nõ habẽte res ꝑafernales. i. res ꝑter dotẽ. Idẽ est aũt de administratore reꝝ ecclesiasticarũ q̃ sũt pauꝑm Qui ab istis lucrat̃ restituere tenetur nõ illi a quo lucratus est sed eiusdẽ ꝓcuratori tutori patrifamilias marito ecclesie. et sic d̃ alijs. Scd̃o restituere tenet̃ ei quẽ induxit ad ludendũ alias non lusurũ vel ad ampliꝰ ludendũ cũ iam vellet desistere vel q̃ fraudẽ ꝯmisit ante ludũ iusti de ludo se fingẽs et velud hoĩez q̃ possz decipi cum intendebat decipe vel q̃ in ludo fraudẽ cõmisit quocũq; mõ. Si vero q̃ tractus est ad ludũ lucret̃ nõ tenet̃ ad ludũ se trahenti restituere. qꝛ q̃ amisit nõ est ea dignus recipe sed debet in pios vsus erogare. Sicut et ille q̃ lucratus est ab alio nõ tracto q̃ potestatẽ habuit alienãdi. et sic ꝑtz de mãmona iniq̃tatis ꝯtra diuinã iusticiam ꝯq̃sita q̃ ad bona nõ spũalia. Deinde cũ bonis spũalibus ꝯtra iusticiã diuinã acq̃sitis ꝑ symoniã scz. dic̃ doctor sanctꝰ scd̃a scd̃e. q. c. ꝙ accipe pecuniã ꝓ spũali sacramẽtoꝝ grã est crimẽ symonie q̃ nulla põt ꝯsuetudĩe excusari. qꝛ ꝯsuetudo nõ ꝑiudicat iuris naturali vel diuino. Per pecuniã ergo intelligit̃ oẽ illud cuius ꝑciuz ꝑt pecuniã mẽsurari. Accipe aũt ſm ordinationẽ ecclesie et ꝯsuetudinẽ approbatam

ad sustentationē eoꝝ qui sacramēta mini
strant nō est symonia neq; peccatū. Non
enī accipit̄ vt preciū mercedis sed tanq̄
stipendiū necessitatis. si tñ desit intentio
venditōnis et emptōis nec ab inuitis vel
pauperibus exigat̄ ꝑ substractionē spiritua
lium q̄ sunt exhibēda ⁊ oī pacto cessante
Idē iudiciū de dātib⁹ siue a manu vel lin
gua vel ab obsequio. Nā munus a lingua
dicit̄ laus ꝑtinēs ad fauorē humanū vel
p̄ces ex q̄bus acquirit̄ fauor humanus ad
q̄s si ꝑncipaliter tendit symoniā ꝯmittit.
b Notandū aūt ꝙ ꝓut sufficit instructōi
nostre tripliciter symoniā ꝯmittūt hoīes
scz in adeptōne beneficioꝝ. in receptōne
sacramētoꝝ. et in assumptōne status reli
gioso ꝝ. Quantū ad primū dicit doctor
sanctus ibidē. ꝙ q̄ principaliter intendit
fauorē humanū captare vel p̄ces porrige
re ex quib⁹ acquirit̄ fauor humanus vt ex
audire mereat̄ symoniā ꝯmittere videtur
q̄tomagis si ꝓ indigno preces porrexerit
q̄s etiā ꝯferēs si exaudierit ip̄m factū est
symoniacū. ve igit̄ his q̄ filios suos ꝓmo
uent vel ꝓmoueri ꝓcurēt nondū annosos
nōduz literatos nondū idoneos. Q⁊ si ꝓ
digno petit̄ nō tñ qꝛ dignus est sed qꝛ ꝓxi
mus. et ꝯferens exaudit fauorē respiciēs
humanū nō ꝑsone dignitatē vterq; symo
niā ꝯmittit ex intentione. Deniq; q̄ ꝓ se
regat vt obtineat curā animarū ex ip̄a p̄
sumptōne reddit̄ indignus licet dign⁹ fue
rat. Potest tñ qui indiget ⁊ dignū se sen
tit ꝓ se petere beneficiū sine cura. Quid
aūt agendū sit cū beneficio symoniace su
scepto. Rñdet ibidē doctor sanct⁹ dicens
Q⁊ nullus licite retinere p̄t qd̄ ꝯtra volū
tatē dei acq̄siuit. puta si aliq̄s dispensat̄
de rebus dñi sui daret alicui ꝯtra volūta
tem eius ille q̄ acciꝑet licite retinere non
posset.. Dñs aūt cuius ecclesiarū prelati
sunt dispensatores ordinauit ꝙ spiritua
lia gratis darent̄. Math. x. Gratis acce
pistis gratis date. Qui ergo muneris in
teruentu spūalia quecūq; ꝯsequit̄ ea licite
retinere nō pōt. Preterea si sciēter ⁊ spō
te q̄s symoniace recipit ordinē vel benefi
ciū non solū priuat̄ eo qd̄ accepit scz vt ca
reat ordinis executione et beneficiū resi
gnet cū fructib⁹ inde ꝑceptis. sed etiā ad
restitutiōz fructuū q̄ ꝑcipi potuerūt a pos
sessore diligēti deductis ⁊ tñ prius expen
sis. Si vero eo mō volēte nec sciēte ꝑ ali
os etiā ꝓmotio symonice ꝓcurat̄ caret q̄
dem ordīs executōe ⁊ tenet̄ resignare be
neficiū cū fructib⁹ nō tñ tenet̄ restituere
fructus ꝯsumptos quā diu bona fide pos
sedit. Quantū vero ad receptionē sacra
mentoꝝ. Sciendū generaliter ꝙ qñcunq;
recipit̄ sacramentū aliqd̄ scz baptismi vel
absolutōis vel cū ꝓcurāt fieri missas q̄scū
q; cū aliquo pacto interueniēte symonia
semꝑ cōmittit̄. ita ꝙ vt dicit sanct⁹ Tho
mas sup. iiij. dis. ij. Adultus baptisandus
in articulo necessitatis potius manere de
bet sine baptismo quā ꝯmittere symoniā
qd̄ tñ sacramentū est maxime necessitatis
Et puer potius a laicis debet baptisari q̄
symoniā ꝯmittere. Tercio vero q̄tum ad
symoniā religioso ꝝ. Notandū ꝙ qd̄cūq;
in ingressu religionis interuenit pactum
vel taxatū est q̄tū ingrediēs dare debet
symonia est nec solū sed in eodē monaste
rio licite remanere nō potest. sed similit̄ si
recipiētes ꝯditionē expresserint de dan
do. et recipiēdus tacuerit ⁊ sic ingressus
fuerit vt plenius habet̄ in ꝯstitutōe vrba
ni pape quinti. q̄ incipit. Ne in vinea dñi
vbi insup oēs dantes ⁊ recipiētes excōi
cat ita ꝙ absolui nō p̄nt sine sedis apl̄ice
licētia speciali. Secūdo agit ꝯtra diui
nā iusticiā inferiora nimis amādo posses
sa quo ꝑducit̄ ad ꝯtemptū diuine seruitu
tis. Negat enī exhibere deo summū amo
rem in affectu eo ꝙ cor eius quasi ꝑ affe
ctum sepultū est in thesauris suis Math.
vj. Vbi est thesaurus tuus ibi ⁊ cor tuū.
Et ideo dicit apostolus auariciā eē serui
tutē idoloꝝ. Ephe. v. Nā inclīatio hmōi
ad terrena est idolatrie exhibitio. Incli
natio enī est amor vt dicit Dyonin⁹. Cū
igit̄ cernit pulcrā domū vineā ⁊ sic d̄ alijs
ꝑ affectū amoris inclinat caput cordis et
talē reuerentiā interi⁹ ocibz terrenis reb⁹
mūdi qualē verus fidelis deo p̄bet in ima
gine crucifixi. Et ideo dicit Jeronim⁹ ad

rusticū monachū. Ridiculū videt q̄ aliq̄s iudicet idolatra q̄ duo grana offert creatureq̄ deo debuit offerre, et ille ñ iudicet idolatra qui totū seruitiū vite sue qđ deo debuit offerre offert creature. Dec ille. Nā in ecclesiastitutis ꝛ oꝛōne talib⁹ respōdet dñs. Dic ꝓpius labijs me honorat coꝛ ꝛc̄ Et siquidē bona hoīs isti⁹ iuste sint acquisita ꝓpter inordinatū tñ amoꝛē sūt damnabilia. vt ptz de adolescēte diuite q̄ obseruatis mādatꝫ dñicis audiuit a dño Si vis pfect⁹ esse vade vende ꝛc̄. ꝛ abijt tristis. Sermo. xxx.

Sermo de auaricia que exercetur per vsuram occultam vel manifestam.

Thesaurizant iniustū mala capient in interitu. ps. cxxxix. Tulli⁹ ꝓmo de officijs ait đ laude iusticie. Q.ꝛ iusticia virtutis splendoꝛ est maxim⁹ ex q̄ boni viri iusti noīant. Quā sectari docꝫ Seneca in li. de q̄tuoꝛ virtutibus dicēs. Quisq̄s iusticiā sectari desideras. Primo deū time ꝛ ama vt amaris a deo. Amabis enī deū si in hoc illū imitaberis ꝛ velis ꝙd⁹ ꝓdesse nulli nocere ꝛ, tūc te virū iustuꝫ appellabūt oēs. frequenter venerabunt̄ ꝛ diligēt. Ecōtra vero pctm̄ iniusticie sentina vicioꝝ est ꝛ dedecus humane rectitudis. Dinc enī vbi ꝓhibꝫ dñs Deut. xxv. Diuersis vti ponderib⁹ ꝛ mēsuris stati adiungit. Abhoīabit ei dñs eū q̄ fecerit hec ꝛ aduersat oēꝫ iniusticiā. Mirū q.ꝛ iust⁹ dñs ꝛ iusti. di. Et siquidē iniustus in hac vita floꝛere videat ꝛ ꝓsperari. Virū tñ iniustū mala capiēt ī interitu Nō solū iniusti punient̄ sꝫ ꝛ reliquie eoꝝ interibūt. qꝛ nullū pctm̄ ita serpit ī posteros sicut iniusticia q̄ velut hereditario iure transfundit. Et loquit̄ hic ō iniusticia q̄ cōtra hoīes ꝓmittit iniuste in coacerua-tōne tpa liū. De qua scꝫ ordie debito sup est vt ꝓsequam. Nā ipa pficit ꝓ quandaꝫ inequalitatē ad alterū ꝓut q̄s habere nititur plus de bonis ꝛ min⁹ de malis. Q.ꝛ si fiat cū cōsensu rōis semꝑ est ꝓtra charitatē. et iō semꝑ est moꝛtale pctm̄. vt dicit doctoꝛ sanct⁹ scđa scđe. q. lix. Nisi forte ꝓ ignoꝛantiā acciderit facti non iuris: qꝛ nō excusat. Nisi etiā excusēt iniusticia a moꝛtali q̄ in aliq̄ quo excedit de q̄ ꝓbabiliter credit q̄ alter inde nō ledat nec ei displiceat. Et qꝛ ꝙ exigit restitutionem si vult mereri veniā. ideo summe laboꝛandū est ad plenā ei⁹ noticiā ꝛ salubrē cautelam. Illoq̄n virū inustū ꝛc̄ Iniusticia aūt q̄ fit ꝓtra ꝓxim ad restitutionē exigit ꝓsequētes quā duplicē inuenimus. Nam prima ꝓ vsurā exercet. Secūda ꝓ fraudē. Prima vero detestabilioꝝ iudicat velut pctm̄ qđā immēsurabile. et hoc ex trib⁹. Primo ex pte tpis cui⁹ nec momentū tā sanctū tā celebꝛe repit̄ qđ absq̄ vsuris expendere velit vñ et doꝛmiēs eā exercere cōuincit. Secūdo ex locoꝝ ꝓsona. Cū enī tm̄ locū vnū occupare ꝑt. in plurib⁹ tñ locis cū diuersis ꝓsonis vsurā exercet. Tercio ex affectu q̄ insatiabilis est. et ideo cū infinitis milib⁹ eā exercere desiderat cuꝫ foꝛnicatoꝛi sufficit vna ꝓsona. Ecce q̄ ꝑceps festinat ad inferos oē rps in peccatis expendit ꝛ filios imolat demonijs dū bonis hereditāt iniustis. Dñ ꝓpter enoꝛmitatē hui⁹ vicij antiquit⁹ vix aliq̄s fenoꝛator iueniebat nec fenerabat ille nisi data fide q̄ nō publicaret. Q.ꝛ si forte de eo talis oꝛiebat suspitio dicebat. Dom⁹ eius domus diaboli. et vinea ei⁹ vinea diaboli ꝛc̄. Osculū pacis nō dabat ei in missa nec ignis sumebat in domo ei⁹ a vicinis. pueri ad occursū ei⁹ expauescebāt ꝛ alterutro digito demonstrabāt. Sꝫ ve mūdo vergēti in senīū. Nūc enī ꝓpter diuitias iniq̄s fere ab oīb⁹ honoꝛant nec ampli⁹ dedecus reputat̄ ꝓpter inualescentē ꝙsuetudinem.

Sed nunq̄d ꝙsuetudo vicij grauitatem auferre ꝑt ꝛ nequaq̄. Et enī scriptū est in decretis. dis. viij. c. mala ꝙsuetudo nō minus q̄ ꝓnicioſa coꝛruptela vitande est q̄ nisi citi⁹ radicitus euelat in ꝓuilegioꝝ ius ab impijs assumit. Dinc ei ab ecclesia tāq̄ mēbra putrida ꝛ abhominabilia manifeste sunt abscisi. Precipit̄ ei extra de vsuris. c. qꝛ in oībus Cōstituim⁹ vt vsurarij manifesti nec ad ꝙmunionē admittant̄

altaris. nec christianā si in hoc pctō decesserint accipiūt sepulturā. donec scz reddāt qd tā praue receperint. Et ex̄ e. c. Cūtu. Illi aūt q̄ in facultatibus nō habent vnde valeāt vsuras soluere nō debēt vlla pena mulctari cum eos nota paupt̄as euidenter excuset. Preterea peruenientes ad p̄ticularia. Primo q̄ri p̄t. vtrū pecuniā accipe liceat sub vsura p̄sertim cuz hmōi dare videat̄ alteri occasionē peccādi Ad qd rn̄det doctor sanct⁹ scda scde. q lxxvj. q̄ inducere hoīem ad peccandū nullo mō licet. vti tn̄ alteri⁹ pctō ad bonū licitū est. qz deus vtitur oīb⁹ peccatis ad aliqd bonū. Ex quolibet enī malo bonum aliqd elicit. vt dicit Aug⁹ in encherid. Et ideo licet ab eo q̄ ad hoc p̄atus est facere et vsuras exercere ꝓpter aliqd bonū qd ē subueniēdo sue necessitati vel alteri⁹ non aūt ꝓpter aliqd illicitū scz ad ludendū ⁊ c̄

Notandū ergo q̄ vsura quantū ad materiam nō est circa res quarū vsus nō est earꝝ cōsumptio nec dominij earū trāslatio sicut vsus domoꝝ agroꝝ et similiū. Et iō datū est aliqd accipe ꝓ vsu taliū. Sed est circa res quarū vsus est earū ꝯsumptio et dominij trāslatio. sicut vinū triticū ⁊ similia. Pecunia vero s̄m ph̄m in. v. ethic̄. et in p̄mo politic̄. p̄ncipaliter est inuenta ad faciēdas cōmutatōes ⁊ ita p̄ncipalis ei⁹ vsus est ei⁹ cōsumptio vel distractio ⁊ sic transfert̄ ei⁹ dn̄iū ⁊ ꝑ ꝯsequēs circa eam vsura ꝯmittit̄. Cōcludit ergo doctor ibidem q̄ q̄ ꝓ pecunia mutuata vel alia q̄cūq̄ re q̄ ex ip̄o vsu ꝯsumit̄ pecuniā accipit vel aliqd aliud vltra sortē cui⁹ p̄ciū mensurari pecunia p̄t ex pacto tacito vel exp̄sso peccat ꝯ iusticiā ⁊ vsurā ꝯmittit. Qd expressius on̄dit̄ in decre. xiiij. q. iij. c. plerique. vbi dicit. Esca vsura est. vestis vsura est. ⁊ qdcūq̄ sorti accedit vsura ē et qd velis ei nomē imponas vsura est. Preterea qd grauius est. sola spes lucri fac̄ vsuram. Sicut habet̄ ex̄ e. c. ꝯsuluit. Vbi dr. q̄ ꝓ intentōe lucri quaz hn̄t etiā cessante oī ꝯuentōe cū oīs vsura ⁊ sup̄abundātia ꝓhibet̄ in lege iudicādi sunt male agere et ad ea q̄ taliter sunt accepta restituēda in animarū iudicio efficaciter inducēdi. vn̄ si sub spe recipiēdi p̄ncipaliter mutuat alias nō mutuatur⁹ quicqd etiā gratis accipit vsura ē. Thomas vbi supra. Nihil est ibi exigendū vel expectandū nisi beniuolētie affect⁹ q̄ sub estimatōe pecunie nō cadit nec p̄t eū obligare ad mutuū in posterū faciendū. nec debet gratis ab eo mutuū exigere alicuius rei cui⁹ vsus p̄cio estimari p̄t. qz esset vsurariuz nisi forte talis res esset cuius vsus sine p̄cio ꝯcedi p̄t inter amicos. Si tn̄ munus ab obseq̄o vel a lingua nō quasi ꝓ obligatōe rei sed ex beniuolētia exibeat̄ q̄ sub estimatōe pecūie nō cadit licz hoc accipe exigere vel expectare. Deinde ad maiorē euidentiam. Sciendū q̄ duplex est vsura scz mutui et cōtractus. Vsura mutui est quicqd ī mutuo sorti accedit intentōe p̄cedēte vel pacto. Vn̄ si dn̄i molendinarū mutuant pistoribus ita q̄ molēt dū taxat in eoꝝ molendinis s̄m Guil. vsurā ꝯmittunt. Accipiunt enī vltra sortē aliqd ⁊ auferūt debitorib⁹ libertatē molēdi. Si tn̄ debitores ꝓpter hoc nō sunt damnificati nō tenent̄ ad restitutionē nisi quantū estimari debz illa libertas pēsatis circumstātijs laboꝝ et expensarū. Et simile est de alijs artificijs ⁊ mercātijs que si ꝓpter necessitatem solutōis pacto tacito vel expresso debitoribus auferūt emendi libertatē ab eis a q̄bus etiā minori p̄cio ꝯparare potuissent vsurā ꝯmittūt ⁊ tenent̄ ad restitutionez. Sil̄r si p̄tereunte termīo solutōis ei⁹ ꝓlōgationē creditores indulgere recusant. nisi data pecunia vel aliq̄ equiualēti licet expresse non exigant vsura est vt habetur extra eo. c. consuluit. De cōmunitatibus quarundam ciuitatum que ponūt ad vsuraz pro cōmuni vtilitate. Dicit Ray. q̄ oēs quoꝝ autoritate ⁊ cōsilio fit vsurarij sunt sil̄r et cōsentiētes. Illi tn̄ nō tenentur ad restitutionē nisi q̄tū ad eos p̄ueīt vel q̄tū releuati sūt ab expēs q̄s fecissent de suo. Qui vero p̄stiterūt autoritatē vel p̄ceptū ⁊ hmōi ad vsuram ita q̄

alias ciues eã minime fecissent tenent̃ in solidũ. Vñ ſm ra. Sicut aliq̃s accipe ꝓhibetur vſuras nomĩe ſuo ita ⁊ alieno, vt ptz etiã euidenti⁹ in decretis dis. xlvi. Sicut nõ ſuo nec alieno noĩe aliq̃s cleric⁹ exercere fenus attemptet. Indecẽs est enĩ crimẽ ſuũ alienis ꝯmodis impẽdere. Gloſa ibidẽ. Si aliq̃s tutor fecerit vſuras nomine pupilli finito officio petere poſſum vſuras a tutore. qꝛ ꝓ alio peccare nõ debuit. Vñ tenet̃ ad reſtitutionẽ ſi ille cuius noĩe fecit nõ eſt ſoluẽdo vel reſtituere nõ velit. Attendãt hec qui bona pupillorum vel ꝯmunitatũ ponũt ad vſurã. decimam ꝑtẽ annue recipiẽtes donec capitale recipiant qđ eſt vſura manifeſta cũ recipit aliquis extra ſortẽ. De hinc videndũ eſt de vſura q̃ fit ꝑ ꝯtractũ in emptõne ſcz et venditõne. Circa quã primo queri poteſt vtrũ liceat aliq̃d carius vẽdere q̃ꝫ emptũ ſit. Ad qđ rñdet Piſanus ꝙ hoc eſt licitum in aliquib⁹ caſibus. Primo ꝓpter bonũ ꝯmune. Sicut Joſeph tꝑe fertilitatis emit frumẽta vt haberet vnde ꝓuideret egiptijs tꝑe famis. et hoc ꝓpter intentõz bonã meritoriũ eſt. Secũdo ꝓpter ꝓuiſionẽ ſuã ⁊ ſuoꝝ cũ ſcz ſibi ꝓuidet timens ne poſt oporteat emere carius. ſed qꝛ nõ indiguit poſtea vendidit ſicut in foro ꝯmuniter vendetur. Tercio ꝓpter pietatẽ vt de lucro ꝓuideat pauꝑib⁹ dũmõ tñ moderate facit vt nõ ledat̃ inde cõitas ꝑ chariſtiam. Quarto ꝓpter exercendã iuſtã cõmutationẽ ꝑ modũ mercatõis nõ ꝙ intẽdit inducere chariſtiã ſed ſuã negociationẽ exercere qđ potiſſime locũ habz cũ hec ſit ꝓpria negociatio eius ita ꝙ ꝓ ſua opa lucrum recipit. Et ſm Tho. ſcđa ſcđe. q. lxxvij. Nihil ꝓhibet lucrũ ordinari ad aliquẽ finẽ neceſſariũ vel honeſtũ vt ſic negociatio licita reddat̃ nec lucruz expetit quaſi finẽ ſed q̃ſi ſtipendiũ laboꝝ. Si vero ꝓpter auariciã fit vt chari⁹ vẽdat nulla alia neceſſitate penſata vel vt chariſtiam inducat ⁊ ꝯgreget ita ꝙ hoĩes cogantur ab eo emere ⁊ ipe poſſit ad libitũ vendere ⁊ talis enormiter peccat. Similiter et mercatores q̃ ꝯueniũt inter ſe vt certo precio vendãt vel ꝙ vn⁹ ſolus tales merces vẽdat ad extorquendũ pluſq̃ꝫ iuſtũ eſt id ẽ moderatũ lucrũ Si vero q̃s impetrat in ciuitate ꝙ aliq̃s merces ſibi ſoli vẽdere liceat ſm leges bonis ſuis expoliari debz et exilio ꝑpetuo dãnari. Secũdo ꝑt q̃ri vtrũ liceat carius vẽdere q̃ꝫ valeat. Rñdet doctor ſanct⁹ ſcđa ſcđe. q. lxxvij. ꝙ carius vẽdere vel vili⁹ emere rẽ q̃ꝫ valeat iniuſtũ eſt ⁊ illicitũ niſi res q̃ vendit̃ cedat ĩ detrimentũ vẽditoris q̃ illa re multũ indiget ⁊ tũc reſpiciendũ ẽ damnũ qđ hz ex vẽditõe. ꝙ ſi emptor multũ iuuet̃ ex re empta ⁊ vẽditor nõ dãnificat̃ tũc nõ dz ſuꝑ vẽdere. qꝛ vtilitas q̃ alteri accreſcit ñ ex vendẽte ſz ex ꝯditõe emẽtis pẽſanda eſt. Seq̃t̃ ibidẽ. q. lxxviij. Si q̃s cari⁹ vẽdit q̃ꝫ ſit iuſtũ vt de pecũia ſoluẽda emptorẽ expectet. vſurã ꝯmittit. Sil̃r ſi vili⁹ emit eo ꝙ pecuniã añ ſoluit. Multo plus peccãtq̃ pauꝑes neceſſitate cogẽte ſua vendẽtes euiſcerãt. emẽtes ea mĩori ꝑcio q̃ꝫ iuſti ẽ. alias nõ empturi ſz ſolo vicio cupiditatis ducti. Preterea ſciendũ ꝙ dic̃ glo. xiiij. q. iiij. c. q̃cunq̃. Si q̃s vẽdit merces q̃ mõ valẽt q̃tuor ⁊ facit pactũ ꝙ ei dent quinq̃ꝫ ad aliquẽ terminũ ꝑfixũ. nõ eſt vſura ſi dubiũ ẽ q̃ꝫtũ valere pñt ad illũ terminũ ⁊ h intelligit̃ ſi tꝑe ꝯtract⁹ nõ erat venditur⁹. Alioq̃n eſt vſura maĩfeſta. ex̃ đ vſuris. c. in ciuitate. vbi dicit̃. ꝙ licz hmõi ꝯtractus ex forma nõ poſſit cẽſeri nomen vſurarũ nihilomin⁹ tñ venditores peccatũ incurrũt niſi dubiũ ſit merces illas pl⁹ minus ve ſolutõnis tꝑe valituras. et ideo ciues tui ſaluti ſue bene cõſulerẽt ſi a tali cõtractu ceſſarent cũ cogitatõnes hoĩm oĩpotenti deo nequeãt occultari. Deniq̃ꝫ cõcludendo qui ſolum ad hoc emit vt carius vendit negociator eſt de q̃ dicit Criſoſto. ſuper Math. xxj. Quicũq̃ꝫ rẽ cõparat vt integrã ⁊ immutatã vendẽdo lucretur ille mercator eſt qui đ tẽplo eijcit̃. Ex quibus liquet ꝙ talis negociatio ſit illicita niſi forte merces in aliquo meliorauit. vel qꝛ preciũ rei immutatũ eſt ſcđm diuerſitatem loci vel temporis vel propter ꝑiculũ quo ſe ſuaq̃ꝫ expoſuit trãſferendo et

scdm hoc nō est iniusta nisi finē eius poneret auariciā. Hi vero q̄ tanq̄ aucupes in plateis residēt ⁊ bona venalia p̄occupantes ex oīb⁹ sibi cōparāt vt in eodē loco et tp̄e maiori vendāt p̄cio hi inq̄ sunt iuxta verbū sapiētis q̄ animā suā finalē habent et enormiter peccāt. De his igit̄ scriptuz est Apoc. xiij. vbi dicit̄ q̄ diabol⁹ p̄ suggestiones suas aget ne q̄s possit emere aut vēdere nisi qui hz caracterē aut nomē bestie in manu id est op̄e. et in frontib⁹ id est verbo. Ad tantā enī falsitatē deuenit malicia xp̄iana q̄ iā negociari nō valet quis nisi p̄ fraudes. vsuras. mēdacia. p̄iuria. fide. fractōnes ⁊c̄. Sed audiāt q̄d eis reseruat̄ in futurū. Apoc. xix. Qui accepit caracterē bestie ⁊ q̄ adorauerūt imaginē ei⁹ viui missi sunt in stagnū ignis ardētis

Hinc q̄ri p̄t. vñ viuet vxor viro in iniusticia bona ꝯgregāte rñdeo q̄ si sunt aliq̄ iusta bona illa ꝯsumet. Si nō vl̄ita mixta sunt iniustis vt discerni nō p̄nt aliūde victū querat. scz vel ab aīcis vel op̄ando l̄ mēdicādo vel de spōsalib⁹ et dote sue vel nūciet ep̄o vt cogat virū vt eā nutriat d̄ iustis. in articulo tñ necessitatis p̄t d̄ iniustis viuere. p̄tius tñ ad solā necessitatē vt tūc quicq̄d expēdit aīo doleat et p̄ponat q̄cito poterit restituere. Potest etiā viuere de p̄cio rerū raptarū si marit⁹ essz alias soluēdo. qz p̄ciū rei furte nō est furatū. sec⁹ essz si p̄ h̄ fieret nō soluēdo

Sermo de auaricia que exercetur per fraudē dilatā solutionez vel auarā custodiā. xxxi.

Verum iniustū mala capient in interitu. p̄s. cxxxix. Sicut dic̄ doctor sanct⁹ scde scde q. cxviij. Auaricia prout opponit̄ iusticie tūc ex suo genere sp̄ est pctm̄ mortale. sic enī ad auariciā p̄tinet q̄ iniuste accipiat vel retineat res alienas. Sed vt opponit̄ liberalitati q̄ ꝯstituit mensurā rōis p̄ncipaliter quidē in interiorib⁹ affectōnibus et p̄ ꝯsequēs in exteriori ꝯgregatione. cōseruatōne et dispensatōe rerū sic importat auaricia inordinatū amorē diuitiarū qui scz si prefert̄ amori diuino. solus sufficit ad damnationē. Sicut oñdit domin⁹ Marc. x. et Math. xix. Accessit eniz ad eū adolescēs q̄ ait. magister bone q̄d boni faciā vt habeā vitaz eternā. Et dñs. Si vis vitā ingredi serua mādata. hec inq̄t oīa seruaui a iuuētute mea. q̄d adhuc mihi deest. Jesus aūt intuit⁹ eū dilexit. Ex quo sumit Beda ⁊ alij quidē expositores eū dixisse verū ⁊ seruasse mādata. Et Jesus viā p̄ponēs p̄fectōis. Si vis inq̄t p̄fectus esse vade ⁊ vēde ⁊c̄. Quo audito tristis abijt. qz multas possessiones habuit q̄s nimis dilexit. et sic eū sol⁹ amor diuitiaꝝ a xp̄o sep̄auit. Ita vt diceret dñs Facili⁹ est trā. ca. p̄ fora. ac⁹ q̄ diuitē ī diuitijs suis ꝯfidentē in regnū dei. Vbi dic̄ Aug⁹ ī q̄stio. euan. Cū aūt pauci sint diuites ī ꝯp̄atōe multitudīs pauꝑm. intelligēdū est q̄ oēs q̄ diuitias cupiūt ī diuitū numero haberi discipuli aduerterūt. Auditz aūt his mirātes rñderūt Quis ḡ poterit saluus fieri? Viderūt nāq̄ totū genus humanū ad affectū terrenoꝝ p̄cliuū. Sed audiāt miseri p̄pheticū illd̄ Apoc. viij. Ve ve ve habitātib⁹ in terra. qz descēdit ad vos diabol⁹ ⁊c̄. De primū mortis corp̄alis. Juxta illud Eccl. xlj. O mors q̄ amara est memoria tua hoī iniusto ⁊ pa. h. in substātia sicut [illegible] q̄ destruxit horrea vetera ⁊c̄. De scdm iudicij generalis. Jaco. iij. Thesaurisatis vobis scz in aggregatōne iniusta tp̄aliū irā in nouissimis diebus De ter[illegible]ū supplicij eternalis p̄pter pctā multiformia q̄ cōiter comitant̄ ⁊ sequunt̄ diuitias quare merito dicit p̄s. Virū iniustum. Cum in precedentibus declatum sit de iniusticia que contra deum perficitur in aggregatōne temporaliū et cōtra homines per vsuram. Jam restat videre de iniusticia que fit per fraudem et auaram retentionem. Nam per fraudem exercetur in rerum cōmutatōne. De quo dicit doctor sanctus scda scde. q. lxxvij. Q⁹ circa rē que vendit̄ p̄t ꝯsiderari triplex defect⁹. Prim⁹ defect⁹ est s̄m speciē rerum vt si vendat auricalcum pro auro monetā falsaz p̄ vera. aut liquor[illegible] quēcū

q̄ mixtū viliori. sicut vinū miscet̄ aqua ⁊ ceruisia miscet̄ tisana. sic in diuersis mercimonijs viliora semp̄ admiscēt vt simplices decipiāt. Secūd⁹ defectus est ꝑm q̄ntitatē vtpote ponderis vel mensure. cum scz q̄s scienter vtat̄ deficiēte pondere vel mēsura vel regula. Nā pond⁹ et pondus abhoīnabile est corā deo. In q̄ etiā peccant q̄ suis adinuentōib⁹ agūt q̄ merces plus iuste ponderāt. sicut vetule q̄ fila ad nudā terrā ponūt vt vaporē attrahāt et grauiora appareāt. Tercius defectus est ꝑm qualitatē vt si animal infirmū vendāt ꝓ sano. cibū corruptū ꝓ recēti vel merces quascūq̄ corruptas ꝓ bñ valētib⁹. Qui ḡ in his tribus sciēter offendit fraudē ꝯmittit ⁊ tenet̄ ad restitutionē. Si vero ignoranter tūc venditor nō peccauit. Postq̄ tñ sciuerit tenet̄ recōpensare damnū emptori. Et similimō intelligendū est de emptore qñ venditor vēderet ignorāter aurū ꝓ auricalco et sic daret ꝓ minori p̄cio
b sic enī emptor tenet̄ ad restitutionē. Hic queri p̄t. vtrū venditor dicere tenet̄ defectū rei vendite cū p̄sertim ꝑ totū munduz agi videmus in ꝯtrariū. Ad qd̄ rñdet doctor sanctus vbi supra. q̄ venditor q̄ rem viciosam vendendam exponit ex hoc ip̄o dat emptori damnū vel ꝑiculi occasionez Damnū quidē si ꝓpter hmōi viciū res sit minoris p̄cij ⁊ ip̄e nihil de precio minuit. Periculū aūt si ꝓpter hmōi viciū vsus rei reddat̄ impeditus vel noxius vt si vēdat equū claudicantē ꝓ veloci. aut cibū corruptū vel venenosum ꝓ bono. Et si hmōi vicia sint occulta ⁊ nō manifestat erit dolosa vēditio ⁊ illicita. et tenet̄ ad damni recōpensationē. Multo magis ḡ hi q̄ in vēditōe loca quer̄t tenebrosa ne scz emptor plene ꝯsiderare valeat qualitatē rei. Vñ et solus affectus decipiēdi mortale pctm̄ est. licet nō ꝑficiat ope. Si tñ viciū sit manifestū vt cū equ⁹ est monoculus vel vsus rei ⁊ si vni nō ꝯpetat p̄t tñ alteri ꝯpetere et emptor ꝓpter hmōi viciū subtrahat d̄ p̄cio nō tenet̄ ad manifestandū viciū rei. qz forte ꝓpter hmōi viciū emptor vellet plus subtrahere q̄ esset subtrahendū. et sic p̄t licite viciū subticere. ¶ Secūdo videndū est d̄ iniusticia q̄ fit ex auara custodia rerum acquisitarum. Et hoc primo immisericorditer debita repetendo. et solutionem protrahendo ¶ Secundo sine cōpassione mutuū indigētib⁹ negando. Tercio pauperes sine subuentione refutādo. Quantuz ad primū dicit̄ Deutro. xv Anno septimo remissionis cui debet̄ aliquid ab amico vel proximo vel fratre suo repetere non poterit. Precepit enim dominus in veteri lege ne q̄sq̄ repeteret anno septimo remissionis. debita sua nisi p̄us anno finito. Sed in noua lege in q̄ charitas fraterna ꝓfusior esse debet hoc ip̄m mutatū est in melius vt dicit ibidē glosa quia nō solum in septimo anno sed in nullo anno debita licet repetere cum scandalo fratris Vnde precepit dominus Exo. xxij. Si pecuniam mutuo dederis pupillo meo pauperi. nō vrgebis eum quasi exactor Lyra. Repetēs debitū cum austeritate nimia q̄diu impotēs est ad soluendū Sequitur. nec vsuris vi o ꝓprimes. Ex q̄bus liquido ptz q̄ creditor qui creditorē suū ꝓ solutione debiti iudicio cōuenit tēporali vel spirituali molestias inferendo quem scit impotentē status sui ꝯditionez ad soluendū promptū tamē ad satisfaciēdum iudicio discretoꝝ grauissime peccat Nisi forte debitor ad hoc negligenter agit sed sua. ludis et ebrietatibus cōsumit Horum enim peccatū vsq̄ ad celū clamitat. Sicut responsum est dicentib⁹ Isa. lviij. Quare ieiunauimus ⁊ nō aspexisti. humiliauimus animas vestras ⁊ nescisti Quibus dominus. Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra nō mea illa scz q̄ omnes debitores vestros repetitis ad hoc enim tunc vocabant. Sequitur. Ecce ad lites et cōtentiones ieiunatis scz cum lite repetentes. Glosa ibidem a
Homo in spiritu loquēs dicit anathema Jem. j. corinth. xij. Nemo gratia vtens spiritus sancti dicit verbo vel facto quod cunq; sepatiuū a christo. vel scōm Lyraz id est blasphemiam cōtra christum. Et licet anathema vel blasphemia large sumē p̄ omni peccato mortali in quo est quedam blasphemia in deum inquantū sepat a deo. specialiter tamen referri potest ad blasphemiam in spiritū sanctum que multo efficatius a deo sepat. hec enī blasphemia de qua loqui intendimus nō tantum verbo sed et facto perficitur quā ponere censui p corda nouū. Ad cuius euidentiā querit doctor sanctus sup scōm. dis. xliij. Utrum aliquod sit peccatū in spiritū sanctū. et videt q; nō. qz illi dicunt in spm sanctum scz peccare quibus placet malicia p̄pter se sicut ecōtra pijs mentibus placet ipa bonitas vel virtus fm se sed malicia nulli p̄pter se placet quia malum est. scōm phm. et nullus ad malum intendens operator. vt dicit Dyonisi⁹. iij. ca. de diuinis nominibus. Ad quod breuiter respondet q; sicut peccare ex infirmitate id est ex passione innata vel acquisita cum p̄pter impetum passionis iudicium rōnis obruitur ē peccare in patrem cui ascribitur potentia Et peccare ex ignorantia eoz quorū scientia a peccato preseruasset vt sic ignorantia sit causa peccati. est peccare in filū cui attribuitur sapientia. Sic etiam peccare

ex certa malicia ⁊ electione quãdo scz q̃s deliberans adherens peccato non quasi temptatõne victus sed ꝓpter hoc ꝙ habet appetitum corruptum placet sibi peccatum illud secundũ se est peccare in spiritum sanctum. Quadrupliciter fieri ꝑt Primo per potentiam similem alicui⁹ rei in eligente per quã inclinat ad talez actũ sicut et in sibi similem et sic omnis habẽs habitum peccati vel virtutis inclinatur in actus similes suis habitibus. quia naturalis appetitus est in id quod est sibi simile. vt qui habet habitum temperãtie eligit actum intemperantie ⁊ sic de alijs. Et hoc nõ dicitur ꝓprie peccatum in spiritum sanctũ. quia maliciam sub rõne malicie nullus vnq̃ voluit sed ꝙ ipm peccatum estimat bonũ ipi peccanti quasi quietans corruptum eius appetitum. Alio vero modo ex certa malicia peccatuz eligit̃ quando voluntas reiecit id per quod homo a peccato possit retrahi. verbi gratia Jam aliquis a peccato se abstinet ꝓpter expectationẽ retributõnis eterne. si ergo spem futuri premij volũtarie abijciat vel aliud aliquid quod a peccato retrahebat scz timorẽ per presumptionẽ ⁊ sic de alijs tunc eliget hoc quod sibi erit delectabile scõm carnem quasi per se bonum. et sic ex certa malicia peccabit. Et hoc ꝓprie dicitur blasphemia vel peccatum in spiritum sanctum. Nemo ergo in spiritu dei ⁊c.

a b Grauitas huius delicti in spiritũ sanctuz ex eo potissime claret. quia in tali peccato reperiuntur actus duo quoruz vterq̃ peccatum est detestabile. Nam in vno actu scz fornicatõnis prima cõtemnit eterna a se spem eoz abijciẽs. et in hoc peccat peccato desperatõnis. Et quia desperat de premio incidit in actum fornicatõnis cum maiori cõtemptu qui act⁹ ꝓuenit ex certa electõne ꝓpter precedentem actum et sic peccatum fornicatõnis trahit secũ aliud peccatum speciale quod est in spiritum sanctum. Vnde enĩ ꝑm sanctum Tho. ibidem. Peccata in spiritum sanctũ dicuntur irremissibilia. nõ quia nunq̃ remittuntur cum deus sit infinite misericordie cuius viscera homini dum vixerit nunq̃ subtrahuntur. sed quia habẽt aptitudinẽ ad hoc ꝙ remissibilia sint ex parte delinquentis eo ꝙ in his peccatis voluntas a se repellit id per quod remissionẽ peccatorum fieri oporteat. Sicut enĩ egritudo diceretur incurabilis que faceret fastidium medicine. Sic peccatũ dicitur irremissibile per cuius actuz spiritualis medicina directe repellitur. Vnde manente peccato in spiritum sanctuz. ex parte peccãtis nõ manet aditus ad gratiã. quia dicit Aug⁹ in libro de sermone domini. tanta est labes huius peccati ꝙ humilitatẽ deprecãdi subire nõ potest. Et licet hoc vicium in multis duz adhuc sani sunt occultũ remaneat. in fine tamẽ hominis se plerũq̃ manifestat euidentibus signis. Remoto tñ aliquãdo pessulo peccati huius quod difficulter et raro cõtingere solet per immensitatem. Diuine misericordie veniã consequens habundantiori plerũq̃ gratia preueniri solet vbi multiplicatius culpa processerat si saltẽ comitetur humilitas. gratitudo ꝑfusior et caritas intensior. Ad instructõnem igitur nostrã ꝑm sanctũ thomaz vbi supra. scõa scõe. q. xiij. Sex sunt genera peccatorum in spiritũ sanctuz. qz ad peccati remissionem duo requiruntur ex parte remittentis. et duo ex parte illi⁹ cui remittitur. duo quoq̃ ex parte eius ꝙ fit remissio et in cõtrarium horum peccata in spiritũ sanctuz ordinauẽ. Primum igitur ex parte remittẽtis est diuina misericordia ꝺ qua ps. Misericordia dei plena est terra. Nimirũ cuz ꝓpriũ sit ei misereri et parcere cõtra quã tamẽ peccator desperationẽ assumit que scõm ꝙ est species peccati in spiritũ sanctum nõ ꝓuenit ex hoc ꝙ aliquis neget remissionẽ peccatorum. sed quia remissionem peccatorum quam fieri credit vt liberius peccatis vacet a se sponte abijcit. dum nõ vult tendere in hoc ꝙ remissionẽ peccatorũ cõsequatur. Sicut hi qui dixerũt Jere. xviij. Desperauimus post cogitatones nostras ibimus et vnusquisq̃ post prauitatẽ cordis sui mali faciemus. Ad pleniorem autem

intellectum doctor sanctus scda scde. q. xx. duplicem distinguit desperationem dicens ꝙ prima desperatio dicitur vniuersalis. quia existimat misericordiam dei non esse infinitã. diuine misericordie culpam suam ꝑponderans. Sicut cayn q̃ ait. Maior est iniquitas mea q̃ꝫ vt veniam merear. Et iudas desperans. Peccaui inquit tradens sanguinẽ iustum. quod peccatum grauius erat q̃ꝫ fratricidij. imo deicidij. quia desperatio talis est actus infidelitatis. ¶ Secunda vero dicit̃ desperatio particularis. cum igitur quis in vniuersali tenet verum existimationem fidei ꝙ scz est in ecclesia remissio peccatoꝝ Desperat tamẽ de misericordia diuina ꝓpter ꝑticularem eius indispotionẽ. ꝙ scz in tali statu existenti non sit sperandũ de venia. cũ videlicet desperat a peccato posse resurgere. vel cõtemnit resipiscere. ⁊ talis ꝑiculosissima est quia per spem maxĩe reuocamur a malis ⁊ ad bona reducimur qua sublata hominis irrefrenata cõcupiscentia defluit ad vicia. Hinc dicit Isidorꝰ de summo bono. Perpetrare flagitium aliquod est mors anime. sed desperare est descẽdere ad infernũ. Vnde chayn in desperatõne positus licet erat vagus et ꝓfugus timore cõpulsus quo dicebat. Omnis qui inuenerit me interficiet me. nihilominus tamẽ scdm Josephuz rapinis et violentia cõgregans opes ad latrocinia suos inuitabat. ¶ Secunduz vero ex parte remittentꝫ est iusticia diuina q̃ nec falli nec fallere potest. inuiolabilis est enĩ Cõtra qd̃ peccator presumptionẽ amplectitur que non peccat ex hoc ꝙ misericordiam dei nimis magnam estimet quã nec humana mens sua magnitudine valet apprehendere. sed ex hoc ꝙ cõtempta iusticia presumit adipisci veniaz sine penitentia et gloriam sine meritis. In quo diuine misericordie multuz derogat ea scilicz abutens quasi non esset iusta. de qua presumptõne dicitur Eccle. xxxvij. O ꝑsumptio nequissima vnde creata es cooperire falsa scz spe diuine misericordie sine ꝑuia penitentia aridam nequiciã et dolositatẽ illius. Glosa quia decipit etiã seipm Et bene quidẽ nequissima. quia vt dicit sanctus Tho. scda scde. q. xxj. Presumptio de diuina misericordia cõuersionẽ habet ad bonum cõmutabile inquantũ ꝓcedit ex inordinato desiderio proprij boni. et sic bene dicitur nequã. ꝓpter ingratitudinem ad creatorem. ¶ Secũdo ex hoc sequitur auersio a bono incõmutabili quia preponit ei bonum cõmutabile. auro lutũ. balsamo sterquiliniũ. et ex hoc merito nequior dicitur. Tercio vero diuine excellentie quod ei non cõuenit. ꝓpter quod auertitur a veritate diuina. presumens veniam sine penitentia et gloriam sine meritis. et hec dicitur nequissima. qꝛ ꝓprie peccatum est in spiritũ sanctũ. cum per eam cõtemnitur adiutorium spiritus sancti per quod homo reuocatur a peccato. Et est duplex. Prima est qua quis innititur inordinate diuine misericordie sicut dictum est. et hec grauior. Secũda vero qua quis. innitit̃ inordinate ꝓprie virtuti que presumptio ꝓcedit potissime ex inani gloria. siue presumat de virtute corꝑali siue spirituali. Et vtraq̃ ꝑsumptõe videtur infectꝰ fuisse rex ozias. qui vt dicitur. ij. Parak. xxvj. de suis virtutibus ⁊ excellentijs presumens cõtra diuinũ mãdatum officiũ sacerdotale sibi voluit vsurpare. parans offerre coram dño incensuz Quaꝓpter detestabili pariter ⁊ incurabili lepra percussus est. ꝑuatus tã regno q̃ꝫ hominũ cõsortio. vt plenꝰ videbit̃ infra. ¶ Preterea ex parte quorum peccata dimittũtur duo requirunt̃. Primũ est ꝓpositum nõ peccandi qd̃ necessario sequi cõtritionẽ oportet alioquin vim purgatiuã minime sortietur. Sz cõtra illud assumit peccator obstinationẽ. qñ scz firmat ꝓpositum in hoc ꝙ futuris peccatis cõmittendis inhereat ac si nõ esset incompetens. In qua obstinatõne saul inuidia ductus cõtra dauid ꝑseuerauit. nã agitatus spiritu maligno nunq̃ꝫ destitit ꝑsequi dauid licet innocentem et obsecrantem. imo se

humiliantem et regi tam mitissime parcē tem. licet eum prestiret post se regnaturū Similiter et pharao rex egipti. de quo dicit dñs Exodi. iiij. Indurabo cor pharaonis et nō dimittet populum. Vnde sup illud Ro. ix. Cuius vult miserē et quem vult indurat id est indurare ꝓmittit. Dicit Lyra. Q. hoc nō fit ꝓpter defectum dei. cum nō deficiant in eis instinctus diuini ad bonum. in quibus diuina bonitas se ꝓtemptam toties liberatissime offert sed est ꝓpter defectum liberi arbitrij non recipientis illos instinctus. et sic iuste eis gratia subtrahit et denegat. qua subtracta quis in peccatis indurat. quia gratia nata est mollificare cor humanū. Et ideo dicit Eccle. vij. Cōsidera opera dei q nemo potest corrigere scz a quacunq aduersitate exteriore vel euentu quē ille despexerit. Et sic eorū tribulatio vel aduersitas non est exercitiū purgatōnis sed initium damnatōnis. Dicit enī Greg⁹. xvi ij. moral. Q. flagellum tunc diluit culpam cum mutauerit vitam. nā cuius mores nō mutat nō expiat actōes. Omnis ergo diuina ꝓcussio aut est initiū pene sequentis aut initiū bene viuētis. Hec ille. Per oīa tū benedictus deus qui talium obstinatō ne quersa fingitur ad correptionē vel instructōnem fideliū. Mā postq̄ dixerat. indurabo cor eius subiunxit. Et multiplicabo signa id ē minora. et portēta id est maiora. Quare vt sciant inḡt egiptij. q2 ego sum dñs. Glosa. Quasi misericordia est qđ putat ira. Dicit enī ibidē Aug⁹. Vtit deus bene cordibus malis. ad id qđ vult ostendere bonis. Vide nunc cecam ei⁹ obstinationē. Cū enim ꝓposita cōminatōne de morte filij sui primogeniti rot signis ꝓcurrentibus necdū ad eius credulitatem induci poterat cum cito cōpletā vidit ad huc minime cessauit persequi populū dei donec miraculo grandi cum omni populo submersus est. Excecauit enī eos malicia eor. Sicut et hodie multor corda nullis plagis vel euentibus ad humilē penitentiam emolliri queunt. donec diuino iudicio puniant et mulctant. Secundū est dolor de cōmissis qui peccata deflet cū rege Ezechia dicēte. Recogitabo tibi ⁊c. Cōtra quem dolore assumunt impenitentiam que scz importat ꝓpositū nō penitē di de ꝓteritis et sic impenitētia peccata iam facta respicit sicut obstinatio facienda. de qua dicit apostol⁹ ad Ro. ij. Scōm duriciam autē tuā o peccator et cor impenitens thesaurizas tibi irā in die ire. vbi dicit Glosa. q tanta est labes huius peccati vt deprecandi humilitatē subire nō possit etiam si peccatū suū ꝓscientia mala teste cognoscere et enunciare cogatur. hic autē thesaurizare sibi dicit ira. ꝓpter huius vicij enormitatē. Grauius est enī post peccatum cōmissum nolle penitere q̄ ipm peccatū cōmittere. Mā in talibus etiam venialia peccata ꝓpter actualem cōtemptum sepissime mortaliū enormitatē sortiuntur. vt sic exaugeant thesaurū execrabilem eterne damnatōnis. Tercio principaliter duo requirunt ex parte illius q quod fit remissio quod est fides ecclesie. quorum primū est agnitio veritatis quā fides explanat. Docet enim esse peccatū esse iudicem. esse penā impioz et gloriam bonorū ⁊c. Sed cōtra banc assumit impugnationē agnite veritatis quā scz impugnat nō ex ignorātia sed ex certa malicia vt liberius peccet. De quo dicit Ysa. v. Ve qui dicitis bonū malum et malū bonū ponētes tenebras erroris lucem veritatis. et fidei lucem esse tenebras ignorantie. ponentes amarū id est amaritudinez gehenne in dulce corporalis delectatōis. et dulce interne cōtemplatōnis in amarū penitentie exterioris q scz ibi sit labor inutilis. Ve qui sapientes estis in oculis vestris retorquentes scz diuinam veritatez scōm opinionem vestrā iudicio falso. et coram vobismetipis prudētes circa humana agibilia. Vi enī absq̄ timore se peccatorum immundicijs tradunt. letant inq̄ cum male fecerint et exultant in reb⁹ pessimis. Sicut legitur de quodam in libro apum. qui sedens cum honestis viris fm seculum in taberna iniecto sermone ō his que futura sunt post hanc vitam ait. Va-

nissime ab istis clericis decipimur qui di-
cunt animas sine corporibus viuere In
risum omnibus cōcitatis aduenit in hūa-
na specie diabolus vinū postulat et bibit
et querit quis sit inter eos sermo. de ani-
mabus inquit ille. Si quis meā emere vel
let optimo foro darem ⁊ eius preciū in cō
muni oīb⁹ darē ad bibēdū. Tūc cachinnā
tibus alijs q̄ supuenerat talē inq̄t merca-
torē quero. Dic quāti dabis Et ille elato
vultu. tanti inq̄t. Mox eis ꝯueniētibus
p̄ciū soluit emptor ⁊ letantib⁹ cūctis bi-
berūt pleno callice illo ad primū nō curā-
te ꝙ animā vendidisset. facto vespe tem-
pus est inquit emptor vt vnusq̄sq̄ reuer-
tatur ad ꝓpria date igit̄ iudiciū. Si quis
equū emerit alligatū capistro nunq̄d capi
strum in ius emētis cederet? Affirmanti-
bus hoc oībus statim venditorē q̄stionis
et rn̄sionis horrore trementē emptor cuz
aīa et corpe leuatū ad inferna deduxit
Secundū vero ē auxiliū interioris gratie
sine quo nullo humano conamine veniaz
adipisci queat aliq̄s dicēte dn̄o Sine me
nihil potestis facere. Sed cōtra hoc assu-
mit inuidentiā fraterne gratie q̄ cōsurgit
nō de ꝓsperitate terrena vel exaltatione
mundana sed de exaltatōe ⁊ ꝓfectu diui-
ne gratie nō inuidēs ꝑsone sed gratia dei
crescenti in mūdo. magis eligēs duci ab
alijs vitā carnalē et secularē q̄ virtuosaz
et religosam. Gaudet eī inuenire quosdā
sibi similes et disparib⁹ inuidet. hinc etiā
talib⁹ sepi⁹ ingerit ꝑsecutōes oppressiōes
derisiones ⁊c. De quib⁹ dicit Greg⁹ ver
bum horribile. v. moral. Q⁊ q̄uis ꝑ omne
viciū qd̄ ꝓpetrat̄ humano cordi antiq̄ ho
stis virus insundit̄ in hectū nequicia to-
ta sua viscera serpēs cōcutit ⁊ imprimen
de malicie pestē vomit. de q̄ materia vide
sup̄ in sermone. xxxix. de odio post b. Dn̄
generaliter scd̄m sanctū Tho. sup. ij. dist.
xliij. Quodlibet p̄dictoꝝ dupliciter acci-
dere p̄t. Primo ex aliq̄ defectu exteriori.
vtpote ꝓpter defectū aliquē rōnis regen
tis vel ꝓpter aliquē impetū alicui⁹ impel
lentis sicut qn̄ ꝑ infirmitatē vel ignorāti
am agunt̄. et non sic sunt species in spiri-
tum sanctū. q⁊ sic nō est dicendus aliquis
desperatus vel impenitēs ꝑ se sed ꝑ acci-
dens. Alio mō ex hoc ꝙ volūtas tēdit ex
ꝓpria malicia in vnūq̄dq̄. vt q⁊ non vult
habere spem de futuris p̄mijs vel note ve-
ritati assentire ⁊ sic de alijs. Et hoc modo
sunt species in spiritū sanctū. quia volun
tas ꝑ se labit̄ in actū eoꝝ.

Sermo. xliiij. de multiplici mē-dacio.

Mors et vita in ma-
nibus lingue qui diligūt eā come-
dent fructus eius. Prouerb. xviij
Quoniā peccata lingue sunt extremū re-
fugiū demonū ad īpugnādos fideles xp̄i.
Qui enī s̄m Jaco. nō offendit in verbo
hic perfectus est vir. ideo nō immerito ꝓ
decima et vltima corda reor esse ponēda
Cum eī leui motu regit̄ peccatū eius min⁹
ponderat̄. Sed vt dicit Jacob⁹ in cano.
iij. ca. Lingua quidē modicū mēbrum est
et magna exaltat. Glosa id est p̄ma si im
petus dirigētis eā bene gubernat. Nimi
rum cū p̄ciosos ⁊ multiplices fructus ex-
inde colligit cōfitendo. deū laudādo. in-
streundo corripiēdo. cōsolando. Si vero
eaz male gubernat audi q̄d sequit̄. Ecce
quātus ignis. id est q̄ modicus q̄ magnā
siluā incendit. Et lingua nostra ignis est.
vniuersitas iniq̄tat̄ Est inq̄t ignis. quia
scd̄m glosam ignis incōtinēs magnā ma-
teriā bonoꝝ operū ꝑire facit. Est enī vni
uersitas iniq̄tatis. q⁊ s̄m glosaz ꝑ eā fere
cūcta facinora aut cōtinuant̄ aut ꝓpetrā
tur. vt latrocinia stupra ꝑiuria falsa testi
monia mēdacia. Aut defendunt̄ excusan-
do scelus qd̄ cōmisit vel simulādo bonum
qd̄ nō fecit. et ideo cōcludit ibidē. Q⁊ lin
gua maculat totū corpus et inflammat ro
tam natiuitatis. nostre. id est cursum vite
nostre tp̄alis inflāmata a gehenna. id est
a suggestione diaboli. Cuius causam sub-
infert dicens. Est enī inquietū malū ple-
na veneno mortifero. Et ideo dicit idez.
licet omnis natura bestiaꝝ ⁊ volucrū vel
serpentū domat̄ ab humana natura. sicut
exemplificat glosa. ⁊ etiā Aug⁹. recitat in

libro de ciuitate dei de quodã tigride et immam aspide mansuefactis q̃ videntur duo impossibilia nullus aũt hoĩm linguã domare p̃t nisi silentio. qꝛ in lubrico posita est plena veneno mortifero. Mors ergo et vita. Jeremias ꝓpheta mũdialem fallaciã ꝓspiciẽs eiusdẽ. ix. Quis inquit dabit capite meo aquã ⁊ oculis meis fontem lachrymarũ ⁊ plorabo die ac nocte. Quare ꝓpheta sancte? Quia extenderũt linguã suã quasi arcũ mendacij ⁊ nõ veritatis. docuerũt linguã suam loqui mendaciũ. Hinc dicit̃ Osee. iiij. Nõ est veritas et nõ est misericordia. ⁊ nõ est sciẽtia dñi in terra. maledictũ et mendaciũ ⁊ homicidium et furtũ ⁊ adulteriũ inundauerunt. In q̃bus triplex veritas ostendit̃ ab oĩbus fere cõculcata. Quã etiaꝫ distinguit doctor sanctus scd̃a scd̃e. q. cix. dicẽs. ꝙ est veritas vite ſm quã aliq̃s recte viuit ĩ semetip̃o quã scꝫ ꝓmisimus in baptismo abrenunciare diabolo ⁊ pompis eius. Et huius veritatis christus via fuit ſm hũanitatẽ que iã a multis velut detestabilis cõtẽnitur et ad eũ ꝑuenire desiderãt quẽ sequi refutãt. et sic nõ est veritas vite ad seip̃m. Secunda est veritas iusticie scd̃m quã aliq̃s rectitudinẽ legis ⁊ iudicij que sunt ad alterũ seruãt sicut canunt p̃cepta secunde tabule legis antique. sed non est misericordia q̃tum ad ꝓximũ quib⁹ veritatẽ iusticie nõ exhibemus. Tercia est veritas doctrine q̃ ꝯsistit in quadã manifestatione verboꝝ de quib⁹ est scientia. sed nõ est sciẽtia dñi in terra qꝛ hodie doctrina eius cõtemnitur. ij. Thimo. iiij. Erit eĩ tempus cũ sanã doctrinã nõ sustinebunt sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidã auditũ auertẽt ad fabulas aũt cõuertunt̃. Unde ad hanc ꝑniciẽ deueĩt mũdus. qꝛ sicut dicit seneca in epl̃a q̃dam diuites. Cũ oĩa habeãt vnũ illis deest. scꝫ qui verũ dicat. Si enĩ in clientulũ felicis hoĩs potẽtisq̃ ꝑueneris aut veritas aut amicicia ꝑdenda est. Hec ille. Ad instructionẽ autẽ nostrã sciendũ ꝙ mendaciuꝫ est falsa significatio vocis cũ intentõe fallendi. noĩe vero vocis tanq̃ ꝑncipali intelligi debet omne signũ scripture vel nutus aut facti. Hinc dicit doctor sanctus in quotlibetꝫ. ꝙ cũ eadẽ sit intentio falsẽdi nõ refert q̃tum ad peccatũ vtrũ aliq̃s verbo scripto nutu vel quocũq̃ facto mẽtiatur. Sicut nec refert q̃tũ ad homicidium vtrũ aliq̃s gladio vel securi interficiat. Et omne mendaciũ peccatũ est. Nam mẽtiri est ꝯtra mentẽ ire. qd̃ quocũq̃ mõ fiat peccatũ est. etiã ignoranter dicendo veritatẽ dum tñ credit dicere falsitatem vt decipiat audientẽ mendaciũ reputat̃ ⁊ peccatũ Unde in decreiꝫ. xxij. q. ij. c. Is aũt mentit̃ qui ꝯtra id qd̃ animo sentitur loquit̃ volũtate fallendi. Et vtiq̃ verba ꝓpterea sunt instituta nõ vt ꝑ ea se hoĩes inuicẽ fallãt sed vt eis quisq̃ in alteri⁹ noticiã cogitatõnes suas ꝓferat. verbis ergo vti ad fallaciam nõ ad q̃ sunt instituta peccatũ est. nec ideo vllũ mendaciũ putãdum est nõ esse peccatũ. qꝛ possum⁹ aliqñ alicui ꝓdesse mentiendo. possumus enĩ et furando si pauꝑ cui palã datur sentit cõmodum et diues cui clam tollit̃ nõ sentit incõmodum. nec ideo tale furtũ quisq̃ dixerit peccatũ nõ esse. Nemo tñ mentiens iudicandus est q̃ dicit falsum qd̃ putat verum. qꝛ q̃tum in ip̃o est nõ fallit ip̃e sꝫ fallitur. Nõ itaq̃ mendacij sed aliquãte temeritatis arguendus est qui falsa incaute credit ac ꝓ veris habet. Potiusq̃ ecõtrario q̃tuꝫ in ip̃o est ille mentit̃ qui dicit verum qd̃ putat esse falsum q̃tũ enĩ ad aĩaꝫ eius attinet. qꝛ ñ qd̃ sentit h̃ dicit. nõ verum dicit q̃uis verũ inueniat̃ esse quod dicit nec vllo mõ liber est a mendacio. qꝛ nesciens verũ loquit̃ sciẽs aũt voluntate mẽtitur. hoc ibidẽ. Inter alia etiã sunt verba Aug⁹. in Encherid̃. Hinc etiã ibidem p̃cipit̃ c. omne genus mendacij summo ꝑe fuge nec casu nec studio loquaris falsum nec vt p̃stes. glosa. Aliqd̃ ꝯmodũ mentiri studeas nec qualibet fallacia vitã alicui⁹ defendas. Caue mendaciũ in omnibus.

Secũdo queri p̃t Vtrũ omne mendacium sit mortale peccatũ dicẽte p̃s. Perdes omnes q̃ locunt̃ mendaciũ. Ad cuius

euidētiā triplex mēdaciū distingui p̄t. scz ficiosum iocosum et ꝑniciosum. Mendacium vero officiosum quo scz intendit̄ iuramentū alterius vel nocumēti remotio sine alterius ꝑsone p̄iudicio scd̄m sanctū Tho. scd̄a scd̄e. q. cx. tripliciter fieri p̄t et iuxta bonitatē finis intenti diminuit̄ culpa mendacij. nunq̄ tñ est sine culpa. nam si per illud mendaciū intēdit̄ illi quod est alteri vtile q̄tum ad res exteriores dum alteri nō nocet. habet aliquā culpe diminutionē. licet fieri ꝓpterea nequaq̄ debeat. Si vero ꝑ illud mendaciū habet intētionē cōseruandi vitam alterius. et sic finis intentus magis habet rōnem bonitatis. ꝓpter quā peccatū mendacij minoris est culpe quale fuit mendaciū obstetricuz quas rex p̄fecit ope obstetricādi sup̄ filios israel vt occulte masculos hebreoꝝ interficerent. sed ille timētes deū eis parcēdo reseruauerūt eos viuos. vt dicit̄ Exo. j. Et ideo dñs edificauit illis domus scz tꝑales. vt dicit beatus Greg⁹. multiplicādo eis bona tꝑalia per actū illū exteriorē mendacij quo nō potuerūt eternā remunerationē mereri. sed forte aliquā remunerationē tꝑalem cuius merito nō repugnat difformitas illius mendacij sicut repugnat merito remuneratōis eterne. Sz q̄tū ad affectū beniuolētie ī iudeos ⁊ reuerentiaz diuini timoris merebant̄ remunerationē eternā Et sic s̄m ieronimū edificauit illis deus domos spirituales id est virtutes ꝓ quib⁹ in celestib⁹ requiescerēt Dedit enī eis dñs gratiaz ꝑ quā cōuerse fuerāt ad fidē vnius dei et ritum iudeoꝝ et sic eis edificauit domos spūales. Sic ⁊ raab meretrix que suscepit exploratores cōuersa est ad fidē et cōiuncta matrimonio salmon p̄ncipi iude. De quo habetur Josue. ij. Terciū deniq̄ mendaciū officiosū est q̄ impedit̄ illicita pollutio corporalis alicuius vel quodcūq̄ nocumentum ꝓfect⁹ spiritualis. Et qꝛ primo illud vtile est ad honestatē virtutis q̄ scz honestas p̄fertur vite corporali. ideo mendacium illud magis ꝑticipat de intentionis bonitate que minuit culpā mēdacij. Q.d incurrisse legitur beata Anastasia q̄ de se scribit ad sanctū Grisogonuz. Sacrilegi iugū mariti suscepi cuius deo miserante thorū mentita infirmitate declinās. die noctuq̄ dñi Jesu ꝯplector vestigia. Nō tamē hoc inter fideles agendum est presertiz si thori recusati subtractō alteri cōiugum in maius verteret̄ ꝑiculū. vt patet alibi. Secundū aūt eo q̄ ammouet nocumentū ꝓfectus spūalis directe. maxime participat de intentōnis bonitate. et iō potissime diminuit rōnem culpe. Q.d incurrisse legitur rahel vxor Jacob q̄ furata est idola patris sui vt sic eum ab idolatria reuocaret. Que cum pater requireret positis sub stramentis supersedit ⁊ infirmitate mentita occultauit. Que idola hebreus tereaphin nominat Et dicūt hebrei q̄ est caput alicuius pueri primogeniti in sacrificiuz demonis interfecti. q̄d prescisum salsa cōdiebatur et aromatib⁹. vt sic posset diu seruari. super linguā aūt eius in lamina aurea ponebatur nomē demonis et sic dabat eis respōsa. In omnibus igitur predictis est veniale peccatū. nisi forte sic tenderet in iuramentum vnius q̄ cederet in detrimentum alteri⁹. qꝛ sic esset mendacium pernitiosum. de quo iam videbit̄. Si ergo querit aliquis. vtꝝ licet mentiri ꝓpter liberationē hominis a quocunq̄ periculo. Respondet doctor sanctus vbi supra q̄ non. sed licet veritatem occultare prouidenter sub aliqua simulatōne. vt dicit Aug⁹. sicut abrahā fecit. dicens saram esse sororem suā et dissimulauit eam esse vxorem suam. hoc etiaz habetur. xxij. q. ij. c. ne quis. Si quis forte non velit ad istam visibilem mortē hominem ꝓducere paratus esse debet veruz occultare falsum non dicert. vt neq̄ ꝓducat neq̄ mentiatur. neq̄ occidat animam suam pro corpore alterius. Secunduz mendacium est iocosum quod fit placendi cupiditate non animo fallendi in q̄ scz in

tenditur aliqua delectatio hominis et tale mendacium est veniale peccatum nisi forte charitati contrarietur per accidēs ratione scandali vel cuiuscunq; damni cōsequentis. Quia dum quis non veretur propter scandalū publice mentiri est mortale peccatum. Secundo potest esse mortale si mendacium procedat ex sola libidine mentiendi. quod ex habitu quodam procedit. et sic potest esse mortale ex cōplacentia. cuius cōplacentie signum expressissimum est quando quis tantum alicui rei non prohibere adheret. vt etiā sentiat si esset prohibitum illud tamen se nō relicturum. vt patet in histrionibus qui verba sectant ociosa. vt dicit sanct⁹ Thomas super scōm distinctōne. xxiij. in fine. Hinc dicit philosophus. iiij. ethicorū. q; mendax est. eo q; talis est scōm habitum ipso mendacio grauius. Sed quid de his sentiendum qui de se iactantes mendacia dicunt. ostendit doctor sanctus scōa scōe q. cxij. dicens. Q; iactantia proprie est aliquid q; homo se verbis extollit. scz aliquid de se dicendo quod est supra se. Et hoc cōtingit dupliciter. Uno modo cum loquitur de se. nō quidā supra id quod est in se. sed supra id quod de eo homines opinantur que iactanter profert cum dicētibus Deutro. xxxij. Manus nostra excelsa et non dominus fecit hec omnia quod est cōtra gloriam dei. Et Ezechiel. xxviij Elevatum est cor tuum et dixisti deus ego sum. Vel profert cōtra charitatem proximi cum se iactando prorumpit in cōtumelias aliorum. Luce. xviij. Non sum sicut ceteri homines raptores iniustiq̄. et sic iudicatur mortale. Si vero non fit cōtra gloriam dei vel charitatem proximi. erit peccatum veniale. Secundo contingit esse peccatum scōm suam causam. vt sicut exterius verba sonant iactantiam. ita cor etiam affectu eam cōplectitur. Et si quidā procedat ex tali superbia vel inanis gloria que sit mortale peccatum tūc ipsa erit mortale alias erit veniale. Q; si fit ꝓpter appetitū lucri tunc pertinere videtur ad deceptionem proximi et damnum quad est mortale. nisi faciat propter tale lucrum ex quo alius non damnificatur sicut mercatores se verbis extollunt vt eis credatur. Denicq; si de se loquitur iactanter supra id quod in se est scōm rei veritatem in hoc proprie cōsistit iactantia et est mortale. Tercium denicq; mēdacium dicitur pernicioſum quod fit in nocumentum alterius quocunq; modo. vel enim primo est cōtra homines et intēdit in nocumentum vnius non propter se si in vtilitatez alterius. sicut fieri solet in testimoniis falsis cuiuscunq; rei. et sic est mortale et tenetur ad restitutionem. Sic etiam quicunq; dicit verbo quod opere perficere non intendit. si cedit in deceptōnem alterius pernicioſam. mendaciū pernicioſum iudicatur. et est mortale. etiam si post aliter ꝓsiliatus perficiat de illa tamen fictione penitcat. Vel est secundo cōtra homines et intendit in nocumentum vnius quod alteri nulli prosit. et hoc est grauius peccatum quia minus habet de intentione bonitatis. Et notandum q; vt dicitur. xxij. q. ij. c. Nec artificioso mēdacio nec simplici verbo oportet quemq; decipere. quia quomodolibet mentiri quis scilicet ad hoc vt decipiat aliam: occidit animam propriam. Item ibidem. Cum humilitatis causa mentiris si nō eras peccator anteq; mentireris mentiendo efficieris quod deinde habueras. nam quomodo est humilitas vbi regnat falsitas. Est autez tercio mendaciū pernicioſuz qō est in doctrina religionis qō est peccū grauissimuz. quia peccata cōtra deum sunt grauiora. Hoc enim mendacium non solum opponitur virtuti veritatis sed etiam virtuti fidei et religionis quod est grauissimum. etiam si sit circa aliquid cuius cognitio partim ad hominis scilicet ad perfectionem scientie et informationem morum. Tale nanq; mendacium inq̄tum refert damnū male opinionis. cōtrariatur

dilectõni ꝓximi q̃tum ad diuitias. mores
personã vel famã. et est mortale. qz nocere
ꝓximo mortale est. licet sit minus q̃ illud quod cõtrariat dilectõi dei. Q. si damnum nõ sequat̃ ex sola tñ intentõne fallendi ꝓnicioſe peccatũ mortale iudicatur
Que tria tangit sanct⁹ Tho. scõa scõe. q.
ex. Ad maiorẽ euidentiã dicit ibidem q̃ mendaciũ ꝑt cõtrariari charitati triplici
ter. Primo ſm se sez in ipa falsa ſignificatõne que si sit certa res diuinas ꝓtrariat̃
charitati dei. cuius veritatẽ tali mẽdacio
corrumpit vel occultat. et sic est mortale
grauissimũ. Si vero sit cõtra illud cuius
cognitio ꝓtinet ad hoīs bonũ. scz ad ꝑfectionẽ scientie informationẽ vite q̃ moꝝ
sic cõtrariat̃ charitati ꝓximi. et est mortale. Si denicz sit circa illud de quo non refert vtz sic vel aliter agnoscat̃. sicut si fallitur in aliquibus ꝓticularib⁹ ad se nõ ꝓtinẽtibus. et quia ꝓxim⁹ exinde nõ damnificatur est veniale peccatũ. nisi ex nimia libidine ꝓcederet. ¶ Secũdo mendacium
cõtrariat̃ charitati rõe finis intenti. puta si dicit ad iniuriã q̃ cõtumeliã. qõ semꝑ
est mortale. vel dicit in nocumentũ ꝓximi
q̃tum ad diuitias ꝑsonam vel famã et sic
iterũ est mortale peccatũ. Q. si finis ipe
nõ est cõtrarius charitati nõ est peccatũ
mortale. ¶ Tercio mendaciũ ꝓtrariatur
charitati ꝓ accidẽs rõne scandali vel cuiuscũcz damni cõsequentis. licet hoc non
intẽdebat. et hoc iterũ est peccatũ mortale Ex his apparet q̃ seua bestia sit lingua
mẽdax plurimos in corpore necãs q̃ infinitos in aĩa trucidãs. nõ acta fingit pacta verbis ꝓuget. eoꝝ mõ facta vel verba aliox ꝓfert quo magis audientẽ offendere possunt. Sic doech narrauit sauli sacerdotẽ abymelech ꝑ dauid cõsuluisse dominũ q̃ interfecit eos. vt habetur. ij. iRegum. xxij.

¶ Sermo. xlv. de multiplici periurio.

¶ Est sermo vester. ẽ
est nõ non. qõ autẽ his abundantius est a malo est. Matth. v. Lir-
ca iuramentũ multipliciter errabãt iudei
credẽtes primo q̃ solũ iuramentũ mẽdax
esset ꝓhibitũ. vt dicit̃ Leuit. xix. Nõ periurabis noīe meo. Secũdo qz ꝓcepit eis vt
redderent dño iuramenta sua ꝑ hoc putãtes esse licitũ iurare ꝑ dñm qõ ꝓmissum est
ne ꝑ iuramentũ creaturis exhiberet̃ reuerẽtia. qz cedit in reuerentiã eius ꝑ qõ iuratur. Noīes enī vt dicit̃ Hebre. vj. per
maiorẽ suã iurãt vt oīs cõtroversie eorũ
finis ad ꝓfirmationẽ est iuramentũ. Deꝰ
autẽ qz maiorẽ nõ habuit iurauit ꝓ semetipm dicẽs ad̃. Cum igit̃ iudei ꝑ angelos
hierusalẽ templũ et elemẽta iurantes creaturas venerabant̃ honore diuino. ideo
dedit eis ꝓceptũ nõ q̃ iurarẽt sed si iurarẽt q̃ solũ nomẽ diuinũ assumerẽt. Vñ
xxx. q. j. c. Cõsidera q̃ saluator nõ ꝑ deũ
iurare ꝓhibuerit sed celũ et ꝑ terrã ꝑ ierosolimam et per caput. et hoc quasi paruulis fuerat concessum in lege. vt quomodo
victimas deo immolabãt ne eas immolarent idolis sic et iurare ꝓmitterent̃ in deum. non quia recte hoc facerent sed q̃ melius esset deo illud exhibere q̃ demonijs.
¶ Tercio qz iurãtes quas viles existimabant illa iuramẽta credebãt non ꝓstringi. et euz ꝑ eas iurabant quasi nihil iurasse putabant. quod falsum est. vt patebit.
Quarto credebãt q̃ iuramentũ illicitum
esset seruandũ. vt dicit̃ Judicũ. xj. q̃ iepte ex ꝓmissione dño facta immolauit filiam suam. Et hi qui Actj. xxiij. iurauerãt
se paulũ interfecturos anteq̃ comederent vel biberent ad quod se putabãt obligatos quod falsum est. Quinto iuramẽtũ incautũ qõ fit sine necessitate vt euidẽti vtilitate credebãt eẽ licitũ. imo etiaz ꝑ
se bonũ eo q̃ dr Deut. x. dñm deũ tuũ tiebis. Sequit̃. Et ꝑ nomẽ illi⁹ iurabis sz hoc
patet esse falsum. qz nomẽ tãte sanctitatis
accipe sine causa importat irreuerentiaz
diuini noīs. Ad quoꝝ errorẽ eliminandũ
ꝓcepit dñs Matth. v. dicẽs. Ego aũt dico vobis nõ iurare omnino. id est ex quacũcz causa sed ex rõnabili q̃ necessaria tñ
Negatio enī ꝓponit̃ ibi signo vniuersali
affirmatiuo quod equipollet suo cõtra-

dictorio. Unde nō oīs valet quidam nō
Ut igit̄ ostēdat quid faciendū sit subdit
verba ꝓposita dicens. Sit sermo ⁊c̄. vnū
quodq; dn̄s p̄dictoꝝ duplicās ostēdit. ꝙ
quisq̄s hoc opibus ꝓbat qđ ore affirmat.
et qđ verbis negat opib⁹ nō affirmat. ꝑfe
cte mandatū pn̄s adimplet et qđ abundā
tius his est a malo ē. De q̄ malo dicit̄. xxij
q. j. c. nō est cōtra. Quāuis iuramētū am
plius sit q̄ est est. vel nō nō. et ideo a ma
lo. nō tn̄ a malo tuo sed infirmitatis ⁊ in
credulitatis eoꝝ q̄ nō aliter mouent̄ ad fi
dem. Et infra c. Ita ergo. tu enī nō facis
malū q̄ bene vteris iuratōne. Et infra ca.
nō nobis. ꝙ ⁊ si iurare peccatū nō sit iura
mentū recipe malū sit sed nomīe mali. nō
malicia sed peccati pena intelligit̄. Et iō
nō dicit̄ esse malū sed a malo Iuramentū
ergo licitū est et meritoriū qn̄ cū debitis
circūstantijs ꝑ ip̄m ꝓximo subuenit̄. Dn̄
ps. Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo
Sequit̄. q̄ iurat ꝓximo suo et nō decipit.
nō tn̄ est assuefaciendū ad iuramentū ꝓ
pter ꝑiculū ꝑiurij. Est igit̄ iuramentū s̄m
se licitū et honestū debite vtētibus. vt di
cit doctor sanctus scđa scđe. q. lxxxix. nā
deū in testē assumere dicit̄ iurare. q̄ iure
introductū est vt qđ sub inuocatōne diui
ni testimonij dicit̄ ꝓ vero habeat̄. Et sic
licitū est p̄mo ex origine. q̄ ē ex fide intro
ductū qua hoīes credūt habere deū infal
libilē veritatē velut oīm cōditorē vel ꝓui
sorem. Secūdo ex fine quia inducit̄ ad te
stificandū et certificandū hoīes ⁊ finien
dum eoꝝ cōtrouersias. ut dicit̄ ad Heb.
vj. Sed in malū cedit alicui q̄ male vtitur
eo sine necessitate ⁊ cautela debita. Et fit
duobus modis. Primus est ꝑ simplicem
dei ꝯtestationē sicut cū quis diē testis est
mihi deus vel corā deo loquit̄ vel ꝑ deuz
est. qđ idē est scđm Aug⁹. Secūdarie etiā
sumunt̄ aliq̄ creature inq̄tum in eis relu
cet diuina veritas. sicut ꝑ euangeliū per
sanctos ⁊c̄. Q⁹ aūt Math. v. ꝓhibet do
minus iurare per creaturas intelligit̄ ita
ꝓhibitum ꝙ eis ꝓhibeatur reuerētia diui
na. sicut iudei ꝑ angelos et creaturas iu
rabant. Et hoc supposito magis peccatū
est fallere iuramēto facto per increata vel
per superiores creaturas q̄ ꝑ inferiores
Tamē si quis per festucā iuraret falsum
periurus esset vt postea videbitur. Graui
us tn̄ est iurare per mēbra dei quādo su
muntur illi in testē cū irreuerēcia quadā ⁊
blasphemia Hinc enī precipit̄. xxij. q. j. c.
Si q̄s per capillū dei vel ꝑ caput iuraue
rit. vel alio modo blasphemia cōtra deuz
vsus fuerit. si de ecclesiastico ordine ē de
ponatur. si laycus anathematizet̄. secus
tn̄ videtur si cum reuerentia ꝑ sanctū dei
verticē vl̄ sil̄ia iuraret Secund⁹ modus
ꝑ executionē fit. dū scz quis se vel aliq̄d
ad se pertinēs ad penā obligat. nisi sit ve
ruz qđ dicit̄ sicut petrus cepit anathema
tizare et iurare quia nō nouisset hominē
et sic q̄tum in se est deum obligat ad hāc
penā inferendā. licz diuina bonitas suspē
dit vindictā vt expectet ad veniam. Ad
maiorē aūt euidentiā duo ponunt̄ species
iuramenti. Nā aliud est iuramentū asser
toriū aliud ꝓmissoriū. Et in quolibet ho
rum tres comites requirunt̄ qui ponunt̄
Iere. iiij. vbi dicit̄. iurabūt viuit dn̄s in
veritate et iusticia et iudicio. Quantum
igitur ad iuramentum assertorium requi
ritur primo veritas quantū ad iurantem
vt scz sciat firmiter verum esse quod iurat
alias si tantū credit non debet iurare de
scientia sed de credulitate. alioquin se ꝑi
culo cōmittit falsitatis. quod est graue
peccatum eo ꝙ non adhibuit debitā cau
telam vt putet cum iudeis iuramentum
non esse quando per viles creaturas iu
rant. Dicitur enim. xxij. q. v. capitulo. Ec
ce dico charitati vestre et qui per lapidē
iurat falsum periurus est. Unde hoc di
co quia multi ⁊ ī hoc falluntur et putant.
quia nihil est per quod iurant non se crimi
ne teneri periurij. prorsus periurus es. se
quitur. non enim quando iuras tibi aut
lapidi sed proximo iuras. homini autē la
pidem sed nunquid non ante deum? nō te
audit lapis loquentem. sed punit deus te
fallentem. Principaliter ergo periuriū ē

quando deest veritas q3 finis iuramenti cõfirmatio dicti cui falsitas opponitur. et ideo falsitas directe euacuat finem iuramenti. Et vt dicit sanctus Tho. q. lxxix q̃ qui iocose piurat nõ euitat diuinã irreuerentiam sed quantũ ad aliquid magis auget et ideo nõ excusatur a mortali. Sz qui ex lapsu lingue falsum iurat si p̃cipit se iurare peccat mortaliter, siue sit solẽne iuramentũ siue simplex et p̃cipue quando p̃cipit esse falsum qõ iurat. Si vero nõ p̃cipit se iurare sed ex lapsu lingue iuramentum labit̃, quia tũc quasi nesciẽs iurat. et nesciens nõ reputat̃ voluntari⁹. Ideo si sit falsum qõ iurat siue p̃cipit esse siue nõ. dummõ nõ sit mendaciũ pniciosum nõ dico q̃ sit peccatũ mortale sed veniale. valde tñ cauendum est ꝓpter vicinitatez ad mortale. Hec doctor sanctus sup. iij. dist. xxxix. Deniq3 adhuc tripliciter iuramentum cõtingi potest fm eundẽ scõa scõe. q. lxxxix. Primũ cum falsuz apprehenditur vt verũ et tunc erit quid relatũ ad voluntatem materialiter quidẽ falsum, formaliter aũ verum si tñ prius debitã adhibuit diligentiã a culpa piurij excusatur Vnde xxij. q. ij. homines falsum iurant vel cum fallunt vel cũ fallunt̃ putat homo esse verum qõ falsum est. temere iurat nõ tamen ex animo. iste periurat fallit̃ enim. et infra et quia interest quẽadmodũ verũ p̃cedat ex animo, cum ream linguã non facit nisi rea mens. Quia ergo mens hui⁹ nõ erat rea nesciebat enim esse falsum quod iurauit. verum nec temere vel negligenter cuz magna diligẽtia videbatur sibi deprehẽdisse verũ qõ iurat falsum. piurij reus nequaq3 est iudicandus. Secundo vero cuz verum apprehendit̃ vt falsum et iurat esse verum. tunc erit verum materialiter ⁊ falsum formaliter et iste plus efficitur piur⁹ q3 putat iurare falsum Vnde ibidẽ in decretis. Da aliuz qui putat esse falsum qõ iurat esse verũ et forte verum est et hic cũ scelere iurat et periurus est. Tercio deniq3 cum verum apprehendit̃ esse verũ et iurat esse falsum qõ scit esse verũ. tunc iuramentũ erit falsum materialiter ⁊ formaliter. ⁊ est p̃fectũ piurij qõ peccatũ p̃cipue si fit solenniter. grauius est q3 homicidiũ vt ꝓbat doctor sanctus in quotlibet. dicens. q̃ sicut apls ait ad Hebre. vj. homines p̃ maiorẽ sui iurant ⁊ oĩs cõtrouersie eoz finis est iuramentũ. frustra aũt ĩ causa homicidij cõtrouersie finis esset iuramentũ si homicidiũ grauius esset q3 piurium. presumeret enĩ q̃ qui maiorẽ culpam scz homicidium cõmisit nõ vereretur minorem scz piurij cõmittere. Vnde ex hoc ipo q̃ in causa cuiuslibet peccati defertur iuramentum manifeste ostendit̃ q̃ piuriũ ꝑ maximo peccato haberi debet. Hinc ꝑcipitur. xxij. q. v. Si quis cõuictus fuerit alios ad falsa testimonia vel piuria attraxisse. vel quacunq3 corruptõne sollicitasse ipe quidẽ vsq3 ad exitum vite no cõmunicet. Si vero qui eum piurio cõsensisse ꝓbantur postea ab omni testimonio sunt remouendi. et scõm legẽ infamia notabunt̃ Ec. ibidẽ ante c. ille qui ꝓuocat hoĩem ad iurationẽ et scit eũ falsum esse iuraturum vincit homicidiũ. Glosa. id est mai⁹ damnum facit. q3 maius damnum est in amissione vnius anime q3 mille corpoz̃ nõ tñ plus peccat. Sciendum tamen q̃ exigeꝝ iuramentum tanq3 persona priuata li nescit alterum iuraturũ falsum Et ideo dicit. iura mihi vt ei fides sit non est peccatum. Si vero scit eum fecisse contrariũ eius quod iurat et cogit eum iurare homicida est. Ille enim se suo periurio interemit sed iste manum interficientis imꝑessit. vt habetur exꝑesse. xxij. q. v. ca. qui exigit. Secundo vero requiritur iusticia quo ad rem iuratam. vt scz id qõ iuratur sit licitum et honestum. quod quantuz ad iuramentum assertoriũ intelligendum est reoz q̃ impium sit in assertionem proprij. perpetrati sceleris ipm dominum vel sanctos eius in testem certificatõnis cum execrabile sit deo et sanctis eius detestanda viciozum iactantia. quia potissime sapit diuinum cõtemptum et impiam iniusticiam. Si vero fieret tale iuramentum ad honorem diuinuz edificationẽ vel vtilitatẽ ꝓximi aut simili causa rõnabili. tũc

non saperet diuinum contemptū. Tercio deniq; requiritur iudicium discretionis quo ad causam que inducit ad iurandum. Non enī sufficit q; illud sit verū qđ iuratur nec q; sit licitum et honestum. sed etiam requirit̄ euidens necessitas vel vtilitas. Alioquin facit cōtra preceptum illud. Non assumes nomen dei tui inuanuz quod nimirum nomen eius potissimū in lege veteri nulli licebat exprimere ꝓpter diuinaz reuerentiā nisi solo summo sacerdoti. et hoc in sanctuario. ī die ieiunij. in benedictōne sacerdotali in cuius ꝓlatione grandis fuit cura et timida reuerētia. vt patet supra. Secundo q̄tum ad iuramentum ꝓmissoriū requiruntur hi tres comites. veritas iusticia et iudicium. Requiritur enī primo veritas vt sc̄z illud exprimat verbis ꝓmissorijs qđ affectu plenario deliberauit in archano cordis. alioquin vt dicit̄ Eccle. xxiij. Vir multum iurans replebitur iniquitate et nō discedet a domo illius plaga. et si frustrauerit id ē deceperit fratrem delictū illi⁹ sc̄z fratris super ip̄m erit. quia alter in patiētia purgabitur hic vero versutia vicijs inundabit. Et si dissimulauerit quasi per simulationem iurando falsum delinquit dupliciter. quia simulata equitas est duplex iniq̄tas Vnde et si post aliter cōsiliatus iuramentum pficit per cōtrarium tamē iuramento voluntatē quā prius nequiter siluit detestabile crimen periurij cōmisit. Similiter etiam cum ex dolo iurantis nō est eadem intentio iurantis et recipientis. tunc oportet seruari iuramentū sc̄dm intellectum eius cui iuramentum prestatur Si vero iurans dolum nō adhibuit tunc solum obligatur fm suam intentionē. vnde. xxij. q. v. c. quacunq; arteverboz quis iuret dominus tamē qui cōscientie testis eū. ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autē reus fit qui⁹ nomen dei inuanū sumit⁹ primū dolo capit Secundo requiritur iudiciū discretōnis. vt sc̄z illud qđ iurat sit in eius potestate ad perficiendum. alias enī piculo se amitteret incurrēdi falsitatē. qđ si iurat illud facere quod nō est in eius potestate deest iuramento iudiciū discretōnis et periur⁹ efficitur etiam si talia coactus iurat. vnde obligatio iuramenti vel voti ꝓ coactōnem quantamcūq; licet tollitur ꝓpter coactionem quantū ad cogentē. q; nō meretur qui vim intulit q; ei ꝓmissum seruet̄ Tamē obligatio qua quis deo ꝓ iuramētum obligatur vt impleat q; ꝓpter nomē eius ꝓmisit nō tollitur in foro cōscientie quia magis debet damnum temporale sustinere quodcunq; q; violare iuramentū. potest tamē repetere in iudicio vel prelato denunciare nō obstante si cōtrarium iurauit. quia tale iuramentum vergit in deteriorem exitum esset enim cōtra iusticiā publicā. Romani enim pontifices ab huiusmodi iuramentis homines absoluerūt vt habetur extra de iureiurā. c. verū. Nō tamē quasi discernentes huiusmodi iuramenta nō esse obligatoria. sed quasi hmōi obligatōes ex iusta causa relaxantes. Si vero tempore quo iurauit fuit in eius potestate iuramentū ꝓmissorium adimplere tempore cōgruo et de post ꝓpter euentuz aliquē factus est impotēs. tūc videt̄ excusatus in foro cōsciētie licet facere teneaē qđ in se est. Sed vtrū cui ꝓmittit̄ iuramētum illud relaxare p̄t. ostēdit doctor sanctus sc̄da sc̄de. q. lxxxix. dicēs q; ꝓmissio sub iuramēto p̄t fieri dupliciter Vno mō quasi ptinēs ad vtilitatē ip̄ius cui ꝓmittitur puta si iurat se alteri seruturū vel pecuniā daturū. et sic relaxare p̄t alter iuramentū. Tūc enī intelligit̄ ei soluisse ꝓmissum cum facit de eo fm ei⁹ voluntatē. Secundo ꝓmittit̄ illud qđ ptinet ad honorē dei vel vtilitatē alioz. puta si iuramento ꝓmittit alteri se religionē intraturuz vel opus aliqđ pietatis acturū. q tūc ꝓmittēs tem absoluere nō potest. q; ꝓmissio nō est facta ei tanq̄ principaliori sc̄z deo. nisi fuerit interposita cōditio qua se in promissione subdidit arbitrio eius cui promittitur. Tercio requiritur iusticia sc̄dm quaz licitū sit illud obseruari⁹ honestum ac vtile quod promittit. Alioquin iuramentum obseruari prohibetur. xxij. q. iij. ca.

In malis promissis rescinde fidem et in turpi voto muta decretum quod incaute vouisti nõ facias. impia est enim ꝓmissio que scelere adimpletur. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ aliquãdo qui se iuramẽto obligat ad faciendum id quod est per se illicitum et charitati cõtrarium vt cum iurat se ꝑpetraturum adulteriuꝫ homicidium furtũ ⁊c̃. Et tunc ipo facto periurus ẽ ⁊ falsitatẽ incurrit. qꝛ obligatus ẽ ad hoc quod cõtrarium faciat et est graue peccatum mortale. Q⁊ si iuramentũ ꝑficit adhuc mortaliter peccat. Si vero nõ ꝑficit in hoc periuriũ nõ incurrit. quia tale erat quod sub iuramento cadere nõ posset eo ꝙ ꝯtrariũ erat vel dilectioni dei vel ꝓximi. Sicut si artifices iurant ꝙ certo tpe nõ laborabunt vt ꝓpter raritatem carius vendant. vel ꝙ minori precio non operabuntur. vel carnifices ꝙ nõ parabunt vltra certum numerũ ⁊ similia iuramenta q̃ sunt manifeste peccatũ vel maioris boni impeditiuũ. nõ obligant iuramento se cõstringentem. imo debet facere cõtrarium Sicut tamẽ habetur. xxij. q. iiij. c. innocẽs Q⁊ illicitũ iuramentũ seruari ꝓhibet̃ nõ est generaliter intelligendũ. Aliquãdo eĩ iuramento deest iusticia. veluti cum quispiam post votũ castitatis. duxit vxorem iuramento firmans nunq̃ ab ea se discessurũ qd̃ q̃uis illicituꝫ sit quia iusticia sibi ꝓbat̃ deesse cũ autoritate augustĩ seruari precipit̃. hoc aũt si quis cõtendat p̃rogatiua cõingij nõ ꝓpter religionem iusiurãdi seruari. animaduertat gabaonitas ob solam religionẽ cõtra imperiũ domini reseruatos. Cum igitur omne dñi p̃ceptum iustum sit ptꝫ ei iusticiam deesse quod ei⁹ precepto ꝯtrarium inuenit̃. Ex quibus liquet ꝙ iuramentũ q̃uis illicitum sit iurãti seruare. tamen ꝓpter bonum ꝓximi cui sub iuramento ꝓmissum est bonũ suum adimpleri velit deus cum iniuria sui. dũmõ alteri ꝓximo nõ noceat. Aliquando vero quis se obligat iuramento nõ facturũ aliquid melius. Si ergo ad illud melius faciendum tenetur ex precepto. et tunc idẽ est iudicium cum casu precedenti. vnde prosequitur ibidem in decretis. Ex eo ꝙ iuratur tunc illicitum est iuramentũ quãdo id quod iuratur in sui natura viciosum est vitam adimens tꝑalem vel ꝑpetuam. vt adulterium ⁊c̃. vel reparari non permittens. vt cum inimico ad pacem nõ redire indigenti tempore necessitatis misericorditer non subuenire. Ista quia ꝑspicuam in se habet iniusticiaꝫ si iuramento firmẽtur tamẽ seruari non debent. Si vero nõ tenetur ad illud melius faciendum qd̃ se non facturum iuramento firmauit vel se iurat aliquid facturum quod ex precepto fieri nõ ꝓhibetur. peccat quidaꝫ iurando et scd̃m quosdaꝫ mortaliter. tum quia ponit obijcere spiritui sancto qui est boni ꝓpositi inspirator. tum propter irreuerentiam diuini nominis quod in testem sumitur perpetrande vel culpe venialis vel omittendi profectus. spiritualis non tamẽ peccat iuramentum seruando quantũ ad tale bonum nõ perficiendum ad quod nõ obligatur. multo melius tamẽ facit iuramentum nõ seruando hec patet ibideꝫ in decretis vbi subdit dicens. Tunc etiam illicitum est iuramentum cum incircumspecte aliq̃d iuratur quo nec corporalis nec spiritualis vita adimitur sine quo vtraq̃ salus reparari et vita conseruari valet vt cum quis a parentibus coactus vt clericatus tonsuram vel religionis vestem recipiat se neutrum facturum iuramento firmauerit hoc quãuis a quibusdam videatur reprehensibile. quia opus charitatis se non facturum iuramento promisit nulla tamen autoritate seruari prohibetur. quia si nunq̃ illud perficiat nõ tamẽ ideo minus salutem promereri valet. cuꝫ nõnulli ex laicali habitu sanctissimi inueniantur. et deo dilecti ⁊c̃. Fit etiam aliquando iuramentum quod vergit in exitum deteriorem propter aliquid quod de nouo emersit quod fuit prius premeditatũ. Sicut iurauit herodes puelle saltãti ⁊ h̃ quidẽ p̃t eẽ licitũ ĩ p̃ncipio intellectꝫ debitꝫ ꝯditõib⁹ sꝫ ei⁹ ꝯpletõ fuit illicita vñcũ

quis simpliciter iurat aliq̄d vel promittit tunc semper subintelligunt̄ debite cōditōnes, scz si sit licitum honestum portabile siue moderatum. et multe alie ꝯditiones scd̄m Hostien̄. subintelliguntur. licet verbotenus nō exprimantur. nisi forte tēpore iuramenti vel ꝓmissionis quarū mente cōcepit. De iuramento deniq̄ qd̄ vergit in exitum deteriorē quis dispensatōe nō indiget. Si vero dubium est vtrū sit licitum vel illicitum ꝓficuū vel nociuum. aut simpliciter aut in aliquo casu. et tunc potest episcopus dispensare. vt dicit sanctus Thomas scd̄a scd̄e. q. lxxxix. Si autem manifeste cognoscitur esse licitum et vtile. tunc ibidem nō videtur habere locū dispensatio vel ꝯmutatio vbi aliquod melius occurrat faciendum ad cōmunē vtilitatez quod maxime pertinere videtur ad curam pape qui habet curam vniuersalis ecclesie. Sed vtrum homines alicuius vniuersitatis vel societatis iuramēta mutuo facta sibijnuicem relaxare possunt in questione est. Pro quo sciendū q̄ si simul iurant de his que pertinent ad dei cultuz vel religionem aut pietatē aliquā perficiendam vt si mutuo iurant de lucro suo certam portionē dare fabrice ecclesie vel pauperibus. aut q̄ simul ibunt vltra mare ꝓpter deum. vel q̄ legēt duo psalteria ꝓ inuicem. tunc non possunt sibijnuicez remittere iuramentum vel votum. Possunt q̄dam remittere mutuo q̄ nō vadant simul vltra mare sed non possunt simul remittere quādo vadant. Nam ibidem duo iuramenta sunt scz q̄ vadant et q̄ simul et de similibus idez est iudicium. Si vero est super re temporali quod absq̄ iuramēto tenebantur facere quod iurāt. tunc nō possunt sibi remittere. vt si carnifices iurant q̄ non vendant infectas carnes ꝓ sanis. Aut alij q̄ nō sophisticabunt merces suas ꝛc̄. Si vero nō tenebantur prius facere quod iurant et tunc obseruantia spectat tm̄ ad eorum cōmodum vel incōmodum. tunc iuramentū remittere possunt. Si vero magis spectat ad aliorum cōmodum non possunt sibi remittere. vt si iurant simul q̄ in mercibus. xx. solidorum nō accipiant vltra de lucro q̄ vnum soliduz. vel q̄ nō vendāt opera nisi de materia sic parata vel q̄ non trahant pecias panni vltra tantum et sic de alijs

Dominica prima. xl. de triplici. xl. contritionis cōfessionis et satisfactionis. Sermo. xlvi.

Cum ieiunasset. xl. diebus et. xl. noctibus postea esuriit. Math. iiij. Sicut dicit beatus Aug⁹ ꝓ pectatis satisfacere est peccatoruz causas id est occasiones excidere et eoꝝ suggestionibus aditum non prebere. Naz ad satisfactionem cōpletam duo requirunt̄. scz emenda presens ꝓ culpa preterita. et quantū ad hoc dicit peccatorum causas excidere. qꝛ nō potest ꝓ ꝑpetrata culpa melius emenda fieri q̄ ea a se cum dolore et pena precidendo remouere. que cuz amore sequendo peccauit. Secundo requiritur firmum ꝓpositum vitandi futura et q̄tum ad hoc dicit. et eoꝝ suggestionibus adituz non indulgere. Dicit tamē bonauentura super quartū. dis. xv. q̄ duplices sunt cause vel occasiones peccatoꝝ. nam quedam sunt proxime sicut cena splendida ē occasio edacitatis. familiaritas carnalis est occasio luxurie perpetrande. Et tales necesse habet quis excidere si vult d̄ peccatis digne satisfacere. Quedaz sunt vere occasiones remote vt inuitatio ad bonam cenam. suspectam societatē. et tales nō possumus excidere. quia non est in nostra potestate sz efficaciter refutare nec aditum indulgere. Tria sunt igitur opera satisfactionis impletiua. scz elemosina ieiunium et oratio. Quod patet ex eo. qꝛ radix peccati triplex inuenitur. vt dicitur ꝑ. Johannis. ij. scz cōcupiscentia carnis cui ieiunium opponitur. Per quod intelligitur omnis afflictio carnis. que cōsistit in vigilijs ieiunijs laboribus.

Secunda cõcupiscentia oculorũ ad auariciam cui p remedio adhibetur elemosina que cõtinet in se omne opus pietatis primis exhibendũ siue spirituale siue corporale. Tercia vero superbia vite que curatur efficaci oratione. que illuminat ad se cognoscendũ. dulcescit ad primum diligendum. ardescit ad deo inherendũ et perfruendum. Includit autẽ omnẽ actũ ad deum relatum. et sic in his tribus omnis actus meritorius includitur quo digna satisfactio perficitur id est legitime quadragesima celebratur. exemplo christi ꝺ quo verba ꝓposita scripta sunt. Cum ieiunasset. xl. diebus ⁊c. Sacramentũ quadragesimalis obseruantie licet multis misteriis et figuris insignitũ legitur. Tribus tamẽ ꝑcipue misteriis decoratum inuenit. et signis cõgruis prefiguratũ. Nam in eo primum misterium in remissionis peccatorũ relucet. quantũ ad penitentes et incipiẽtes quod etiã triplici figura perficit. Reperitur enim quantũ ad hoc triplex quadragesima penitentiũ scz ad cõterendum cõfitendum et satisfaciendum. et ideo triformiter figurata. Naz quadragesima cõtritõnis figuratur in quadragesima inundationis diluuij. Genes. vij. De quo dicit magister in historiis. ꝙ postea nutu dei uno et angelorũ misterio in archam vniuersa animantia ducta fuerant mense secundo. id est may. die id est luna. xvij. mẽsis. rupti sunt fontes abyssi. id est maris. vel aque que sunt in visceribus terre ⁊ catharacte celi. Catharacte ꝓprie sunt meatus nili qui per septem ostia separatur. generaliter vero catharacte sunt quilibz meatus aquarum initiales. Hic aurẽ signant vias per quas emanantur pluuie. Et pluit sup terram. xl. diebus et. xl. noctibus. Eleuataq; est archa super omnes montes. quoniã aqua montib⁹ altior erat cubitus quindecim. A die quoq; prima q̃ noe archam ingressus est vsq; ad centum quinquaginta dies exaltate fuerãt aque que post hec ceperũt diminui ita ꝙ. xxvij die mensis septimi requieuit archa supra mõtes armenie. ac tandem prima die mẽsis decimi apparuerunt cacumina montiũ Ex quibus verbis liquet esse duo loca generatõnis aquarum et emanatõnis. Est enim locus supior in nubibus et inferior in terre visceribus. Sic in anima duplex distinguit̃ portio rõnis scz supior qua cõcipiuntur ⁊ cogitantur eterna. cuius operatio rigoratur in receptõne simplicis intelligentie a supiori luce deo. Secũda dicitur portio rõnis inferior qua scz cõcipiuntur inferiora vtpote pene inferni. miserie pñtis seculi ⁊c. vtraq; ergo pars est locus generatõnis aquarũ. quia supra peccata amisimus ⁊ penã meruimus. Fiat igitur inundatio cõpunctionis lachrimaruz ex cursu aquarũ istarum ⁊ mundet̃ minor mundus. id est homo. Et bene dicitur inundatio diluuij totã terram operuisse. q̃ oportet cõpunctionẽ inundare ex omnibus peccatis per totã animã. Si enim in parte fit cõpunctio vt dicit Greg⁹. nõ sufficit. quia multi lachrimas indesinenter fundunt qui tamen peccare nõ desinunt. In quibus impletur illud ps. In diluuio aquarum multarũ ad deum non ap̃propinquabunt. Et sicut in inundatione figurali deleta est omnis caro super terram volucrum quadrupedũ et reptiliũ. Sic in hac inundatiõe spirituali deleri debet omnis affectio mundana siue ambitõnis per volucres aut cupiditatis ꝑ quadrupedia. vel carnalitatis ꝑ reptilia signata. Hoc ꝓfecto diluuium inundauit audientẽ ezechiam regez sibi mortem adesse et hoc ex parte inferiore cum dicebat. Dadam ad portas inferi. A parte vero supiori cum subiunxit. Non videbo dominũ deum in terra viuentium. Deniq; hoc diluuiuz ꝑseuerare debet donec anima id est spiritualis archa requiescat super montes armenie. Quadragesima vero cõfessionis figuratur in quadragesima expectatõis an cessasset diluuium. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ vt dicit magister in historiis. ꝙ postea apparuerunt cacumina montium expectauit Noe. xl. diebus et emisit

coruuz qui non reuertebat̃. Emisitq; post eum columbã que vespere redijt ferẽs ramum oliue virentem. Post septez autem dies itez emissa columba non est vltra reuersa. Reuoluto igit̃ anno prima die mensis p̃mi anni sequẽtis apparuit Noe tectũ ⁊ vidit q̃ exsiccata essz sup̃ficies terre: sz egrediẽdi expectauit dñi p̃ceptũ. Eadem igit̃ die qua Noe archã ingressus est dixit ad eũ dñs. Egredere de archa tu et vxor tua. Cõiunctim eos nomĩat in egressu: sic̃ diuisim in ingressu: vt in p̃ori copulã carnalez sibi interdictã intelligerẽt ⁊ penitẽtiam agerẽt in posterioriq; ꝯcessaz: vt genus humanũ multiplicarẽt. Noe peccatorem signat sed penitentẽ ⁊ abstinentẽ his q̃draginta dieb⁹. Hic autẽ emittere debz coruũ ⁊ columbã. Duo sunt eniz affectus in penitẽte. s. pudor cõfitendi in coruo signatus: qui semp̃ canit cras cras. qꝛ crastinare facit ꝯfessionẽ Sophonie. ij. Vox cantãtis in fenestra coruus in sup̃limĩari. Emittẽdus est igit̃ coruus nõ vltra reuersurus. i. affectus pudoris plena cõfessione ꝓpellendus. Colũba v̄o. i. affectus timoris. qꝛ gemitũ repdit ꝓ cantu: euidenti signo emittit̃ in ꝯfessione ap̃ta archa cõscientie. nihilomin⁹ tñ reuersura. Et vide cõgruũ ꝓcessuz. Nã p̃mo reuertẽs nihil portat. secũdo fert ramũ oliue. tercio emittit̃ non reuersura in misterium trifarie ꝯfessionis. Primo mortaliũ in qua ꝯfessione nihil reportat. qꝛ anima nõdũ plena ꝑ freq̃ntem ꝯfessionẽ vigorosam depurata a prioribus vitijs. nec duz ꝑuenit ad illud ap̃licum. Gloria nostra hec est: testimoniũ cõscientie nr̃e. Secũdo v̄o in ꝯfessiõe venialium iaz lõge se motis mortalib⁹. cũ iam etiam venialia discutere ⁊ cauere satagit ram⁹ oliue reportat̃ in signũ ꝑfecte recõciliatõis ad deũ: cum p̃s. dicente. Ad ipsuz ore meo clamaui ⁊ exultaui ꝛc. Ad extremuz v̄o in finali cõfessiõe cum steterit ante iudicẽ ratõem redditura si in bono ꝑseuerauerit euolabat. hec colũba denuo nõ reuersura. ꝑcul eniz fugiet qd̃ prius augebat. Deniq; q̃dragesima satisfactõnis figurat̃ in q̃dragesima expectatiõis niniue Jone. iij. Adhuc q̃draginta dies ⁊ niniue subuertet̃. supple nisi peniteat. Predicauerũt igit̃ ieiuniũ. descẽdit rex de solio suo. indutusq; sacco sedit ĩ cinere. Nũc vide ꝯgruentiã eius pnĩe. Nam in descẽsu de sede regali hũilitas ostendit̃ contra superbiã vite. in sacco asperitas cõtra cõcupiscentiã carnis. in cinere ꝯtempt⁹ mũdi qui ꝓcedit ex memoria mortis in cinere signate ꝯtra ꝯcupiscentiã oculoꝝ. Vnde Hiero. Facile cõtemnit oĩa qui se semp̃ cogitat morituꝝ. Sic ieiunauit Moyses in monte synai vt legem dei mereret̃ accipere. Et hec est q̃dragesima incipientiuz. Non eniz possunt mãdata dñi imp̃mi: nisi in tabulis cordis rasis ab omni mortali vt sic parent̃ due tubule. i. duo affect⁹. dilectiõis. s. ad deum ⁊ ad ꝓximũ. In p̃mo scribant̃ mãdata ad amorẽ dei ꝑtinentia In secũdo ad amorem ꝓximi. qꝛ signũ vl̃ ꝓbatio dilectiõis exhibitio est op̃is. Secunda q̃dragesima est ꝓficientiũ que in cõsilijs implẽdis agitur ꝓfectu virtutũ. ⁊ figuratur in q̃dragesima Helie: vt dicit̃. j. Reg̃. xix. fugiens a facie Jezabel: vt ptz alibi. Fuga autez ⁊ ꝓgressus Helie ꝓgressum denotat sp̃ualis ꝓfectus. Naz fuga a facie Jezabel qd̃ interp̃tat̃ fluxus sterq̃linij: ꝯtemptũ signat tẽporaliũ ad Philipeñ. iij. Omnia arbitrat⁹ sum vt stercora. Dormitio subtus iuniperũ: cuius cineres ignẽ per annũ conseruare dicunt̃: opera signat misericordie pietatẽ fouentia. Panis subcinerici⁹ ab angelo delatus ꝯsolationem signat: que etiã ex memoria mortis in talib⁹ exuberat. Naz magna cõsolatio moriẽtis cuz videt se in operib⁹ misericordie desudasse. vel per iunipeꝝ crucẽ. ꝑ panem subcinericiũ panẽ doloris ꝯpassionis ⁊ penitẽtie intellige. Cui additur aqua lachrymaꝝ ꝓ potu: quoꝝ vigore ambulat recto tramite per q̃draginta dies asp̃itatis ⁊ q̃draginta noctes aduersitatis vsq; ad mortẽ dei: vt participat deũ suũ occurrẽtem in sibulo aure tenuis. O vere q̃dragesima deo placita ⁊ ieiuniũ salutiferuz. Sicut eniz in prima q̃dragesima est abstinentia ab illicitis: sic ĩ hac secũda a sup̃fluis.

Tercia deniq; q̃dragesima est perfectorum: que celebrat̃ in om̃imoda mortificatione carnis feruida: frequẽtia oratiõis ⁊ viscerosa dulcedine contemplatiõis. In his eniz tribus perficit̃ feliciter: Naz primuz signatũ est in ꝯsuetudine ꝯdiendi cadauera mortuoruz ꝑm egyptios aromatibus p̃ciosis per q̃draginta dies: qd̃ cõpetit ꝑfectis. Quia vt dicit Apl̃us ad Colo. iij. Mortui estis ⁊ vita vestra abscõdita est cum christo in deo. Aromota autem sunt perfectõis exempla. Nã christi odor bonus sumus deo in his qui salui fiunt: et in his qui pariũt. Nimiruz cum extrema bona in moduz aromatũ hominẽ ab omni putredine vitioꝝ ꝯseruauit. ⁊ astantibus seu cernẽtibus suaue redolent. Secunduz autem scilicz oratõis frequẽtia signatum est Deutro. ix. dicente Moyse. Procidi coram domĩo q̃draginta diebus et q̃draginta noctib⁹ quibus eum suppliciter dep̃cabar ne deleret vos vt fuerat ꝯminatus Terciuz deniq; scilicz cõtemplatiõis dulcedo signatũ est in apparitiõe glorie resurrectionis christi q̃draginta diebus quib⁹ discipulos in om̃i sua dulcedine crebrius visitauit. nunc apparens ⁊ instruens intellectũ. nunc cõuescens ⁊ ꝓuocans affectũ. Et sic feliciter experiebãtur illud dauiticum. Gustate ⁊ videte quoniaz suauis est domin⁹. Et hec est quadragesima christi: qui ieiunauit nõ pro expiãdis delictis suis: sed in mortificatiõe carnis. nõ quia indiguit: sed quia exempluz dare voluit exercende virtutis: p̃sertim in mortificatione sui. in frequẽtia oratõis ⁊ cõtemplationis: fugiens in desertum locuz vt sic nos instrueret ⁊ ad sequelã induceret. Quod nobis ꝯcedat ⁊c̃.

Dominica secunda quadragesime de perseuerantia orationis ⁊ qualitate orantis.

a Miserere mei domine fili Dauid. Math. xv. Sicut qui letali vulnere sauciat⁹ aut infirmitate graui detentus curatiõem affectãs: necesse est vt infirmitatẽ suam agnoscat. ⁊ agnita ea medicuz requirat. inuento medico morbũ latentẽ d̃tegat. de hinc medicuz pro eius curatiõe deprecet̃ ⁊ omnibus cõsilijs medici sollicitus acquiescat Alioquin ad curationẽ eum non recipiet. Sic vulneribus peccatorum sauciatus sanitatem si cupit adipisci latentez peccati morbum debet agnoscere et eius periculũ perpẽdens medicũ salutis requirere morbum per humilẽ confessiõem aperire. ac ꝑ satisfactiõem voluntariã medici consilijs acquiescere. Hinc mater ecclesia videns aptum medicine tempus: assumens illud apostolicũ. Ecce inquit nũc tempus acceptabile scilicet ad requirenduz medicum. quia ecce nunc dies salutis. i. tempus cõgruũ ad medelam. sollicita pro filijs exemplum inducit ad requirenduz medicum in p̃senti euangelio. Nam egressus medicus secessit in partes tyri et sydonis quos sanaret requirẽs. Cui occurrit mulier tã humiliter q̃ efficaciter medelã expostulans infirmitatẽ denũcians. ⁊ sic misericordia ⁊ veritas obuiauerũt sibi et pariter sanitatem operati sunt. Nulla nãq; medicina spiritualis reperit̃ efficax ad medelam: nisi prius vulnus fuerit detectũ. ⁊ ferrũ infixum fuerit extractũ. hoc est nisi fines exierit vitiorum ⁊ qualitatẽ ostenderit peccatoruz. Tunc enim fiducialiter orare poterit. Miserere mei domĩe. Q̃ntum ad veritatem historie. Quodã tempore Jesus auidus salutis animaꝝ declinans scribas et phariseos qui cõuenerant ad eum. non vt eum cõsulerent. sed vt caperent in sermone vel actõne. secessit in partes tyri ⁊ sydonis. que ciuitates erant gentilium. Et ecce mulier chananea gentilis a finib⁹ illis egreditur. que scilicz intrãte Jesu in domuz. vt habet̃ Marc̃. vij. accessit. solã petens misericordiã. Miserere mei inq̃t fili dauid. filia mea ⁊c̃. Jesus ꝟo domuz exiens non respõdit ei verbum. Tunc illa nobis precũ instantiaz cõmendans dominum sequebat̃ clamans. Miserere mei fili dauid. Discipuli ꝟo compassiõe pariter ⁊ tedio clamoris eius affecti rogabãt dominuz dicentes. Dimitte illam q̃ clamat

post nos. Quib⁹ ille. Non sum missus ad
⁊c̄. vbi dicit Hieronim⁹. Non autem hoc
dicit quia non missus sit ad gentes. sed ꝙ
primuz ad israhel missus sit: vt illis nō re-
cipientibus euangeliū iusta fieret ad gen
tes trāsmigratio. Vnde dicit Marc⁹ euz
respōdisse. Sine pri⁹ saturari filios. qua-
si diceret. Futuruz est vt ⁊ vos salutez cō
sequimini: sed sine ⁊c̄. Videns autez mu-
lier ꝙ neqꝫ apostoli proficerēt: accurrens
(felici in verecūdia) venit ⁊ adorauit eū:
dicens. Adiuua me. Jesus v̄o pia contē-
tione quāto illa preces multiplicat: tanto
⁊ ip̄e negando vituperatiōem ingemīat.
Nunc eniz illam canē vocat: dicens. Nō
est bonuz sumere panem filioꝝ. Miruz ꝙ
mulier cōfusa non recesserit. Vocauit em̄
eam canem ꝓpter idolatriā quam hucusqꝫ
exercuerat. Hic clamat Chrisosto. Vide
mulieris prudentiā qualiter nec cōtradi-
cere ausa est. neqꝫ contristata est in aliorū
laudibus: neqꝫ molestata in proprio cōui-
cio. sed ait. Vtiqꝫ domīe. Nam ⁊ catelli.
Ecce iaz exemplar humilitatis et formaz
exauditōis. Vocat Jesus iudeos filios:
ip̄a vocat eos domīos. vocat eam canez:
ipsa v̄o sese catellum. quasi diceret. Si ca
nis sum non sum aliena. canez me dicis: ca
nem me nutri. ne sis alijs dn̄is crudelior.
Nam ⁊ catelli edunt de micis. Mice sunt
eniz quas peto: ⁊ reliquijs catelloꝝ cōten
ta sum. Chrisost. Propter hoc autem tar
dabat christus. p̄sciebat eniz eam hec di-
cturam. nec occultari volebat tantaz mu-
lieris fidē. Et ait illi. O mulier magna est
fides tua. fiat tibi sicut vis. Et sanata est
⁊c̄. Thomas in cōtinuo. Intende quali-
ter apostolis nō impetrātibus impetrat
ip̄a. tam magnū quid est instantia oratio-
nis. Eteniz pro nostris noxijs vult magis
a nobis rogari q̄ ab alijs pro nobis. Mi
serere mei ⁊c̄. Mulier hec vt eius ora-
tio efficatior redderet: ac per hoc citi⁹ ex-
audiretur s̄m Albertū magnū quidez pro
ponit ex parte sui: scilicz compassiōem et
affectum naturalis pietatis: dicens. Mi
serere mei. quasi diceret. Naturali pieta-
te ad hanc compassiōem obligasti me: faci
endo me matrem. Quedā autem ex parte
dei: scilicz īmensitatem diuine maiestatis
ex qua potuit. et misericordiā humanita-
tis ꝓpter assumptā naturam ex qua debu
it merito misereri: dicens. Domīe fili da-
uid. Quedā etiam ex parte filie. scilicz ne
cessitatem vinculi naturalis obligatōis:
dicens. Filia mea: tam carnaliter q̄ spiri-
tualiter male torquet̄. i. ītolerabiliter ve- b
xatur a demonio. Ecce perfectū exemplar
nos instruens qualiter fructuose dep̄cati-
onibus intercedere debeam⁹. Orauit enī
sapienter: humiliter: feruenter: ⁊ perseue-
rāter. vt ex euāgelio colligi potest. Sa-
pienter orauit qd̄ patet in tribus. Primo
sapiēter orauit. quia fines suos exijt ora-
tura. Quid enim per fines: nisi peccatorū
occasiones ⁊ delectatōes signātur. quas
per exire oportet per veram cōtritiōem ⁊
cautā cōuersationē. Alioquin quomō ve-
niam merebit̄ de occasione filij patrem ro
gitās manibus sanguinolētis Ysa. j. Cuz
multiplicaueritis oratōes vestras nō ex-
audiam. manus eniz vestre plene sunt san
guine. Per peccatū enim denuo filiū eius
crucifigim⁹. Et ergo subdit ibidez. Mun
di estote: auferte malum cogitationū ve-
straꝝ ab oculis meis. quiescite agere per-
uerse. discite benefacere. Alioquin vobis
dicetur. Nescitis quid petatis. Quia re
uera nescit quid petit qui petit veniam si-
ne debita contritiōe ⁊ emendatōis volun
tate. qui petit gloriaz sine merito: et quie
tem sine labore. Sed ne eorum oratio vi-
deatur vacua om̄ino plerūqꝫ in tempora-
libus ꝓsperitatibus exaudiūtur. vel etiā
ad recuperādam gratiam gratūfacientez
magis disponūtur. Nam vltro se prebet
largitor ne tepescat orator: dicens. Peti
te ⁊ accipietis Luc̄. xj. Sed multi vereor
veras virtutes per orationez adipisci re-
fugiunt cōtrarijs illecti vitijs. sic̄ in Ach-
ab rege figuratum est Ysa. vij. qui cum nō
crederet Ysaie verbis missi a domīo de de
liberatione duorum regum. scilicz syrie ⁊
israhel: qui venerant ad deuastādam ter-
ram iuda. Addidit ꝓpheta ex parte domi
ni: dicēs. Pete tibi signū ⁊c̄. vt qui ꝓphe

te non credis: saltim signis diuinis crede re cogaris. Pete inq̃ signuz in ꝓfundum inferni. i. suscitatõem alicuius mortui vel in excelsuz sup̃. sicut tempore Josue stete runt sol ⁊ luna ⁊c̃. Naz iudei in causis ar duis signuz petebant a domĩo in argumẽ tum certitudinis. Qui respõdit. Non pe tam. erat enim idolatra. et ideo timuit ne in signo postulato domin⁹ glorificaret̃: et sic a populo vilificarẽtur idola. Sic multi cõtrarijs affectibus ĩueterati: licet orati onem videãtur fundere. minime tamẽ vi ctoriam vitioruz expetunt. sed veniam si ne contritõe: sine auersione: sine peniten tia: quo nihil impossibili⁹ requirũt. Se cundo orauit inq̃ sapienter. quia rogãdo detexit necessitatez infirmantis: qualita tem infirmitatis. Filia inquit mea male a demonio vexatur. Nimirũ. cum om̃is vox muta iudicat̃ ⁊ rauca quam non p̃cessit so nus dulcissone cõfessiõis adornãtis ip̃az anime faciem. Cõfessio enim ⁊ pulchritu do in cõspectu eius. Hec enim prima vox quam audire dignat̃ dominus. Hinc dicit p̃s. Quoniam tacui. s. confessionẽ inuete rauerũt omnia ossa mea: dum clamarez. s. in oratione tota die. In cui⁹ figura dicũt doctores hebrei: et p̃sertim rabi Samuel super Exod̃. xxxviij. ꝙ cum Pharao vel let impedire multiplicatiõem filioruz isra hel opprimendo viros laboribus ne vaca rent amplexibus. vxores eorum se compo nebant ad specula vt ꝓuocarent viros ad cultũ matrimõij ducte prolis amore. De nientes autez post hoc in deserto vt dicũt doctores nostri. deuote mulieres que fre quẽtabant ostiũ tabernaculi ratõe cultus diuini: in signuz ꝙ exteriori ornatu de ce tero nolebant intendere obtulerũt specu la sua: quoꝝ capse erãt enee. de quibus fa ctum est labium eneuz. Specula v̄o circa labium eneum affixa sunt: vt se lauãtes in eis maculas abluendas aspicerent. Nam ante ingressum tabernaculi fiebat hec lo tio: innuens macule spiritualis ablutõez: peccatoruz consideratõe. ⁊ contritiosa la chrymaꝝ effusione. Orauit deniq̃ sapiẽ ter. quia licet erat a filijs israhel expulsa ⁊ depauꝑata ⁊ seruituti subiecta. non tamẽ petijt vindictam. non diuitias. nõ liberta tem: sicut multi faciunt hodiernis tempo ribus. quorũ minima cura est de salute ꝓ pria. de charitate fraterna. de mandato rum obseruatõne. sed petijt illa demonis expulsionem a filia. quia male torquebat̃. Nimirũ. quia onus peccati grauissimuz.

Secundo rogauit hũiliter procidẽs ad pedes eius ac cõtemptuz illatum: vt pro baretur hũiliter suscipiens velut eodez di gnam se reputãs. O vera mulieris huius prudentia. nimirũ cum humilitas sola me retur exaudiri. Superbiẽs eniz resistit nõ exaudiens: cuz humiliũ ⁊ mansuetoꝝ sem per placuit oratio. Unde Hester regina dominuz petitura signa superbie verebat̃ exteriora. q̃ tm̃ necessitate expulsa: scilicz cum ad regem erat ingressura sibi impone bat. Nam in oratione p̃misit dicens. Tu scis necessitatẽ meam ꝙ abomĩar signum superbie ⁊ glorie qd̃ est super caput meũ. in die ostensiõis mee ⁊c̃. Nimirũ. omnes obsecrationes ardue in veteri lege cuz hu miliatione cineruz ⁊ cilicij facte leguntur. eo ꝙ hec sola misericordiã diuinaz mere tur ⁊ gratiam. Eccl̃i. iij. Quãto magnus es humilia te in om̃ibus. ⁊ coram deo in uenies gratiã. Sic inuenit gratiam beata virgo: que dixit. Quare respexit domin⁹ humilitatẽ ancille sue. Cuius hec est ratõ. quia sola humilitas charitati locũ parat: dum a vanitate mentem euacuat. Dicit enim Augustin⁹. Q̃ quãto sumus tumo re superbie inaniores: tãto sumus dilecti one pleniores. Et ex cõsequẽte quãtũ hu miliamur mente ꝓpria. tantuz exaltamur estimatione diuina. Sed heu ꝓcul hec vir tus a nostris oratoribus qui compti ꝓce dere nolũt ad oratiõem. in superbia ⁊ ab usione solliciti qualiter adornent carnem non conscientiã. nunq̃ hi se parant orati oni vt deo placeant. ⁊ non potius vt vide antur ab hominib⁹. Sed audiant qui eius modi sunt dicente psal̃. Qui hominib⁹ pla cent cõfusi sunt. quoniã deus spreuit eos. Cuius argumentum euidens habemus in Ozia rege. qui elatiõe ductus ꝑ se voluit

oblatiões offerre deo: ꝛ lepra ꝓcussus est. vt infra patebit. Tercio rogauit frequẽter. quod notãt in clamore quo clamauit post Jesum: maternalem ostendens affectum. Hic est enim clamor cordis de quo dicit domin⁹ Joysi Exo. xiiij. Quid clamas ad me. cum non legitur aliquid locutus fuisse. ps. Clamaui in toto corde meo In toto corde clamat qui per intellectuz offert attentionẽ. per affectum vo devotionem. sicut apostolus ad Corinthꝫ. xiiij. Orabo spiritu: orabo et mente. Medio vo corde clamat qui adhibet attentiõez: sed non devotionem. de qualibus dicitur Ozee. x. Diuisum est cor eorum. nũc interibũt. quia nemo potest duobus dominis seruire. Nullo denicz corde clamat q̃ nec adhibet attentiõem nec devotionẽ. Quibus improperat domin⁹. Hic populus labijs me honorat. cor autem eor longe est a me. Nõ sic rex Ezechias. qui vt dicitur iiij. Reg̃. xx. ꝛ Ysa. xxxviij. dum egrotaret vsqꝫ ad mortem. i. taliter ꝙ per naturam non poterat curari. Erat enim morbus regius: fm quosdam missus est ad eum Ysaias a domino qui ait. Dispone domui tue: quia morieris tu ꝛ non vives. Quo audito cõuertit Ezechias faciez suam ad parietem. et fleuit fletu magno: orans et dicens. Obsecro domĩe memento quomodo ambulauerim coraz te in veritate ꝛ corde perfecto. ꝛ quod bonum est in oculis tuis fecerim. Cui⁹ oratiõem ꝛ lachrymas aspiciens dñs ait ad Ysaiaz qui nondum atrium regis egressus fuerat. Vade ad Ezechiam ꝛ dic ei. audiui oratiõem tuam. vidi lachrymas tuas. ecce sup dies tuos annos quĩdecim addaz ꝛc̃. vide infra. Si ergo tam efficaciter orauit pro vita corporali: quid faciet christian⁹ pro vita spirituali cum viderit animaz suam non solum appropinq̃ri morti: sed et absorberi ac sepeliri velut vetentẽ quadriduanũ. nec incalescit miser homũtio ad cõtritiõem. nec resoluitur ad lachrymaz effusiõem: sed tepida quadaz ꝛ euomenda se putat oratione satisfeciſſe. Quarto petijt pseueranter. ꝛ in hoc mirabilior apparuit ꝛ cõmendabilior. eo ꝙ tam sedule: tam indigne repulsa: petitiões gemĩare non destitit. sciens quia perseuerãtia sola premiuz meretur exauditõnis. bꝛauiuz eterne felicitatis. felix clausura omniũ virtutuz. Unde Chrisosto. admirans ait. Quanta est instantia oratiõis. quia qõ apostoli non potuerũt ipsa perfecit.

Dominica tercia quadragesime de septẽplici demonio. Sermo. xlviij.

Erat Jesus eijciens demoniuz ꝛ illud erat mutũ Luc. xj. Cum rationalez cõsidero creaturam in ea tria psertim inuenio. Primo summã generositatẽ in creatione: quã potissime testatur opificis celsitudo pariter ꝛ sollicitudo. Nã tanta nobilitate dotauit eam vt naturali quodam affectu moueatur ad eam possidẽdam ꝛ perfruendã in habitatiõem sibi. Delicie inquit mee esse cũ filijs hominũ. Cuius inq̃ amore tractus eodem vilissimo dignatus est vestiri cinctorio. vt vel sic humanã naturam moueret ad amorem reciprocũ. Nam ex hoc effectus est in expectãdo ꝛ sustinendo peccatores tam patiens. in suscipiendo tam pmptus. in pmouendo tam dulcis. in glorificando tam amabilis. Et hec me merito ducent ad amorẽ diuinũ. Secundo vo abiectissimaz vilitatem in vitiorum degeneratione. In qua pcipue patet cecitas admirãda: cum ad mandatoz obseruanti am nos allicĩat tot exhibita beneficia. tot charitatis insignia. tot promissa pposita tot supplicia parata. Cecatus tamen infelix delectatiõe despectis his oñibus propter exiguũ tempus momẽtanee delectationis solum sequit̃ inimicum subditur: captiuatur: abducit̃: et dãnatur. Et hec me ducunt in proprie cecitatis ãmiratiõem. Tercio denicz crudelissimaz vindictam a deo paratam: qõ me ducit in eterne pene formidatiõem. Verũ de hoc alꝫ. Hui⁹ ergo cecitatis exemplar nobis apponitur in euangelio pseti. Demoniacus enim iste

non soluz mutus: sed ꝛ cecus pariter ꝛ surdus erat: vt ex dictis sanctoꝝ colligi pōt. Dicitur enim Matħ. xij. ꝙ oblatus est ei demoniuz habens cecus ꝛ mutus. Dicūt eniz Theophilus ꝛ Epyphanius ibidem: ꝙ qui domīo oblatꝰ fuit ꝛ mutus erat lingua ꝛ surdus auditu. Erat ergo mutꝰ ad confessionē. cecus ad spiritualiū consideratione. surdus ad verbi diuini debitaz auditionem. Obstruxit enim hec tria diabolus velut organa ꝓncipaliora salutis: sicut ꝛ hodie in pleriſq; spūaliter operat: quousq; veniens sua gratia dominꝰ demonium eiſciat. ¶ Erat Jesus eiſciens ꝛc. Cum hūana natura diabolicum naturaliter abhorret consortiū veluti maxime nociuū: experiēcia discimus quid doloris inferat parētibus. cum vnicam filiaz cui tota seruat hereditas. a qua sola speraī posteritas a diabolo contingat possideri et vexari crudeliter. Pro cuius nimirū liberatione nec rebus parcerent neq; corporibus. Quid igitur faciendū de propria putas anima: que scillez a septem spiritibus nequioribꝰ male torqueī. vitiſ dico mortalibus que plus nocent q̄ centūmilia demonū. Sed hoc miser homo non aduertit quia dulciter in p̄senti vexant ne possessuz amittāt quousq; duxerit in bonis dies suos ꝛ in postea in infernū descendāt. Que profecto septē demonia a magdalena narrantur electa Luc. viij. Jnueniunt septē nomīa demonuz bis septem vitiſ principantium: de quibus nobis sermo presens ad cautelam ꝛ instructionē. ¶ Primꝰ enī demonuz dicitur lucifer: qui contra deum suum primo superbiuit in corde necdū impleuit opere. et tam irrecupaliter. iectus pariter ꝛ damnatus est: vt velut āmirando diceret Ysa. xiiij. Quomō cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Quid ergo somnias miser homūcio ꝙ tibi supbienti parcet diuina vindicta qui iurauit in anima sua. quia detestatur omnē superbiam: vt dicit Amos. vj. Dicit igitur in casu suo didicit quid homini casuro suggerat: cuiꝰ principatus est super vitium superbie. et elatos corde securius possidet. qui signātur ꝙ de moniū habentez qui erat in synagoga: vt dicitur Marc. j. ꝛ Luc. iiij. Cum ergo veniret Jesus humilitatis doctor ꝛ veritatis in synagogā ꝛ doceret: exclamauit demoniacꝰ doctrinaz christi non ferens que salus erat animaz ꝛ medicina. Quid nobis ꝛ tibi Jesu nazarene? quid inq̄s superbo ꝛ hūili corde? vere nihil. Venisti aiunt ante tempus perdere nos. i. diminuere potestatem nostram. Et cōminatus est eum Jesus vt taceret et exiret. Qui multū discerpens eum. i. affligens exiuit. quia vitium superbie possessuz non facile relinquit videns quia demoniū hoc nec templū veretur: nec altare. astat celebrātibus. astat ꝛ diuina audiētibus. ꝛ altare domini appropinquasse gloriatur. ductorem se prebet ꝛ comitem. adeūtibus ecclesiam exornat vestibus: deturpat affectibꝰ. Nec enī Jesum in templuz ducere verebaī vt elatione temptaret ꝛ deiſcere: quē vtiq; quidam dicunt esse luciferuz. ¶ Secundū autem demoniū sathanas nomen accepit q̄ interp̄tatur aduersarius deo. Huius eniz officium est inuidiam suggerere: qua nihil tam cōtrariū diuine charitati. Vitium est enim omnino diabolicū. Unde Zacha. iij. Et sathan stabat a dextris eius. s. Jesu sordidis indutus vestibus vt aduersaretur ei. Nimiz est autem ꝙ humana mā suetudo suggestiones eius admittit et fouet: cum nihil in se delectabile habere dinoscitur: sed totum triste pariter ꝛ laboriosum marcescere faciens. ꝛ tabescere naturam humanā: sicut ꝓstensum est in Cayn. qui primꝰ impugnabaī hoc vitio. qui sez a deo tremuli capitis vindicta puniebatur ꝛ corporis. quia nimirū huiusmodi secum ferunt semper cor inquietuz ꝛ tabescens. Cuius etiam propriuz est patiētem ad diuine misericordie finalē inducere desperationē. sicut ait Cayn. Maior est iniquitas mea q̄ ꝛc. Et cum sit belua ferocissima: heu q̄ multos ĩuenit receptores qui fouent ꝛ nutriūt rancores. auersiones. suspitiones ꝛc. lingua nihilominꝰ maledicta manifestans per maledictōes. cōuitia. detractiones. derisiones ꝛc. Sed vnde tam

tarius amplectit hoc vitiū. nisi quia de fomite superbie processum habet. Nam angelo propter superbiā ejecto ⁊ genero humano ad eandem gloriā adipiscendā conditō statim (vt dicit Sapiēn. ij.) inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum qui sunt ex parte eius. quia omnis inuidia ex superbie vitio fomitem sumit. patet hoc in Saul: qui eodez demonio fuerat agitat⁹. j. Reg. xvij. qui semper propter inobedientiam ⁊ elationem qua voluit honorari a Samuele coram populo: spiritu dei piter ⁊ regno priuatus: inuidie spiritui tradit⁹ est. Terciū vo demoniuz dicit leuiathan. qō intelligitur persequēs eos. ⁊ sinat iram per quam homo cōcipit in corde vt aliuz prosequat. Prouocat etiaz homicidia ⁊ bella. Sed hoc demonio possessis audi quid in futurum reseruat dominus: vt testatur Ysa. xxvij. dicēs. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro: grandi: et forti super leuiathan serpentē vectem. ⁊ super leuiathan serpentez tortuosuz. Hoc autē demonio obsessus erat de quo dicit Act. xix. ꝙ scilicz videntes exorciste Paulum in nomie Jesu demonia ejcientem reliquētes cōiurationes Salomonis ad hoc factas. quibus licet cuz magno labore demones expellebant appositis quibusdam gemmis scōm Josephum in nomine Jesu quez Paulus p̄dicabat ejcere volebāt Vnde cōiuratus vnus respōdit. Jesum scio ⁊ Paulum noui. vos autez qui estis? Et insiliēs in eos homo in quo erat demonium pessimuz domīatus eorū ualuit ita vt nudi ⁊ vulnerati effugerent. Quartum vo demoniuz asmodeus imponit: qō interpretat blasphematio iudicantis. de quo dicit Thobie. iij. ꝙ Sara tradita fuerat septez viris quos occidit. demon iste mor vt ingressi fuerant ad eam impedies cōiunctiōem matrimonialē inter Saram et viros ne proles nascerētur. Et prefert peccatū accidie per qō homo pigrescit ne fructum boni operis peragat. negligētes enim eos reddit quos possidz: p̄sertim ad spūalia que non sapiūt huiusmodi. Ideo cōuenienter dicit asmodeus. i. blasphematio iudicantis in terrorē tepide cōuersantium. quia a deo plasmatus est qui non solum maleficos: sed ⁊ pigros negligētes iudicare debet: iuxta parabolā Matth. xxv. in eo qui acceptum denarium posuit in sudario. Hoc autem demonio vexabat homo de quo habetur in euāgelio. quem scilicet diabol⁹ surdū fecit ad verbi dei predicatiōem ⁊ salutis āmonitōnem. fecit et mutum ad plenam cōfessionem ⁊ sani consilij inquisitōem. fecit ⁊ cecum ad vie salutis inuentiōem ⁊ proprij damni consideratōem. O q̄m multos huiusmodi cecos ad huc patitur ecclesia dei. quibus dicere necesse est etiā in imponēda penitētia: quid vis vt faciam tibi. Sed vnde hoc? nisi hic maledict⁹ hic asmodeus septē viros. i. septem dona spiritussancti Sare. i. deuote anime: quibus cooperātibus bonis operibus impgnatur ⁊ fecundatur prius extinguens: hominē ad omnez bonum impotētem reddit. Quintuz autem demoniuz māmona domin⁹ appellauit: ⁊ p̄est diuitiis. Interpratur enim diuitie vel cupiditas. ⁊ auaricia cōsulit. quo demones quis agitatus cirta tempalia cupiditate mersus velut amens efficit. Mirum cum sit demoniuz pessimū. alios lapidās vt Achor. alios lepra percutiēs vt Gyezi. alios laqueo suffocans vt Judam. Et licet taz crudelem possidenti se exhibet: infinitos tamen volūtarie possidet. regit. ⁊ dirigit. Ysa. lvj. Omnes in vtam suam declinauerunt: vnusquisq ad auaricia suam a summo vsq ad nouissimuz. Cum tamen de eo p̄dixit dom⁹: non poteritis deo seruire ⁊ māmone. Quia nimiz rethe auaricie taz latum est ⁊ multiphariuz vt vix in eo semel inuolutus euadere queat de cetero. ⁊ ideo laqueus appellatur venātium. Vide tamen q̄ fera bestia. Dicit enim Chrisost. in quodam tractatu q̄ intantuz amor pecunie omnez animaz fatigat: vt necz amicis necz inimicis: interdum etiam necz cōiugibus nec filijs locum prebeat. quib⁹ affectibus inter homines nihil prefertur. et cum lupis, ⁊ vrsis ac leonibus ferocius se-

uiat gladios accuit precipitia. naufragia tamen queritur ⁊ suauis videt̃ super mel. ac per ĩnumeras mortes delectãtur se ad eius ianuas ꝑuenisse. Ideoq̃ non rei natura: sz voluptatis vitio ꝓatiũtur. ¶ Sextum demoniuz dicitur beelcebub idolum accaron: qd̃ interp̃tatur deus muscarum: ad derisionem gentium a iudeis sic vocatum propter multitudinẽ muscaruz ibidẽ confluentiũ ad sanguinem sacrificioꝝ. Et hic deus est gulosorũ. quia gula velut muscarum multitudinẽ fouet cogitationuz ⁊ affectuũ lubricitatẽ. Et tales musce morientes ꝑdunt suauitatẽ vngenti. Hic enim gulosus: sicut Ochozias rex infirmat⁹ nũcios misit vt consulerẽt beelcebub vtrum resurgere poterat de infirmitate illa. Etiam consiliũ suum ⁊ studiuz ponit quomodo possit in multitudine deliciaruz velut in multitudine sacrificiorũ delectabilius satiari: quasi ex hoc vitam quereret ꝓlongare. Et tamen testatur Gregori⁹ plures interijsse gula q̃ gladio. Hoc autez demoniuz rumpit omnia vincula cõtinentie: sicut figuratum dicitur Luc̃. viij. de demoniaco in terra gerasenorum. qui rupit omnia vincula sua: de quo legio demonuz exiens petebat porcos gulosos ingredi. qui sceno letãtur inuolui sicut gulosi carnalibus desiderijs. Quid enim sunt opera gulosorum: nisi vita porcoruz. cuius exercicium est queq̃ deuorare. ¶ Septimũ demoniuz dicitur behemoth Job. iiij. Ecce behemoth quem feci tecũ fenũ q̃si bos comedet fortitudo eius in lũbis eius. et virtus eius in vmbilico ventris eius. Behemoth interp̃tatur bestialis: signans luxurie vitium in qua tota ratio absorbetur a carne ⁊ hominem bestialez reddit. Et cuz hoc vitium ſm Innoceñ. sit extrema turpitudo libidinis non solum animã maculans: sed ⁊ naturam fedans. tamen tanq̃ bos herbam sic behemoth homĩes per luxuriã comedit propter ĩnumerabilez multitudinem hoc vitio laborãtem. nec veretur accedere thoruz matrimonialẽ in quo deijcit infinitos. Sara de octo viris vnũ virum retinuit. nũc ꝟo vix vnus de viginti reperit̃ innoxi⁹. Nulli deniq̃ parcit: neq̃ seni. nec adolescentulo. nec vetulo. nec virgini. nec quidẽ deo sacratis parcit. sed in singulis stragez exercet inestimabilez. nec vllum relinquit non infestum. ⁊ quem opere non potest: affectu saltẽ deijcere conatur. Hic apte figurat̃ in demonio quo vexabatur filius a domĩe curatus ad mõtem thabor Math̃. xvij. qui sepius ꝓijciebatur ab eo vel in ignem cõcupiscentie: vel in aquam luxurie. Hoc autem demonium nõ eijcitur nisi in oratiõe ⁊ ieiunio. vt oratio cõcupiscentiam frenet: ⁊ ieiunium carnem. Et cum tantam iacturam ab his patitur humana miseria. miserãda tamen conditio q̃ tam pauci admodũ ad eorum expulsionem digne laborare vidẽtur. Nimirum cum homĩes mutos in confessione reddunt: aut surdos in verbo dei auditione: ⁊ in iustoꝝ restitutõne. ad hoc sibi confessores idoneos coaceruãtes. Aut certe cecos. quia putant se satisfecisse cum fuerint confessi: nihil amplius super emendatione sua cogitantes: sicut multiplex experientia docet. Clamat deus per preconẽ: dicens. Agite dignos fructus penitentie quia appropinquat regnũ celorum. ⁊ omnes dissimulãt. Si pro merito eis ꝓmitteret q̃ eis in pasca fieret in corpore et formatio cõueniens ad decorem: dico q̃ nec vna fetula remaneret que non ieiunaret: etiam in pane ⁊ aqua.

Dominica quarta quadragesime de quinq̃ panibus Sermo. xlix.

Est puer vnus hic qui habet quinq̃ panes ordeaceos Johã. vj. Quia ſm philosophũ. j. Ethi. ſm datam materiam sermones exquirendi sunt. Et nunc medium quadragesime celebramus: in qua fideles precipue deuotiõnis actibus insistere debeant in quibus locum priorez vendicant actus penitẽtiales ĩ vigilijs multis. in ieiunijs frequẽter. in cinere ⁊ cilicio. in contritione et lachrymis. nec saltim animus

longiore ⁊ lugubriori aspitate tanq̄ vulnerati dormientes in sepulchris absorbeatur, hodie triplici solatio mater ecclesia digne penitētes recreat. Cuius salubri cōsilio merito sermo noster cōformādus est. Nam primo solatiū eius ingerit verbo letificante: cū in toto officio festivitatis hodierne mater ecclesia vberiori consolatione fluere dinoscitur: p̄sertim ī introitu misse: dicens. Letare iherusalem et cōuentus facite omnes qui diligitis eam. Secundo solatium ingerit obiecto recreante in rose deportatione: quam portat hac die summus pontifex per totā romā z musco ⁊ balsamo plenam. Hoc enim solatium rose interponit vt anxietas penitentie temperata melius auferatur. vt dicit Innocēt. in sermone quodā. Que rosa christum signat vel exemplar virtutis ⁊ premiū laboris. Nam in rosa tria sunt: scilicet aurū q̄ corrumpi non potest. quod significat corpus christi incorruptū conseruatū. Secūdum est muscū odoriferum auro inclusum. quod animā eius rep̄sentat odore omniū virtutū ⁊ gratiarū refertam. In quo currere petebat sponsa in Cant. dicens. Trahe me post te ⁊ curremus ⁊c. Tercium est balsamus vigore et valore p̄stantissimus: signans ipsam diuinitatē humane terre ni inseparabiliter vnitam. In primo latet nostrum solatiū. in secundo meritū. in tercio premium. Deniq̄ vt nihil desit solacij tercio nobis ingerit solatium cibo cōforte in euangelio. vbi largius distribuūtur q̄nq̄ panes ex quibus satiati sunt quinq̄ milia hominū. imo vniuersa turba iustorum. Est puer vnus hic. Ad mensam dominicam spirituali cibo nos meri p̄os refecturi videam⁹ q̄ linceos oculos ille pater familias subtilissimus circūgirat. q̄ caute discumbētes discernat. indignos repellat. sicut figuraliter ostenditur in epistola hodierna: vbi finaliter concluditur. Eīce ancillam et filium eius. Licet enim multi sacram penitentiā acceptasse videantur: pauci tamen ad eius fructus perueniūt ac huius refectionis panes assequūtur. Ad maiorē autem euidentiā sciendū q̄ vt ferunt doctores hebrei: post q̄ Sara sublata fuerat de domo Pharaōis vna de vxoribus eius Sare sanctitatē perspiciens quomō rex propter ip̄am cum domo eius flagellatus fuerat: tradidit Sare filiā suam nomīe Agar tanq̄ ancillā. indicās filie sue melius esse si seruiret Sare tanq̄ ancilla q̄ q̄ maneret in domo paterna cū honore regio. Hinc Sara non valens procurare liberos p̄ ceteris ancillis Agar ex deuotione sibi traditaz honorare volens dedit eam marito suo vxorem. quam acceperat Abrahām nō libidine: sed prolis amore ductus: genuit ex ea hysmahelem. Postea vo Sara genuit Ysaac: cum quo videns hysmahelez egyptiace ludentem: ait ad Abrahām. Eīce ancillam ⁊ filiū eius. Cogebat enim eum adorare luteas imagines quas fecerat: ac domīationē inuadere cupiens p̄sequebat Ysaac querens eum interficere. Tercio deniq̄ pronus erat ad luxuriam. Ne igitur Ysaac ad filiā seduceretur: voluit q̄ agar cum filio eīceretur. Imponēs autem Abrahām humeris ei⁹ panem ⁊ vtrem aque ⁊c. que accepit vxorez filio de terra egypti vnde nata fuerat sequēs parentuz traditiōem pessimam. et hoc iuxta hystoriam que sunt per allegoriam dicta Glo. per alium intellectuz. vnde per interpretatiōes nominū clarescet qui sunt designati per ancillam ⁊ filium eius. quia excludūtur a regno ⁊ mensa fruūtur peregrina. qui vo per liberam ⁊ filiū eius mensa potiti domica. Nam panno repelluntur agarenite. Interp̄tat autē Agar aduena. significans eos qui in seruitio dei nunq̄ firmi sunt: sed semper dubij ⁊ instabiles in bonum: velut a deo alieni. Nam sicut aduena ob modicam occasionem terram in qua deget relinquens in propriam terrā reuertitur: mores primos sequitur. sic Agar ad gentilitatez reuertebatur: eo q̄ in terra aliena non habuit hereditatez. ⁊ ideo minus curauit ibidem quersum aliq̄ perpetrare q̄ indigene. Sic impij qui sunt tantum vt aduene in terra laboris ⁊ penitentie: ob modicam temptatōem vel tribulationem fugiunt: et ad pristinam

vitam redeunt. Et quia spem firman non habent in hereditatem regni celestis: minus timent aliqd mali perpetrare. qd vtiq signũ est ꝓpositi laxioris. ĩmo diuine reprobatiõis. qui omnes audituri sunt eijce ancillam. Secundo repellũtur hysmahelite: quod interp̃tatur obediens sibi. signans eos qui proprie volũtati proprijsq ꝯcupiscẽtijs obediunt: non diuinis preceptis. licet exterius ecclesie p̃cepta ieiunijs obseruare videntur. De quibus dicitur Baruch. iij. Filij quoq agar qui exquirunt prudentiaz que de terra est negociatores terre. ⁊ theman ⁊ conflatores ⁊ exquisitores prudẽtie et intelligentie. viam autem sapientie nõ inuenerũt. Et ideo vt ibidem premittit̃ extermĩati sunt ⁊ ad inferos descenderũt. Econtra Sara qd interp̃tatur carbo. signans eos qui ad moduz carbonis ignita charitate cadent. Et Ysaac quod interp̃tatur gaudium vel vir vigilans. illos signans qui hilari corde et deuota similitudine deo seruire conãtur: nõ ex tristicia aut necessitate. Ad mensaz dominicã admittũtur: que est ecclesie militantis donec rapiãtur ad mensam opulentissimaz ecclesie triumphãtis. Quinq deniq panes superponẽdi sunt huic mense. scilicz penitẽtie luctualis. doctrine spiritualis. leticie cordial̃. eucharistie sacramentalis. glorie eternalis. Primus autem panis est penitentie luctualis de quo reficitur spiritus cõtribulatus. Unde dominus de his qui ingressi desertum penitentie christum sequebantur ait in euangelio. Misereor super turbam: quia ecce iaz triduo sustinent me. Hoc est assumpta contritõe vera. confessione plena. satisfactione ꝓmpta. Et si dimisero eos ieiunos scilicet a consolatiõe spirituali: deficient in via scilicz penitẽtie. De qua proflua pietate miratus Dauid: ait. Venite et audite et narrabo omnes qui timetis deum quãta fecit anime mee. Ad ipsum ore meo clamaui ⁊ exultaui sub lingua mea. Et cõcludit. Benedictus deus qui non amouit orationez meã ⁊ misericordiã suam a me. Sic reuera deus cui⁹ natura bonitas vbi plena fuerit contritio. de contritiõe parit leticiam. lenit conscientiã. vt verificetur illud Hiere. xxxj. In fletu venient ad me ⁊ in misericordia reducam eos. Hinc dominus beatos dicit qui lugent: quoniam ipsi consolabũtur. Unde Bernard⁹ de cõtemptu mũdi. Felices lachryme quas benigna manus cõditoris absterget. Et beati oculi qui in talibus liquefieri preelegerunt q̃ eleuari in superbiam. Dicit autem glosa super illud euangelicũ. ꝙ duo genera cõpunctõnis per luctuz intelligunt̃. scilicet pro miserijs huius mundi. ⁊ pro desiderio celestiuz. quem luctum non habet nisi pauper ⁊ mitis. qui cum mundũ non diligit. tamen quia miser est recognoscit. et ideo celum cõcupiscit. Et bene figuratum Josue. xv. de axa que petijt irriguum superius ⁊ inferius. Nam ex vsu penitentie iam incipiũt opa penalia ⁊ lachryme dulcescunt ac saporem quẽdam melleũ respirare. quod est signum spiritualis suauitatis accelerantis. Secundus ꝟo panis est doctrine spiritualis. quia nõ in solo pane viuit homo. Et hic est cibus ipsius rationis. De quo dicitur Eccl̃iasti. xv. Cibauit illum pane vite ⁊ intellect⁹ ⁊c̃. Quaz necessarius autez sit iste cibus ostẽdit Augustin⁹. vt habetur in decretis. j. q. j. c. interrogo. dicens. Quid vobis plus esse videtur. verbum dei an corpus christi. Si vultis respõdere verum hoc vtiq dicere debeatis ꝙ nõ minus sit verbũ dei q̃ corpus christi. Et ideo non min⁹ reus est qui verbũ dei negligẽter audierit q̃ qui corpus christi sua negligẽtia in terrã cadere ꝑmittit. Qd sane ĩtelligendũ est ſm Thomaz non referẽdo ꝯpatõem ad ipsa collata. sed ad nos quo ad fructũ quez vtrunq efficit in nobis. ⁊ maxime vez est de verbo necessitatis. Sed heu pauci iaz panem hunc veraciter sumunt pauciores debite ruminãt. paucissimi debite digerunt. cuz tamen super illud Deutro. viij. nõ in solo pane viuit homo. sed in om̃i verbo ⁊c̃. dicit glosa ꝙ homo ex anima ⁊ corpore constat. Quod de terra est terreno alitur cibo. anima vero viuit de verbo dei. Felix

igitur qui dicebat. Quaz dulcia faucibus meis ꝛc. Nimiruz cum alibi fatetur apertius huiꝰ rei causam potissimā. Lex inquit domini īmaculata cōuertens animas: testimoniū domini fidele ꝛc. per totū. Tercius autez panis leticie cordialis quo spiritus reficitur ꝛ ꝓficit in dulcedine contēplationis. Iam eniz ex vsu penitentie in eius operibus incipit delectari: qd̄ est signuz accelerātis sanitatis redeunte sapore. Sicqꝫ p̄gustat vtrūqꝫ suauitatem ac iocunditatē interne puritatis: vt dicere valeat. Mihi adherere deo bonū est ꝛc. Hec autem iocunditas originez sumit a libertate spiritus. a trāquillitate cordis. a serenitate mentis. Nā gloria nostra hec est testimoniuz consciētie nostre. Hinc dominus tanqꝫ fons plenissimꝰ huius riuuli a q̄ omnis vera iocunditas effluere dinoscit̄: ait Eccl̄i. xxiiij. Qui edunt me adhuc esurient. ꝛ qui bibūt me adhuc sitient. Quare pie dn̄e? Quia inquit spiritus meus super mel dulcis. Quam dulcedinē o homo si vis ezp̄iri para mentē: non aurem. quia sentiri potest: narrari nō potest. Quartus panis est eucharistie sacramētalis: cōfirmans vtiqꝫ cor hominis. Panis inqꝫ quo vescunt̄ ꝛ spiritus angelici. illi in felici visione: nos in sacramētali sumptione. ad cuius dignā receptōem p̄mittit̄ hoc tēpus q̄dragesimale vt ip̄e purissimus depuratis mentibus recipiatur. de quo postea videbit̄ plenissime. Deniqꝫ panis quintus est panis glorie eternalis in beatifica visione scilcz beatissime trinitatis. Satiabor inquit ꝓpheta cuz apparuerit gloria tua. Hic panis est illa eminētissima charitas qua a nobis diliget̄ ip̄a trinitas: q̄ dilectio erit nostra in deū fruitio. Hinc Richar. super. iiij. dis. xlix. Dilectionē patrie fruitionē vacat. Vnde ex visiōe beata tāta dilectio cuiuslibet beati respirat in deū trinuz ꝛ vnū. ꝙ si ex vna parte poneretur amor Iesu inq̄ntuz homo: ꝛ omniū beatoꝝ quē inter se spirēt. ꝛ ex alia p̄te amor quē spirat minimꝰ beatꝰ ī deū: eiꝰ amor maior esset s̄m sc̄tm Bernardinū: licet amor oīm sanctoꝝ et christi adinuicē impassibilis est. vt patebit postea. Et hec est ratō. qꝛ talis amor dei est vnus de tribꝰ principalioribꝰ actibꝰ substātialis glorie. Et super hoc intelliget quilibet beatꝰ a summo deo magis se diligi q̄ sit om̄is alius amor ab om̄ibꝰ beatis mutuo ꝯspiratis. Vn̄ tātus est amor dei ad minimū gloriosum: ꝙ omnis amor quem spirat natura angelica ꝛ hūana in illū beatum est sicut centrū in circūferentiam celi cristallini minor iudicandus: cuz ip̄e sit fontale principium vnde talis amor originē habz. Eya age nūc fidelis anima. ꝛ dilige viscerosiꝰ dn̄m deum tuū ex toto corde tuo ꝛc.

Dominica in passione de spūali christi crucifixiōe. Sermo. lx

Quis ex vobis arguet me de peccato Io. viij. Richar. super. iij. dis. xix. tractās de efficacia passiōis christi: ponit q̄tuor effectus eius. Primus est ꝙ nos per eā liberauit ab omni culpa. non q̄tum ad efficaciam: sed q̄tuz ad sufficientiā. quia meruit omnibus sufficienter merito ꝯdigni omnium peccatoꝝ remissionem: licet nō omnes recipiunt istius meriti efficaciam propter eoꝝ indispositiōem: sed hi tantū quorum animabꝰ passio virtualiter est cōiuncta per fidem ꝛ dilectōem. tales eniz christo sunt incorp̄ati. Secundus ꝙ per eam sumus a potestate diabolica liberati. non ꝙ per eaz a diabolo totaliter sit absoluta potestas nocēdi ꝛ temptādi: sed hec est sibi restricta. eo ꝙ virtꝰ nostra ꝑ passionem christi multipl̄r sit adiuta. qꝛ nobis abundantius infundit̄ gratia: ꝛ veritas patet manifestiꝰ: ꝛ angeli custodiūt nos diligētius. ꝛ sic non potest diabolꝰ ita corda nostra violētare sicut ante. nec per temptationes ad peccatū inclinare. nec tam faciliter intellectū hominū decipe. Sed p̄tas detinēdi iustoꝝ aīas nihil habentes purgabile totaliter ei ablata est. Terciꝰ ꝙ per eaz liberati sumus ab eterna pena q̄tum ad sufficientiam. quia omnes qui se disponunt ad recipiendum efficaciam eius a reatu pene eterne absoluuntur. Quartus

ꝙ per eam liberati sumus a pena tempo-
b rali. Sciendum igitur ꝙ distingui potest
tripler pena. Prima est nature originali.
peccato debita. et ab hac nō liberamur in
hac vita: sed in futura ꝙtum ad sufficien-
tiam: licet non ꝙtum ad efficientiā si pur
gatione indigemus. Secunda est persone
scilicz actuali peccato debita. et ab illa li-
berationem adipiscuntur etiam in p̄senti
qui participes fiunt merito passiōis chri-
sti in baptismate. Vnde a baptizato nul-
la pena satisfactoria exigitur. vt patz po-
stea. Post baptismatō delinquētes si po
stea participes fiunt meriti passiōis chri
sti ad emendatiōem reuertentes per peni
tentie sacramentū liberatiōem pene adi-
piscūtur virtute clauium. Tercia pena est
voluntarie assumpta a qua passio xp̄i nos
in p̄senti non liberat: sed magis ad eaz cō
sequendā nos puocat ꝙdiu sumus in sta-
tu merendi vt sue passioni cōformiores ef
ficiamur. His effectibus nobis tam neces
sariis debetur gratiarū actio. p̄sertiz ī hoc
tempore quo mater ecclesia passiōis eius
lamentuz assumit. Sed ve filij deserores
filij scelerati: qui cuz iudeis accelerant ad
christum denuo crucifigendū. qui vt testa
tur euangeliuz hodie christum crucifigūt.
crucifigunt verbis quem postea crucifixe-
runt factis. Ex quo euangelio sumpsi ver
ba ꝓposita. Quis ex vobis ꝛc. sicut patz
in euangelio. Iaz cōspirauerunt iudei in
mortem christi. Et quia necdum opere cō
plere poterant: saltem ore persequi ꝛ cru-
cifigere non desistebant. Que crucifixio
p̄sertim septemplici persecutiōe perficie-
batur. ꝛ hoc in somno persecutōis gradu.
Primo in blasphemia. vt patet in hoc
euangelio: vbi dicebāt christuz habere de
monium. nec poterant ei detestabiliorem
imponere blasphemiā. Vnde phariseis di
centibus Matth. xij. Hic non ejcit demo-
nes nisi in beelzebub principe demoniorz.
Respondit Jesus. Dico vobis. oīe pec
catum ꝛ blasphemia remittet hominibus
.i. omne peccatuz ꝓcedens ex ignorantia
ꝛ infirmitate ꝛ blasphemia ex talib⁹ ꝓce-
dens remissibile peccatuz est de se. qz non
obuiat directe principio per qō fit remis-
sio: sicut obuiat peccatum in spiritum san
ctum. vt patet supra de peccatis in spiri-
tum sanctum. Spiritus autem blaspheꝛ
mie non remittet neqz in hoc seculo neqz ī
futuro. Dicitur autē spiritus blasphemie c
quādo quis ex certa scientia blasphemat
contra deum. Et quid miruz cum in mem
bro illo in quo deus eum pre ceteris crea
turis honorauit econtra ipse deum inho
uenerat. Tunc ait illis Jesus. Omnes vos scandalū patiemini ī me in ista nocte. i. ruinam in peccatuz recedentes a me propter humanuz timorem. Scriptum est enim Zacha. xiij. percutiā pastorem. i. christum. ⁊ dispergentur oues. i. discipuli timore fugiētes. Sed ad eorum cōsolatōem statim adiunxit. Postq̄ autem resurrexero precedam vos in galileam. Respondens autem Petrus ait illi. q̄a ceteris erat feruentior. Et si om̄es scādalizati fuerint in te ego nunq̄ scandalizabor. Non mētiebatur Petrus: sed loquebatur presumptuose propter quod ceteris graui⁹ permittebat̄ cadere. Quid dicis o Petre? Propheta dixit dispergentur oues. ⁊ quod dictum est christus confirmauit. ⁊ tu dicis nequaq̄. Quando enim dixit vnus vestrum me traditurus est: timebas ne tu traditor esses: licet nihil tibi cōscius eras. Nunc autem eo dicente. vos omnes scandalizabimini ꝯtradicis. Ait illi Jesus. Amen dico tibi quia tu hodie in hac nocte p̄usq̄ bis gallus dederit vocem: ter me es negaturus. Petr⁹ autem cum intellexerit dominuz pre timore mortis eum se predixisse negaturꝝ ait illi. Et si oprtuerit me mori tecuz nō te negabo. Similiter ⁊ omnes discipuli dixerunt. quia per ardorem mentis ꝓ tunc non timuerunt damnum mortis. Sed vana fuit presumptio humana sine protectiōe diuina. Hinc discim⁹ magnum documentū q̄ non sufficit desiderium hominis: nisi quis potiatur auxilio creatoris. Tunc venit Jesus in villam que dicitur gethzemani sitam trās torrentem cedron in pedemontis oliueti: vbi erat ortus aptus contemplationi in quez introiuit ipse ⁊ discipuli eius Et ait discipulis eius octo Sedete hic: Et assumpto Petro et duobus filijs zebedei qui tres erant christo magis familiares Petrus propter feruorem fidei Johannes propter p̄rogatiuam castitatis. Jacobus propter primū martyrium. Cepit contristari ⁊ mestus esse vt sic ostenderet veritatez humane nature. que tristicia fuit maxima. quia subdit. Tristis est amina mea vsq̄ ad mortem. Nam eius tristicia tantum intensa erat quātum esse poterat s̄m partem sensitiuam per animam signatam in qua sunt passiōes. Pro quo sciendū q̄ anxietas animi ē passio causata ex apprehensiōe mali magni de proximo imminentis impossibilis ad euadendum. Christus ergo p̄uidebat mortem acerbissimaz sibi de proximo īminentez. q̄a sciebat hoc a deo patre fuisse determīatum. de cuius determīatione non poterat declinare. quia nō poterat peccare. Et ex illa morte christus in sensualitate pressuram patiebat̄ maxime anxietatis. quia naturale est homī timere mortem: nolente anima diuidi a corpe propter eam que ex principio est a cōditore imposita naturalē familiaritatez. Porro licet hec tristicia fuit naturalis. nihilominus tamē erat volūtaria ⁊ rōnalis Nec tñ ꝓpter volūtariā sustinentiā ei⁹ s̄m ratōez sensitiua ꝑs eius alleuiabat̄ a tali anxietate sic̄ fieri assolet in nobis qr ex ꝯtēplatōe seu ꝓmptitudine voluntatis q̄ est in sup̄iore ꝑte aīe alleuiat̄ dolor sensitiue. sz in xp̄o volēte pr̄e ꝓmptitudo volūtatis q̄ fuit in sup̄iore ꝑte aīe nō fuit influētia in inferiorē ꝑtem vt sic esset ibi dolor maxim⁹ sensitiue ꝑtis ad nr̄az redemptōez. Sequit̄. Sustinete hic ⁊ vigilate mecū. Et ꝓgressus pusillū q̄ntū est iact⁹ lapidis: ꝓcidit ī faciē suā sup terrā ⁊ orauit. Abba pr̄. oīa tibi possibilia sūt: trāsfer calicē hūc a me. q̄si diceret. O pr̄ tibi placuit mittere filiū vt ꝓ īiuria nobis facta satisfactōem ī nat̄a assumpta. ⁊ statī cū voluisti dixi. Ecce veīo. ī capite libri scp̄tū ē d̄ me vt facerē volūtatē tuā de⁹ me⁹ volui. ⁊ legē tuā in medio cordis mei. paup̄ fui ⁊ ī laborib⁹ a iuuētute: ī fame ⁊ siti: ī frigore

et nuditate in ieiunijs multis. in vigili
is supra moduz. feci pater qd̄ mādasti.
paratus sum et que restant adimplere.
Verūtamen penalitatem hanc taz ma
gnam: tam amaram: tam duram: si fie
ri poterit a me tolle que mihi parata ē
ab aduersarijs meis. qui ꝓ eo vt me di
ligerent persequūtur me. Postulat in
q̄ dominus noster Jesus christus a se
transferri calicem. non quidem timore
patiendi: sed misericordia prioris po
puli. ne scilicet ab illo bibat calicem ꝓ
pinatum: qui excusationem ignorantie
habere non poterat: cuz illum in libris
suis quotidie legebat̄: instruebatur: et
vaticinabatur. Rursum videns vtili
tatem quanta totius mundi per passio
nem eius esset futura: subiecit. Ve
rūtamen non sic̄ ego volo: sed sicut tu.
quasi diceret. Si sine quorūdam perdi
tione salus multoruz introduci non po
test: quantum ad iusticiam tamen non
transeat. Et venit ad discipulos su
os ⁊ inuenit eos dormientes. ⁊ ait Pe
tro. qui ceteris se cōstantiorem promit
tebat. Symō dormis. nō potuisti vna
hora vigilare mecuz qui hortabamini
mori pro me. vigilate et orate ne intre
tis in temptationem. Impossibile est
autem humanam naturam non tempta
ri. Et ideo non dicit ne tēptemini: sed
ne intretis in temptationem. id est ne
temptatio vos superet. Spiritꝰ qui
dez promptus est. caro autez infirma.
Nam in eo mirabilis cōflictus erat sen
sualitatis ⁊ rationis. quia sensualitas
naturaliter mortem abhorrens refugi
ebat. ratio vero diuine uoluntati ꝑ om
nia se subdere volens: mortem pro hu
mana salute zelabat. quia diuina virtu
te quelibet pars agere permittebatur
⁊ pati quod sibi proprium erat. Unde
sicut infirmus in vite suscipit amaram
potionem: vtpote gustui suo penalem.
libenter tamen illam suscipit propter
infirmitatis liberationem. Sic christꝰ
quantum ad sensualitatem mortem in
stantez indicibili pauore formidans li
benter declinassz. qꝛ verus homo erat.
Sed quia sciebat per eam humanuz ge
nus esse liberandum libenter sustinuit.
nec tamē appetitus sensitiuus in eo di
uine voluntati fuit cōtrarius: cum ait.
Pater si possibile est transfer a me ca
licem hunc. Pro quo sciendum pro
ut Richardus sup̄ terciuz: distin. xvij.
q̄ in christo fuit voluntas diuina q̄ do
minium habuit ⁊ per illaz regebatur in
illo voluntas humana. nec voluntas
eius hūana in aliquo discordauit a vo
luntate diuina. tam in volito (quia vo
lebat quicquid sciebat velle diuinā vo
luntatē) q̄ in forma volēdi. quia quic
quid volebat: ex charitate volebat si
cut deus volebat eam velle. Natura
lis autem voluntas rationis in christo
etiam non discordauit a voluntate de
liberatiua. quia formalis ratō sub qua
voluntas naturalis refugiebat mortez
fuit q̄ inquātum scd̄m se erat quoddaz
malum nature. Voluntas autem deli
beratiua volebat mortez inquātuz ap
prehendebatur vt vtilis ad redempti
onem humani generis scd̄m ordinatio
nem diuinam. Non ergo discordabant
quia quod volebat volūtas naturalis
in christo: voluntas deliberatiua vole
bat eam velle. quia volebat q̄ scd̄m su
um naturalem motū moueretur: vt sic
christus in tristicia plus augeretur. Si
militer et appetitus sensitiuus in chri
sto non discordabat a voluntate ratio
nis deliberatiua. quia id quod appete
bat ⁊ refugiebat ad imperiuz volunta
tis appetebat vel refugiebat. nec per
motum suum appetituz voluntatis de
liberatiue in aliquo retardabat. Hinc
christus orabat pro se ad excludenduz
a se defectus penales: que scilicet ora
tio fuit exp̄ssiua appetitꝰ sensitiui. in q̄
nimiꝝ orōne rō fuit aduocata sensuali
tis q̄ ꝑ modū aduocati desideriū ⁊ cau

sam sensualitatis expressit. Oratio tamen non erat exaudita. quia ipa voluntas deliberatiua nolebat q̄ fieret quicquid sensualitas appetebat. Nihilominus tamē orabat vt humane nature veritatem ostenderet. et vt homo si scd̄m naturalem passionē horret pericula: nō tamen diffidat nec desperet. ¶ Iteruz secundo abijt ⁊ orauit eundem sermonē dicens vt nobis perseuerantiam orationis cōmendaret. Et venit iterum ⁊ inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. ⁊ ignorabant quid responderent ei. Jesus autez abijt tercio ⁊ orauit. ¶ Hanc autem orationem sicut orauit tribus vicibus: sic etiā in tribus locis per iactum lapidis ab inuicez distantibus. sicut ante temptatus fuerat in tribus locis. Nam ecclesiaruz vestigia longo post tempore fidelibus apparuerunt que in locis illis facte fuerāt Et sicut in duabus primis orationibus vberrime fleuit: sic ī orōne tercia cū positꝰ esset in agonia carnis ⁊ spūs prolixius orabat ¶ Factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram. Unde firmiter est tenendum istas guttas sudorem verum ⁊ naturalez sanguinem fuisse: ⁊ de purissima carne christi. licet non naturali modo profusum. quia contra naturam est sudare sanguinem: vt dicit Beda. Et sic oportet dicere de aqua ⁊ sanguīe de latere christi iaz mortui ꝓfluentibus q̄ erat verus sanguis ⁊ aqua vera: licet de mortuo corpore fluxerunt miraculose. Hic autem sudor sicut est signum omnez superans ratiōem sic agōia doloris eius que figurabatur illo sudore comp̄hensionem superat omnis creature. licet aliquo modo dispositiue timor ⁊ amor bellātes in corde Jesu sudoris huius causa fuerunt. ¶ Nam primo christus suam sensualitatez finebat inexp̄ssibili timore horrore et dolore concuti. ex quo nimiruz humor sanguineus fuit ad interiora reductꝰ. sup̄ quez timorem reijciendum fortissimus ⁊ inestimabilis amor mire immēsitatis malleus repercutiens: ⁊ ipsum timorez excludens omnes poros corporis Jesu ⁊ venas resoluisse videtur: vt sic de toto corpore suo benedicto fluerēt gutte sanguinis decurrentis in terram. Sicut enim scd̄m ph̄icos ītrinseca causa sudoris est calor naturalis humidum vaporem dissoluens: sic etiaz sudoris huius supernaturalis causa esse potuit ardor excessiui amoris de corpore christi redundans in totum corpꝰ suum qui soluebat illud humidum vaporosum. Nimiruz cum ex amoris vehementia quidem naturaliter sudare. ⁊ intensissimo calore excoqui et detorrere inquātum ad ipsam naturaz videantur. q̄ tamen illud humidum sanguis erat ⁊ in tanta copia defluebat miraculosum fuerat. Unde Bernardus. Jesus non soluz oculis: sed quasi membris omnibus fleuisse videtur per totuz corpus eius: quod etiam ecclesia lachrymis illius purgaretur. Tanta ꝓinde fuerat cordis illius angustia. quia angelꝰ illi apparuisse dicitur visione corporali in hūana specie confortans eam per modum seruientis: quod factū fuit non taz propter christum q̄z ad confirmandaz fidem discipulorū. Deniq̄z ad nostram instructōem christus in oratione sua quinq̄z nobis reliquit imitanda. Primuz est vt in oratione separemur ab omni creato ⁊ mente inhereamꝰ deo. quia ab octo apostolis auulsus est quātum est iactus lapidis. Deinde etiā a tribꝰ specialiter cuz orare vellet. Unde legit̄ solus ascēdisse in montē orare patrem suuz in abscondito. Secunduz est humilitatis exhibitio. Quia procidit in faciem suam. Quis? Deus ⁊ homo christus Jesus filius dei viui. O humilitas virtus christi. qua non solum flexis genibus: sed in terram vultu dimisso patrez exorauit ꝓ nobis: vt nos sil̄ia facere doceret. Ubi iam sunt q̄ deambulatorie pingui ceruice et extēto collo taz pompatice preces multiplicant quos vix ad genuflexionez

inducit sacramentalis presentia christi
Terciũ est orationis perseuerãtia. quia
trib⁹ orauit vicib⁹. Vñ ſm Hubertinuz
in ista hebdomada ihrlm ieiun⁹ p̃dicãs
redibat ad bethaniaz modicum sumptu
rus cibum in domo benedicte Magda-
lene. ⁊ nocte stabat in mõte oliueti per-
noctans in oratiõe dei: vt dicit Lucas.
Hinc ex frequentia visitandi locũ oran
di gratia sciebat ⁊ Judas locum. quia
Jesus illic frequenter conuenerat cum
discipulis. Cesarius in sermone. Quid
indigebat christ⁹ vt taliter supplicaret?
Non ille inq̃ indigebat. sz exemplo suo
nobis oratõis remedia p̃parabat Orat
misericordia ⁊ nõ orat miseria. orat cha
ritas ⁊ non humiliatur iniquitas ꝓstra-
tus in terra. orat medicus ⁊ non inclina
tur egrotus. orat iudex ⁊ desiderat par
cere ⁊ non orat reus vt indulgentiã me
reatur accipere. Quod aperte designa-
tur per apostolos quos veriens semꝑ in-
uenit dormientes. Vnde Cesarius ibi-
dem ait ad dominuz. Quotiens pie Je
su ⁊ quotiẽs redis ad nos ⁊ ĩuenis dor-
mientes. suscitas ⁊ iteruz abis. secundo
⁊ tercio eundem sermonez dicens. ⁊ ite-
rum ac tercio nos somn⁹ occupat. nec vi
gilare valemus nisi nobiscum manseris
in perpetuũ. Quartum est orationis in-
tentio. Nam intentione tanta christus
orauit ꝙ pro eius impetratõne sudorez
sanguineuz emitteret. Et pie credendũ
est ꝙ raro ꝓ peccatorib⁹ orauit: nisi cuz
lachrymaruz abundãtia miserias eorũ
amplissimo quodam miseratus affectu.
Nos autem nec verbis oratõnis inten-
dimus. nec deo cui oramus a deo volen
tes exaudiri qui prepediẽtib⁹ distracti-
onibus. nec a nobis audiri potest dicen
te domĩo. Populus hic labijs me hono-
rat. cor autem eorum longe est a me. Tu
autez sponsa christi si fructuose vis ora
tionibus insistere. stude cor tuum in ora
tione tanto deuotõnis spiritu ⁊ ardore
succẽdere ꝙ pro eius amore sanguinem
tuuz effundere nõ verearis: sed affectes
vt calescente spiritu tot⁹ sanguis in cor
pore quasi spiritui dulciter alludens se
promptum exhibeat ad sudandum. Sic
enim amor diuinus in corde christi dum
dominaretur super timorem humanuz:
totus eius sanguis exhilaratus est. cõ-
mouebatur q̃si ꝓnus affluere ex vi amo-
ris impellẽtis: ac si non expectaret tem
pus quo effunderetur. Quintũ est libe-
ra subiectio volũtatis. Licet enim chri-
stus pre passionis angustia sanguinẽ su-
dauerit. libere tamen voluntatez suam
voluntati paterne submisit. Et quod in-
ceperat deuote perfecit. vt ⁊ nos in om
ni pressura doloris. paupertatis. aduer
sitatis. infirmitatis. temptatõnis. per-
secutõnis. ⁊ desolationis ad tutissimuz
orationis refugiuz eius exemplo curren
tes: nostram voluntatẽ diuino benepla
cito submittamus. dicentes. Fiat volun
tas tua sicut ĩ celo ⁊ in terra. Sequitur.
Et venit ad discipulos suos et inue-
nit eos dormientes. ⁊ ait illis. Dormite
iam ⁊ quiescite. Postea sciens Judam
appropinquare dixit eis. Sufficit. sur-
gite eamus obuiam eis. In quo osten-
dit eius captionem fuisse voluntariam.
Nihil enim in eo coactum consideratur
sed omnia voluntaria fuerunt. Volens
enim. esuriuit ⁊ sitiuit. ⁊ cõtristatus est
⁊ timuit. captus ⁊ sustinuit. Et subdit.
Ecce qui me tradet prope est. Adhuc
eo loquẽte venit Judas scarioth vnus
ex duodecim. Multũ eniz augebat chri
sto dolorẽ ꝙ a suo discipulo ⁊ vno ex du
odecim electis de toto mundo tradeba
tur vt vile mancipium. Si inquit inimi-
cus meus maledixisset mihi sustinuissez
vtiq; ⁊c. Et cum eo turba multa cuz gla
dijs ⁊ fustibus: laternis ⁊ faucibus ⁊ ar
mis missi a principibus sacerdotuz ⁊ se
nioribus populi: ne forte alij credentes
in christum eripere eum vellent. Tradi-
tor autem ne loco christi Jacobum mi-
norem caperent qui similis illi in facie.
ꝓpter qd̃ frater domini nũcupat̃: dede-
rat eis signũ: dicẽs. Quẽcunq; osculat⁹

fuero ipse est tenete eū. ⁊ ducite eūz caute

Origenes autem super hunc locum dicit. ¶ Dignum est querere cum scōm faciem notus erat omnibus in iudea cur quasi non cognoscentibus eius effigiem dedit eis signuz. venit autem talis traditio de eo ad nos q̄ non soluz due forme in eo fuerunt. vna scōm quam omnes eum videbant. altera scōm quam trāsfiguratus est in monte thabor. scōm quā etiam vnicuiq; scōm quod fuerat dignus se ostendebat. Sicut de manna scriptuz est quod habebat saporem ad omnez vsum cōuenientem. Vnde scōs Hieronimū electis de templo apparuit quidam fulgor terrificus de vultu illius egrediens. Et ab scondens se ab inimicis exiuit de templo. ita tamen q̄ a discipulis videbatur. Nam inimici acrisia percussi videnē sicut tēpore Helizei ⁊ Loth. cuius ianuā inuenire non poterant. Hinc dominus discipulos antecedens ⁊ inimicis occurrens non agnoscebatur. nec ipse Judas agnoscebat eum visu vel auditu. quod indiciuz fuit diuine potentie. Dicit autem Chrisosto. q̄ hoc fecit Jesus: ostēdens quoniaz non solū comp̄hendere eum non potuissent: sed nec videre nisi ip̄e concederet. ¶ Dixit ergo Jesus. Quez queritis. Responderuē ei. Jesum nazarenū. Dicit eis. Ego sum. Stabat autem Judas qui tradebat eum cum ip̄is. Cum ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum. ⁊ terrore nimio percussi ceciderunt in terram. Et Judas cum eis. Erat enim vox ista leuissima tante virtutis vt omnes velut mortui caderent resupini. Quod ideo fecit Jesus: vt per hoc in eo diuinam potentiam agnoscētes materiam cōuersionis assumerent et a concepta malicia desisterent. Hic clamat Augustin⁹. Quid iudicaturus faciet qui iudicādus hoc fecit? quid regnaturus poterit qui morit⁹ hoc potuit? ¶ Jesus autez se loco non mouebat donec omnes surgerent. Iterum ergo eos interrogauit. Quez queritis. Illi autem tantam virtutem non veriti: sed in malicia excecati et obdurati dixerunt. Jesum nazarenuz. Quos videns ad taz terrificum tonitruū vocis sue: necdum cōuersos ad capiendum sponte se tradidit: dicens. Dixi vobis quia ego suz. Si ergo me q̄ritis sinite hos abire. Et tunc se permisit agnosci. Accessit ergo Judas tanq̄ domesticus: sed fur erat. salutauit tanq̄ discipulus: sed insidiator erat. osculatus est euz tanq̄ amic⁹: sed inimicus erat. Dicitur autem moris fuisse domini Jesu quādo discipulos suos emittebat in osculum pacis et amoris recipere redeuntes. Hinc Judas illic osculuz pacis in signū dedit detestande proditōnis. O quot execratores Jude sequaces: cum adhuc inuenit Jesus in ecclesia dei qui cum psal. loquūtur pacem cum primo suo. mala autem in cordibus eorum. qui inq̄ sacramentum eucharistie tradituri sunt peccatoribus membris. ¶ Accessit ergo Judas ⁊ osculatus est Jesum: dicens. Aue rabbi. Quem Jesus dignāter suscepit ad osculum. vt scōm Bedaz plus afficeret proditorem cum amoris officium non negaret. Cui iunxit amoris verbum: dicens. Amice ad quid venisti? quasi diceret. Quāuis o Juda traditione tua me tantuz offenderis paratus sum: tamen adhuc te recipere in amiciciaz pristinā. Amice inq̄ ad quid venisti: simulatōem imp̄roperās. Hoc enī nomine neminez bonorū in scripturis appellatum agnoscimus. sed ad malum dicitur. amice quomō huc intrasti. amice non facio tibi iniuriam. quasi diceret. Amiciciam ostēdis ⁊ insidiarū. Noui quare veneris. amicuz fingis cum p̄ditorē sis. Quē adhuc obstinatum intelligens cōminationis adiunxit verbum: dicens. Juda osculo. i. amoris signo tradis filium hominis. Nam salutare amplexari ⁊ osculari amicicie signa sunt. Quib⁹ verbis sm Ambro. q̄si amāris affectu corripuit p̄ditorem. ⁊ iōo p̄priū nomē apposuit sm Chrisō. q̄ magis dolētis erat ⁊ reuocātis q̄ ad iraz p̄uocātis. Que aūt traditio figurata fuit ī Joab ⁊ Amasa: quē Joab salutās mēte dolosa fratrem vocabat. dicēs. Salue mi frater. dextera manu mentum illius accipiens ⁊ ipsuz deosculans. Verūtamen si-

nistra manu gladiuz educens in vltionem fratris insidiose ꝑimebat. Quid enim dextera manus? nisi amoris ⁊ pacis ostēsio: quasi blanda salutatio. Quid ꝟo sinistra nisi occulta insidiatio. ¶ Tunc accesserunt ministri vt caperent Jesum. Videntes autem hi qui circa ip̄m erant quid facturum erat: dixerunt. Domīe si percutimus in gladio. Symon ergo Petrus moram respōsionis non ferens habēs gladium eduxit eum. ⁊ percussit seruum principis qui magis ad capienduz se ingerebat. ⁊ abscidit ei auriculā eius. Respondit autez Jesus. Sinite vsq̄ huc. Et ait Petro Mitte gladium tuuz in vaginam. Voluit enim dominus ꝙ Petrus exhiberet inimicis patientiā non vindictaz. ne seruus dei armis: sed oratōnibus pugnare presumeret. Hinc dicit Ambrosi⁹. Arma mea sunt lachryme ⁊ oratōnes. aliter non possum nec debeo resistere. Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrez meum ⁊ exhibebit mihi modo pro duodecim apostolis plusq̄ duodecim legiones angelorum. quorum vnus in vna nocte de exercitu senacherib interfecit centum septuagintaduo milia hominū. Calicem quez dedit mihi pater non bibam illuz: quomodo ergo implebuntur scripture? quia scd̄m illas sic oportet fieri. Preterea domin⁹ vt dicit Beda nunq̄ sue pietatis obliuiscit̄ cum etiaz hostes suos vulnerari non patitur. Et cum tetigisset auriculaz eius sanauit illuz. Illi iusto mortē parant. iste persequētium vulnera sanat: vt amorem inimicoruz effectu ostendat. Sed maledict⁹ eorū furor ⁊ cecitas. quia pertinaciter in malo perseuerabāt. Quibus ait domin⁹. Tanq̄ ad latronem existis cum gladijs et fustibus comp̄hendere me: cū quotidie vobiscum fuerim in templo ⁊ non extēdistis manus in me. sed hec est hora vestra ⁊ potestas tenebrarū. Tunc cohors et tribun⁹ ⁊ ministri iudeorum accesserunt ⁊ manus iniecerunt in Jesuz tanq̄ leones ferocissimi in agnum dei mansuetissimuz. vt dicit Bonauētura. Tanta crudelitate caput illius ⁊ corpus sine misericordia seuere nimis percutiētes. ⁊ truculenti lictores innocentes manus mitissimi Jesu strictissime ligātes vinculis. pro eo ꝙ traditor suus dixerat ꝙ eū caute ducerēt. ⁊ ad instar latronuz traxerunt illum ad victimaz. O quis dolor discipulorū corda penetrauit: cum viderunt dulcissimū magistruz quasi malefactorem duci ad mortem. cum impiissimus Judas penitentia ductus tanta postmoduz ex hoc fuerat amaritudine replet⁹: [illegible] dicit Bonauētura ꝙ maluit mori q̄ viuere. Vidētes g̊ tantā ī magr̄o exerceri crudelitatem: nimio terrore territi fugerunt omnes ⁊ absconderūt se. Naz a parte mōtis syon in valle iosaphat descēdendo sunt cauerne eoꝝ. vbi tempe passionis latuerūt. Adolescens autem quidā sequebat̄ eum amictus syndone super nudo quem quidē fuisse dicunt de domo in q̄ pasca māducauerāt qui fuit amict⁹ linea veste sup̄ nuduz corpus. qꝛ vestez aliam non habebat. ⁊ tenuerunt eum. At ille relicto syndone nud⁹ ꝓfugit ab eis. ¶ Petr⁹ ꝟo ex deuotōe seq̄bat̄ eū q̄uis a longe ꝓpter timorē. Et ali⁹ discipul⁹ q̄ se occultat hūilitatis gr̄a ꝟm Chris. Et eniz hec magnaz rectitudinē enarrat. qm̄ om̄ib⁹ fugiētibus ip̄e sequit̄: sed p̄ponit sibi Petꝝ suijpsius coact⁹ meminisse. vt discas qꝛ terci⁹ alijs narrat ea q̄ facta sunt ī atrio q̄si p̄sens existens. Discipul⁹ aūt ille erat not⁹ pontifici ⁊ ītroiuit cū Jesu in atriū pōtificis. Petrus ꝟo stabat ad ostiū foris. Exiuit g̊ discipul⁹ ille q̄ erat not⁹ pōtifici. ⁊ dixit ostiarie rogādo eaz vt Petꝝ intrare ꝑmitteret. Et introduxit Petrū in atriū. Et ingressus ītro accēso igne ī medio atrij d̄orsuz. i. infra locuz in q̄ xp̄us illudebat̄. Circūsedentibusq̄ ministris sedebat ī medio eoꝝ vt videret finē. Et accedēs ācilla ostiaria cū vidisset Petꝝ sedentē ad lumē et calefacientē se dixit ad eū. Nunq̄d ⁊ tu ex discipulis es homīs isti⁹. At ille timēs et tremēs negauit corā oīb⁹ dicēs. Mulier non sum. neq̄ scio neq̄ noui quid dicis. Vbi dicit Chrisost. Quid dicis o Petre Nonne prius dixisti. et si oportuerit me

mori tecum animaz meam ponam pro te: Quid igit̃ factũ est. quia nec ostiarie fers interrogatõem. nõ erat miles qui interrogabat: sz ostiaria vilis. neqꝫ dixit seductoris discipul⁹ es: sed hominis hui⁹: qd̃ miserentis erat. Sed idcirco diuina prouidentia permisit vt primus ipse laberetur quo erga peccantes duriorem sententiã proprij casus intuitu temparet. Idcirco nanqꝫ non angelis arbitror cõmissam sacerdotij potestatẽ: ne cum ipsi minime peccarent in peccatoribus sine misericordia vindicarent. Vide nunc quãtum periculum et malaz est societati male cõmisceri. Petrus qui in apostoloruz collegio cõstãtiam fidei ꝓmiserat in consilio malignantium positus ad leuem ancille vocem dulcem magistꝝ negat. Sic ꝓfecto multi in ecclesia cõstituti: p̃dicatiõibus intenti: pectora percutiẽtes. crebro gementes peccata cõmissa confiteri: ⁊ execrari videntur. qui paulopost in cõuiuijs ac prauis societatibus cõstituti: celerius in omne flagitium defluũt. Sic Dyna corrumpit̃ videre desiderans mulieres regionis illius. Sic cor Salomonis sapiẽtissimi multigenarũ adhesione mulierum ita deprauatũ est ꝙ post tantã susceptam a deo gratiã ꝙ eum filium nomĩaret: dicens. Ego ero illi in patrem. ⁊ ip̃e erit mihi in filiuz. ceca amoris amentia idola muta ⁊ surda adoraret. deum veruz licet agnitum despiciens. ne suas delicias cõtristaret. Hic quoqꝫ cõsiderandum est quãtum fuerit ministrorũ crudelitas: cuz solo auditu Petrus adeo tremeret ꝙ illum in ancillule voce negaret.

Exeunte autem illo ianuam. i. se ad exituz disponẽte. quia adhuc erat apud ignẽ sed timens ne perciperetur exire volebat. Rursum videbat eum alia ancilla timidũ statimqꝫ accusauit eum: ⁊ ait circũstantibus. Et hic cum Jesu nazareno erat. Dixerunt ergo ei. Nũquid ⁊ tu ex discipulis eius es? Tunc Petrus plus timens quaz prius negauit cum iuramẽto. quia non noui hominez quem dicitis. Et sic negationi periuriuz addidit. Deinde facto interuallo quasi hore vnius cum tam subito exire non audebat: ne velut suspectus notaretur. multis tamen cõcurrentibus accusatur propter noticiã lingue. Dicebãt enim Petro. Vere ⁊ tu ex illis es. Nam ⁊ gallileus es? quia loquela tua manifestum te facit. Et alius quidez ex seruis pontificis cognatus eius. cui⁹ abscidit Petrus auriculam: dixit. Nonne ego vidi te in orto cum illo. Petrus igitur adhuc magis timens iterum cepit anathematizare et iurare quia non nouisset hominẽ. Hic verificatur illud Gregorij. Peccatum quod penitẽtia non diluit: mox suo pondere ad aliud trahit. Vnde Raban⁹ dicit. ꝙ mora in peccato dat incremẽtum scelerũ. Nimirũ cum ⁊ iterata culpa suo demerito diuersis circumstãtijs grauat̃. Nam in Petro grauatur culpa scd̃m processum negatiõis. quia p̃mo simpliciter negauit. Secundo negationi periuriuz addidit. Tercio v̄o periurio propriam anathematizationem vel maledictõem adiecit. Hec autem anathematizatio iuratõnem signat: que fit per execratõnis ⁊ maledictõis sui ipsius imprecatiõem. scilicz cum quis imprecat̃ sibi maluz pene. vel obligat se maledicto si ita sit sicut imponitur ei. vel non sit verum quod dixit. Sic Petrus obligauit se maledictõni: si cognouisset hominẽ. Ecce quomodo dolor internus dulcissimi Jesu semꝑ augebat̃ qui plus dolebat de negatione Petri q̃ꝫ de proprijs iniurijs. Et statim gallus cantauit secundo. Et cõuersus domin⁹ respexit Petrũ. Vide clementiam saluatoris quasi ceteris oblitus Petri negantis saluti dumtaxat intendere videtur. Sed quomodo respexit dominus Petrum: cum dicit euãgelista. cum sedebat Petrus intra atrium deorsum per hoc innuens ꝙ illa cum domĩo intus agebantur. nec soluz in interioribus: sed in superioribus. et ideo videtur illa respectio diuinitus facta. sic̃ ait p̃s. Respice ĩ me ⁊ miserere mei. Et illo respectu recordat⁹ ẽ Petr⁹ v̄bi qd̃ dixerat ei Jesus. Priusq̃ cantet gall⁹ bis: ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Leo papa. Felices inq̃to apl̃e sunt lacrime tue q̃ ad diluẽdaz

culpam negatōis habuere virtutē baptismatis. Cetez fm Bern. foras egreditur ne denuo christuz negare cōpellat. Quia dicit Beda q nociua sunt sane eloqa perfidoruz. quia Petrus inter iudeos hominem se nosse negauit. quē inter discipulos dei filium cōfessus fuerat. nec ibidem donec egrederet penitentiaz agere poterat. Egressus autem fugit in foueā que postea gallicat9 dicebat7 fleuit amare. i. examaritudine cordis. Unde legitur in itinerario Clemētis q ertūc beatus Petr9 traxit in cōsuetudinē vt singulis noctib9 surgens a primo gallor cantu vsq ad horaz matutinam staret in oratiōe flens iugiter pro ista negatione. ita q facies eius ex fletu 7 fluxu lachrymaz exusta videbat7. semper in sinu sudariū potrās quo crebro fluentes lachrymas detergebat. quia quotiens gallum cantantē audiebat: totiēs negatōez christi recolebat amarissime flens tam pro peccato negatōnis: q̄ pro dulcedine diuini amoris. Quia fm Chrisosto. flebat non propter penā: sed quia delictū negauerat: quod ei quolibet supplicio molestius erat. O felix respectus diuin9: quo scilicet auersos reuocat. cecos illuminat. tepidos inflāmat. aridos irrigat. Eisdez enim oculis Zacheuz in arboze sicomorū aspicere dignatus est. qui festinās descendit 7 excepit illū gaudēs. Similiter 7 magdalenā: vt quidam volunt intuitu corporali quādoq̄ pteriens aspicere dignatus est. quo respectu de cetero tam efficaciter intus mouebat7. tum scelerū suoruz cōtritione. tum etiam impsso respicientis amore q iam effecta fidelis xpi discipula quiescere non valebat donec ad pedes illi9 pcidens et osculis demulcens. lachrymis rigans. 7 crinibus tergens audiret verbuz dignatiue recōciliatiōis: dicente domīo. Dimittūtur ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Denicz pie credendū est 7 iudam pietatis oculis respexisse. cum penitentia ductus retulit. xxx. argenteos. licz illi non pfuit ad salutez ppter propriā indurationē 7 excecationē. sicut hodie multis non prodest respectus ille diuin9 cū ad penitentiā quādoq̄ stimulātur. nihilominus tamen ad peccata pristina recidiuantes. Ceteruz vt historiā reteram9. ministri tenētes Jesum duxerūt euz ad Annam. Primū eo q habitabat in via. quia socer erat Cayphe qui fuit pontifex anni illius. Annas autē fuit pontifex anni precedentis. quia per vices pontificio fungebantur. Et ideo Annas ab euāgelista pōtifex nomīatur. Et interrogauit eum Annas de discipulis 7 de doctrina eius. Dominus autem de discipulis ptunc nihil boni dicere potuit. quia pncipaliozem ex eis statim euz in psentia negantē audiuit. Et ideo ad secundū quesitum tantūmodo respōdit dicens. Ego palā locutus sum mūdo. ego semper docui in synagoga 7 templo quo oēs iudei cōueniunt. 7 in occulto locutus sum nihil. Quod eniz seozsum loquebat7 non in occulto loquebat7. Quis enim in occulti loqui dicit7 qui cozā tot hominibus loquitur. psertim cum hoc loquitur paucis q p eos velit innotescere multis. Quid me interrogas? quasi diceret. Tu me de meis interrogas. interroga inimicos meos qui insidiātur mihi. quoz̄ testimoniū subire paratus sum. quod erit tibi magis credibile q̄ testimoniuz propriū. Sunt enim hec verba cōfidentis in coruz veritate que dicta fuerant. que nec ab inimicis veraciter ac iuste criminari poterant. Unde sequitur. Interroga eos qui me audierūt quid locutus suz ipsis. Ecce hi sciunt que dixerim ego. Hec cuz dixisz assistens vnus ministroz̄ quem aliqui dicunt fuisse Malchuz. cuius auriculā sanauerat. qui beneficijs acceptis ingrat9 maliuolos repsentat pro beneficijs exhibitis mala rependētes. dabat alapham Jesu. dicens. Sic respōdes pōtifici. Quasi notasset eum de stulta interrogatōe. Respōdit Jesus. Si male locutus sum perhibe testimoniū de malo. quasi diceret. Si peruerse docui in synagogis certifica sacerdotum principez. Q9 si recte docui ita vt 7 vos ministri miraremini dicētes. nunq̄ sic locutus est homo. Quid me cedis. Ubi dic̄ Augustin9. Quid ista respōsiōe

verius? quid mãsuetius? quid iustius? Si quis enĩz nostrum acceperit alapam non ne vellet percutientẽ igne celesti cõsumi: aut debiscẽte terra sorberi: aut corruptus demonio volutari? Quid hoc per potentiam iuberi non potuisset per quez factus est mundus: nisi patientiã nos docere maluisset qua vincit mundus? Dic tamen notandum est q̃ christus cõtra perfectionem illaz euãgelicam fecisse videt. si quis te percusserit in vna maxilla p̃be ei et aliã qua statim p̃cutientem se correxit. Dicẽdum est q̃ illud christi mandatũ et alia cũ plura que ponũtur ibidem nõ dantur absolute: sicut dicit Aug⁹. sed magis fm p̃paratõnem animi. scilicet vt habeat animuz ad hoc paratum dum expedire viderit ad diuinũ honorem et ecclesie vtilitatẽ Nam aliquãdo expedit iniuriãtes corripere ad ipsoruz et alioz instructõem: sicut dic fecit christus. Nam aliquãdo cõuenit et facto resistere ne malis det occasio mali faciendi. Et misit eum Annas ligatum quasi morte dignũ ad Cayphã pontificez ad quem examinatio christi principalr pertinebat. vbi omnes sacerdotes et scribe et seniores cõuenerant. Nam ipsi examinabãt causas ad ritum iudeoz spectantes. et postea miserunt ad p̃sidez cesaris causas inscriptas: cui iudiciũ sanguinis et sentẽtia diffinitiua reseruabat. Cum ergo p̃cipes sacerdotũ et omne conciliuz contra Jesum verum testimoniũ non inuenerũt querebãt falsum testimoniũ aduersus illũ vt eum morti traderent. et coram Pilato tanc̃ morte dignũ accusare possent nec inueniebant. Multi enĩz falsum testimoniũ dicebant aduersus eum: et cõuenientia testimonia non erant. verũtamen maliuolũ affectum eoruz tantuz ponderauit deus q̃ christus Pilato diceret. Propterea qui tradidit me tibi maius peccatũ habet: scilicet q̃ tu qui me iniuste ꝯdemnabis. quia tu ex timore falsum dabis iudiciũ: illi ex liuore falsuz testimoniũ. Tales sunt omnes qui in iudicio falsum ferunt testimonium: q̃ nimiruz ex tribus habet esse mortale peccatum. Primo q̃ testes non admittũtur nisi iurati. Secundo q̃ violat iusticiã qõ semper est mortale peccatum. Tercio q̃ dicit mendaciũ p̃nicioſum: qõ est etiaz mortale peccatum. Hinc dicit in decretis xj. q. iij. c. vnicuic̃. Qui veritatez pro pecunia negat: vel falsum testimoniũ cõtra aliquẽ dicit: deum negare vel vendere probatur. Quãtomagis qui p̃ inuidiam id facit. Quare merito p̃cipit. xxij. q. v. ca. Si quis cõuict⁹ fuerit alios ad testimonia vt p̃iuria attraxisse vel quacunc̃ corruptione sollicitasse: ip̃e quidem vsc̃ ad exitum vite non cõuincet. hic vo qui eum p̃iurio consensisse probant: postea ab omni testimonio sunt remouendi. et fm legẽ infamia notabuntur. Nouissime vo venerunt duo falsi testes qui falsum testimoniũ ferebant aduersus eum dicẽtes. Quoniã nos audiuim⁹ eum dicentẽ. ego dissoluam templuz dei hoc manufactũ: et post triduũ aliud non manufactum reedificabo. Et non erat cõueniẽs testimoniũ illud. Surgẽs autem p̃nceps sacerdotũ ex impatiẽtia de tribunali. quia non inueniebãt vñ possent christũ iuste cõdemnare. et stans in medium interrogauit Jesum: dicens. Non respõdes quic̃ ad ea que tibi obiiciũtur ab his. Jesus nihil respõdit. q̃ non erat responsiõe dignã. et vt impleret illõ Ysa. liij. Quasi agnus coram tondẽte se sic obmutescet. et non aperuit os suũ. Rursuz autem p̃nceps sacerdotũ quasi furibundus: eo q̃ accusatõis causam inuenire nõ poterat: ait illi. Adiuro te per deum viuũ vt dicas nobis si es christus filius dei viui. Jesus autem ꝓpter reuerentiã diuini nominis inuocati: et vt suis daret exemplũ q̃ omnis christian⁹ nomen dei et fidem veram imperrite cõfiteri debet. respondit illi. Tu dixisti: scilicz veritatem. quia ego sum filius dei. Verũtamẽ dico vobis amodo videbitis filiũ hominis sedentem a dextris virtutis dei et venientem in nubibus celi. Quia sic ab illis in extremo iudicio videbitur qui eum iniuste cõdemnauerunt vt illos et iuste iudicet. Tunc p̃nceps sacerdotuz scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit. Vos enim erat iu-

deis scindere vestimenta in signū doloris
⁊ detestatōis criminis cum audiebāt vel
videbāt aliq̄d blasphemie fieri diuini no-
minis: qd̄ hic imponit̄ christo. Cum er
go scidisset vestimenta sua non fert sentē
tiam a seip̄o: sed eam ab alijs exquirēs au
ditores p̄uenit. ⁊ cogens eos per violenti
am ad eam perferēdam in christi mortez:
ait. Quid adhuc egemus testibus. Ec-
ce nunc audistis blasphemiaz. quid vobis
videtur. At illi responderūt: dicētes. Re
us est mortis. Ecce quomō ipsi sunt accu-
santes. ip̄i discutientes. ipsi sententiā p̄-
ferentes. Tūc exspuerūt in faciez eius
tanq̄ in hominē pestiferū ⁊ morte dignū.
Nos enim iudeoruz erat super huiusmo-
di sputa p̄ijcere in signum maximi cōtem-
ptus. Hinc ferunt Hur fratrez Aaron ad
radicem montis synai sputis suffocatuz a
filijs israhel: vt dicit magister ī historijs.
eo q̄ in vitulis aureis cōflandis illis resi-
stere voluit. Vnde in lege veteri. si pater
alicuius puelle sputa misissz in faciem ei⁹:
intantū reddebatur abomīabilis vniuer-
sis q̄ ad minus septē diebus illam esse se-
gregatam oportebat a cōmuuione homi-
num. Hinc domin⁹ ad Moysen cum ora-
ret pro sorore sua iam facta leprosa respō
dit. Si pater eius spuisset in faciem illius
nōne septem saltez diebus debuisset rubo
re perfundi. separet̄ ita septem dieb⁹ ⁊c̄.
vt patz Nume. xij. Quid ergo vituperosi
us? quid abomīabilius q̄ in illam conspui
gratiosissimaz. in quam desiderant angeli
p̄spicere faciem. vtpote plenam gratiarū
⁊ desiderataz cunctis gentibus? Et dicit
Mathe⁹ notanter expuerūt: quasi nō sim
pliciter saliuam spuētes: sed etiam excrea
tiones fetidissimas in eius faciem p̄ijcien
tes. ita q̄ facies illa benedicta taz abomi
nabilis videbat̄ ex sputo mixto sanguine
ex violentia verberuz effuso quasi leprosa
fuissz. p̄sertim postea q̄ flagelloꝝ ictibus
erat dilacerata. vt impleret̄ illud Ysa. Vi
dimus eum ⁊ non erat aspectus. ⁊ nos pu
tauim⁹ eū quasi leprosum percussuz a deo
⁊ humiliatum. Siccine s̄m Hiero. in faci-
em christi conspuūt qui cōscientiā suaz fe

dis cogitatiōibus affectōibus ⁊ actioni-
bus polluūt. Nam cōscientiā christus in-
habitat in qua dei facies. i. imago relucet
Et palmas ei in faciez dederūt. in qua
sunt omnes sensus ⁊ spiritus ⁊ mēbra te-
nera et facile lesibilia. Et ideo verisimile
est q̄ ex tali percussiōe per os ⁊ nares co-
piose sanguis effluebat: licet ab euangeli-
stis nō exprimit̄. O scelus horrendū quo
faciem tam amabilez ⁊ formosam tā cru-
deliter plagis affecerūt. Jesus aūt quid?
Faciem meā non auerti ab increpātibus ⁊
cōspuentibus in me. Et velauerunt fa-
ciem eius ⁊ colaphis euz ceciderūt: vt s̄m
quosdam faciem eius gloriosam ⁊ gratio-
sam non viderēt: ne forte mouerent̄ ad pi
etatem. multos eniz aspectus illius ama-
bilis ad dilectiōem suā p̄uocauit. vel cer-
te visum eius sustinere non valebāt. quia
nec oculi eorum excecati faciē Moysi po-
terant intueri: nisi velamen super faciem
eius poneret̄. Et ecce plusq̄ Moyses hic
cuius facies sine ꝯparatione gloriosior erat
licet gloria eius esset ab intus ⁊ nube car-
nis adhuc mortalis obtecta. Aliq̄ tamen
virtus occultate glorie in facie illi⁹ resplē-
duit: iudeoꝝ oculis ita reuerberās q̄ faci
em illam equo animo tolerare nō possent.
Tunc quidā percutiebant faciem illaz be
nedictam. quidā collum eius sanctissimū.
quidā etiā caput eius tremendum ⁊ dice-
bāt. Prophetiza nobis christe quis est
qui te percussit? Quod eidem dicit̄ in cō-
tumeliaz. quasi dicerent. Tu es falsus p̄-
pheta. als eniz ꝯtumelias illas p̄uidisses.
Attende q̄ euāgelista cum summa diligē-
tia ea que vidētur exprobratissima expo-
nit. nihil occultans aut verecundans: sed
maximā gloriam existimās. domīatorem
orbis terre pro nobis talia sustinere. Hoc
ergo legam⁹ quotidie. hoc nostre menti vi-
scerosius ingeram⁹. ⁊ in his iugiter glori-
emur. Figura christi sic velati precessit in
Sampsone. qui scz amore meretricis Da-
lide fuit sua fortitudine spoliatus. ab ini-
micis captiuat⁹. oculoꝝ lumine priuatus
⁊ illusione multiplici fatigat⁹. Sic christ⁹
amore peccatricis aīe cui dicit p̄ p̄phetaz.

Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis. tamen reuertere ad me ⁊ ego suscipiã te. Pro hac inq̃ fortitudine spoliat⁹ est cum persequẽtes solo nutu perdere potuisset: sed ꝓpter eã mundãdam ⁊ in spõsaz suã ꝯsecrandã patiẽter se sustinuit captiuari. lumĩe priuari. ⁊ multipliciter illudi. vt in se vindictam suscipet quam indigna ꝓmeruit. Vbi est vicissitudo dilectiõis et fructus tantoꝝ beneficioꝝ? o ingrata anima mea? Deniq̃ vt dicit Marc⁹ ⁊ alia multa blasphemãtes in euz dicebãt. haut dubiuz quin ⁊ faciebant. Nam ſm Bern̄: alij manu euersa percutiebãt mellifluũ os eius. alij euellebant sanctissimã eius barbam. alij per venerabiles crines ip̃m tam acriter trahebãt ꝙ cutis cũ crinib⁹ adhereret. ⁊ sicut estimo dominũ celi ⁊ terre ĩter pedes suos cõculcabant. O Jesu ad quoꝝ manus deuenisti? quãta est patiẽtia tua? quãta eoꝝ inclementia. Sed velit nolit vincit patiẽtia maliciam. amor inuidiam. pietas crudelitatẽ. Tandem ergo sacerdotes ⁊ scribe cum senioribus fatigati cum cetera multitudine recesserũt ad quietem Jesum in carcerẽ ibidem subtus solarium retrudẽtes. cuius diu postmoduz apparuerũt vestigia: ligantes illũ ad quãdam columnã lapideam. cui⁹ pars adhuc apparet rome ĩ ecclesia sancte Praxedis grisei coloris: varij tamẽ. Nam lapis ip̃e ad albedinẽ tendẽs maculis sub nigris respersus videt̃. Et sic dereliquerũt eũ mercennarijs ⁊ garcõibus ad illudenduz: vbi rectus ad columnã tota nocte ꝑstitit vsq̃ mane. ligatus amore poti⁹ q̃ fune. nec solum afflictus fatigatiõe ⁊ frigore. sed quasi canes rabidi et irritati ad ouiculam innocentem discerpendaz. sic impij a demonibus ⁊ inuidie stimulis incitati circũsteterũt mille modis iniuriãtes ⁊ illudentes vt vel sic illum ad impatiẽtiaz ꝓuocarẽt. Christus autem quasi fidelissim⁹ sponsus patienter ⁊ verecunde tanq̃ in culpa deprehensus vultu in terram dimisso cum indicibili mansuetudine ⁊ amore sponsam suã recuperatur⁹ ĩmobiliter ꝑseuerat. Mane autem facto cõuenerunt omnes sacerdotes ⁊ seniores populi cum scribis ⁊ vniuerso cõcilio aduersus Jesum vt euz morti traderent. Consiliũ autez inierũt. quia ex testimonijs p̃habitis non habuerũt aliquid vnde posset accusari coram Pilato sicut reus mortis. Et duxerunt illũ ad cõcilium: dicẽtes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis. Si dixero vobis nõ creditis mihi. si autez interrogauero nõ respõdebitis mihi. neq̃ dimittetis. Ex hoc autem erit filius homĩs sedens ad dexteram virtutis dei. Dixerũt autẽ omnes. Tu es g̃ filius dei. Qui ait. Vos dicitis qꝛ ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimoniũ. ipsi eniz audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum vinctuz Jesum adduxerũt. Et scd̃m Bern̄. manibus post tergũ strictissime ligatis ⁊ cathena: vt dicit̃ in collo eius que postea ꝑegrinis ostendebat̃ in iherusalem qui ex magna deuotõe in ea colla sua mittebant. Et hoc intelligendũ est in nouẽ ductionibus domĩ Jesu que facte legunt̃ in eius passione. Paulus autem apostol⁹ memor tam opprobriosarũ ductionũ domini Jesu melius se reputabat ornatũ: vt dic̃ Chriso. Cathenis ferreis ligat⁹ q̃ si regiis cultibus fuisset redimit⁹. In augmẽtũ etiam doloris christi dulcissima mater ei⁹ filiuz captum audiens ⁊ ad eum indicibili cordis angustia ꝓperans in tanta pressura meroris ⁊ cõfusionis illum sequebatur q̃cũq̃ ducebat̃ ꝙ vehementiaz doloris eã velut impotentẽ reddebat ad ambulandũ sed vis amoris impellebat ad imitanduz. Nimirũ cum hee ductiones tam crudeles erant ⁊ plene opprobrijs ꝙ licet volũtarie preibat ad suppliciuz cum cathena tñ eum trahebant. pedib⁹ trucidabãt. fustibus et manibus impellebãt. lutum et lapides in eum ꝓijciebant. maledicebãt ⁊ irridebãt.

Tunc videns Judas qui tradidit euz ꝙ damnatus esset. Nam cõsuetudo iudeorum erat vt quẽ reum mortis adiudicassent vinctũ presidi traderẽt vt sit per hoc eum preses ad dictum morti intel ige re.

Videns ergo Judas eum sic ligatum ⁊ ꝑ hoc intelligens ꝙ dãnatus esset peni-

tentia ductus est licet infructuosa. qꝛ sine spe venie. tum ꝓpter magnitudinē scelerꝫ quo christum in mortez tradidit: cuiꝰ tantam sanctitatē expertus fuerat. tum etiā quia damnatōem suaz a christo audierat quem ꝓphetā verissimū sciebat. tum etiā quia tempus merēdi in eo transijt. Unde dicit Bonauētura super. ij. dist. vij. ꝙ homo postq̄ tempus merendi ab ordinatōe diuina sibi p̄fixum in vitijs obstinatꝰ transijt: quātumcūq̄ doluerit nō potest bonaz reacquirere voluntatez. Unde peccatum Jude in principio nō abstulit impossibilitatem ad iusticiā: ⁊ tamē sine peccati additōe ⁊ inuocatiōe solo tempore merendi transeūte: factū est irremissibile. Cuiꝰ ratio est quia deus cuz non faciat cōtra suā dispositōem: non offert gratiā que p̄ueniat voluntatē ⁊ formaz ad penitentiā. ⁊ sic remanet voluntas in impenitētia sempiterna ⁊ per cōsequēs in culpa. Nec tamē ꝓpter hoc a bono cessandū est. quia resipiscere ad penitentiā signū est penitentie tēpus nondū trāsisse. Judas igit̄ in hac penitētia licet infructuosa retulit triginta argenteos: dicens. Peccaui: tradens sanguinē iustū. Si ergo Judas restituit pecuniā male cōquesitā: quomō nunc vsurarius retinet vsurā. symoniacꝰ p̄bendā. vel alter quisq̄ rem alienā male acquisitā vel iniuste. cuz nihilominꝰ hic sperat veniam ⁊ post mortē vitam eternā? Hec inq̄t fecisti ⁊ tacui. existimasti inique ꝙ ero tui similis ⁊c̄. Nimiꝝ cum Judas retulit penitentiā confessus est culpā. ostendit penitentiā: nec tamē meruit veniam. quia magnitudo sceleris impulit eum in desperationem. Sicut eniz Cayn fratricida crudelis: verū tamen mentita est iniquitas sibi. cum om̄is iniquitas hūana respectū infinite misericordie diuine est velut minima aque guttula ad īmēsitatē amplissimi maris: a qua Judas miser desipiens ⁊ desperans abijt ⁊ laqueo se suspendit. Officiuz eniz desperatōis est sibijp̄i manus plerūq̄ crudeles inijcere. Et in hoc scd̄m Hiero. Judas plus peccauit. quia ī traditōe directe peccauit cōtra christi humanitatē: ⁊ in desperatōe contra eius diuinitatē: scilicet cōtra infinietatē diuīe misericordie. Vide nunc q̄ detestanda sit auaricia: que laqueus est diaboli: quo miseros suspēdit auaros. Felix qui dicere potest cum psal. Quoniā ip̄e liberauit me de laqueo venātium. Quia quos hic a laq̄o liberat: postmodū etiam a verbo aspero ꝓtegit. Ab illo inq̄ verbo. Ite maledicti. At illi dixerunt. Quid ad nos: tu videris? quasi ⁊ ipsi a traditōe iusti sanguinis essent īmunes. Proinde Judas argenteos in templum ꝓiecit. Et principes sacerdotū acceptis argenteis dixerūt. Non licz eos mittere in carbonā. i. locuz in quo ponebātur oblationes pro reꝑatiōe templi ⁊ alijs necessarijs. O detestabilis sacerdotuz execatio qui christi occasionē velut sacrificium reputabāt cum tamē venditōis illius preciū nephariū ⁊ ad vsuz templi indignū iudicabāt. liquātes culicē ⁊ camelū glutientes. Consilio aūt inito emerūt ex illis agrū figuli in sepulturā peregrinoꝝ ꝓpter hoc ager ille vocatus est lingua eorū acheldemach. hoc est ager sanguinis vsq̄ in hodiernū diem. Tunc impletū est illud qd̄ dictū est per ꝓphetam: scilicz Zacha. xj. licz sentētia est aliq̄liter mutata. Et acceperūt triginta argenteos preciū appreciati. i. christi. q̄ue appreciauerunt a filijs israhel. et dederūt eos in agrū figuli sicut cōstituit mihi dn̄s: Et duxerunt illum ad Pilatū in pretoriū. cui scilicz sentētia diffinitiua reseruabat̄. Et ip̄i nō intrauerunt in pretoriū ne obseruatōes suas violarent: ⁊ cōtaminarent̄ ex ingressu ad hominem gentilē. quia reputabāt īmundos se fieri si domū intrassent alienigene iudicis. Pretorio cōtaminari timebāt liquātes culicem ⁊c̄. Sed manducarēt pascha non agnū paschalē. quia iam comederāt: sed azimos panes quos per septē dies paschales manducabāt. Dies eniz agere ceperant azimoꝝ in quibꝰ illis erat cōtaminatio in alienigene habitaculū intrare. Licet enim dies in qua comedebat̄ agnꝰ proprie pasca dicebat̄. inueniūtur tamen dies azimoꝝ sequētes pascha noīari in q̄bꝰ

nihil fermentatū in domibus eoꝝ inueniri debuit. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras ⁊ dixit. Quā accusatōem affertis erga hominē hunc. Habetur eniz in legibus romanoꝝ ꝙ nemo ꝯdemnaret̄: nisi pri⁹ accusaretur ⁊ accusatus haberet locum defendendi. Cum ergo videbat eum ligatuz in signū damnatōis: ideo de causa querebat vt sic audita causa ꝟm modū romanū ꝓcederet. Principes autem sacerdotū et scribe suas accusatiōes sciētes esse falsas ad primū quesitum Pilati nullam accusationem specificarūt: sed rn̄derūt ei: dicentes. Si non esset hic malefactor: quē scilicet in lege p̄cepit dn̄s interfici nos q̄ tāte sumus religiositatis. auctoritatis. veritatis. ⁊ iusticie. non tradidissem⁹ eum tibi vinctū quasi morte dignuz. quasi dicerent. Simplici verbo sine aliqua inquisitione nobis merito credi deberet: qui illuz examinauim⁹ et morte dignū inuenimus. Pilatus ergo putās eos accusatōem subticere: quoniā in eoꝝ legibus aliquid commisisset: pro quo ꝟm legem eoꝝ verberib⁹ puniēdus esset recusauit causam ⁊ iudicium ad ip̄os remisit: dicēs. Accipite euz vos ⁊ ꝟm legem vr̄am iudicate. Dixerunt ḡ iudei. Nobis non licet interficere quēq̄. quia iudiciuz sanguinis iudici romano reseruabat̄. vt sermo Jesu impleret̄ quez dixit. Filius hom̄is tradetur gentib⁹ ad illudendū ⁊ flagellandū ⁊ crucifigendū: signās qua morte esset moritur⁹. Tunc Pilatus intelligēs ꝙ non legalē penam: sed interfectōez christi peterent: causam condignā mortis audire voluit. Ceperūt eum igitur accusare in tribus specificādo dicentes. Hunc inuenim⁹ subuertentē gētem nostrā ⁊ ꝓhibentē tributa dari cesari. ⁊ dicentē se esse christū regem. Q⁹ aūt subuertebat gentē a cultura legis falsum erat: eo ꝙ ecōtrario Jesus docuerat: dicens. Non veni soluere legē: sed implere. Contra secundū etiā dixerat. Reddite cesari q̄ sunt cesar⁹ ⁊ dei q̄ sunt deo. Deniq̄ terciū erat falsuz. qꝛ cū volebāt euz turbe regez ꝯstituere: declinabat ab eis ⁊ abscōdit se. Introiuit ergo Pilatus iteꝝ in

pretoriū qd̄ erat in domo sua: vt ibi magꝫ pacifice christū examīaret extra tumultū iudeoꝝ qui non audebāt intrare pretoriū ne cōtaminarent̄. Et interrogauit Jesum: dicens. Tu es rex iudeoꝝ. quasi diceret. Est hoc veꝝ ꝙ velis tibi vsurpare regnuz. Scd̄m Theophilū autē hec interrogauit in ꝯtemptū obiecti criminis ⁊ accusatiōem iudeoꝝ: q̄si subsanādo dicat. Tu pauper vilis ⁊ nudus homūcio cui nullus adiutor accusaris ꝙ ad regni ambitiōem aspiras ad qd̄ opus est multoꝝ adiutoriū ⁊ sumptuū. Rn̄dit Jesus. A temetip̄o hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me. q̄si diceret. Cōcepisti hanc opinionē de me per temetip̄m. Rn̄dit Pilat⁹. Nunq̄d ego iudeus sum. q̄si diceret. Ex me non concepi qꝛ nō sum iude⁹. ⁊ sic ex libris iudaicis inuestigare non possuz. Sed gens tua ⁊ pōtifices ad quos ꝑtinet īuestigare talia tradiderūt te mihi super hoc te accusantes. quid fecisti? Rn̄dit Jesus. Regnū meuz non est de hoc mūdo: sicut suspicaris. Si ex hoc mūdo esset regnū meū: ministri mei vtiq̄ decertarēt vt non traderer iudeis. nunc autem regnū meū non est hinc. Et sic satisfecit ad questionē bene dicēdo ꝙ non q̄rebat regnū tempale inter iudeos. Sed qꝛ ꝯcessit se fore regē cōcludit. Nunc aūt regnū meum non est hinc. q̄ntū scz ad ista tempalia querēda. Intelligēs igit̄ Pilatus esse se regez alicui⁹ regni de quo romani se nō intromitterēt hoc magis determinate scire cupiens: ait. Ergo rex es tu. Rn̄dit Jesus. Tu dicis: scilicz veritatez qꝛ rex sum ego. Et hui⁹ regni ꝯditionē declarans: subdit. Ego in hoc nat⁹ sum tēporaliter. ⁊ ad hoc veni in mundū carnē assumens vt testimoniū ꝑhibeā veritati: scilicet docēdo ⁊ radicādo veritatē in cordibus fideliū. Om̄is qui est ex veritate prima que deus est non solū ꝑcreatiōem: sed etiā ꝑ imitatōem ⁊ subiectōem. audit vocem meā corde credēdo ⁊ opere obediendo. ⁊ in talib⁹ est regnū meum qd̄ alioꝝ regnū nō impedit seu dominiū. Dicit iterum Pilat⁹. Quid est veritas. Intellexit enim ꝑ hoc in generali dominiuz aliqd̄

Secundū est abyssalis eius humiliatio nis exhibitio studiosa. cuz addit. Et lauē tur pedes vestri. non man⁹: vt sic vniuersitatis dñs vniuersuz rumorē humanū cōculcaret. Vnde venit ad symonē Petruz qui vehemēter gumiliatōis inauditū obsequiū admiras. ac propriā vilitatē detestans ait. Dñe tu qui es fabricator mūdi qui terraz palmo cōcludis: mihi vilissimo piscatori lauas pedes. Respōdit Jesus Q.d̄ ego facio tu nescis modo ad quid factio. s. ad būilitatis exemplū relinquēdum vt nō apponat vltra magnificare se hō super terrā. Sed discas per viaz hūilitatis vestigia sequi saluatoris ꝛ q̄enire ad celsitudinē eternitatis. Huius igit̄ exemplo disce o fidelis christi discipule p̄sequētiuz ꝛ odientiū rabiem. obsequijs delinire. humiliatiōibus obuiare. ac pietatis exhibitōibus revocare. Terciuz est a pristina mentis inquietudine requietudo gratiosa cū subditur. Et requiescite sub arboze. Nā post lapsuz ꝓtoparentū nulli p̄sus recōciliatio plena: vel mentis securitas: aut p̄fecta requies esse poterat. non p̄iar chis vel ꝓphetis. non martyrib⁹ nec Johāni baptiste: quo maior inter natos mulieruz non surrexit. donec veniret plenitudo tempis in quo damnatōem nostrā crucī christus affigeret. ꝛ inflexibilē suam iusticiaz in seip̄m reflecteret. ac paternā indignatōem per passionē crucis p̄ nobis satisfaciens ad supfluā misericordiā inclinaret. Et hinc tanta misericordie diuīe melliflua largitas egressa est q̄ latronē vsq; ī finē in malicia pseuerantē mox vnico confessiōis verbo suscipet. ostendēs plane q̄ ira dei ex tunc in misericordiā q̄uersa est. Tu ergo quicūq; es quē inquietāt ꝛ p̄turbāt delicta p̄terita: stude quiescere sub arboze crucis huius. cui⁹ fructus saluific⁹ ad se veraciter p̄fugientib⁹. ꝛ inspiciētib⁹ est medicina p̄ peccatis. Quō aūt inspici debeat ostēdit Bern̄. dicens. Aspice natuz sine hospicio. involutū breui pāniculo. inter bouē ꝛ asinū reclinatū in p̄sepio. fugientem nocte in egypto. nudū pendentē in patibulo. capitis inclinatōem ad osculuz. brachioz extensionē ad amplexū. lateris apertōem ad affectū. toti⁹ corpis crucifixionē in nostre redemptiōis effectū. Vnde fructū istius aspectus ostēdit alibi: dicens. In omnibus aduersitatib⁹ non inueni tam efficax remediū sicut vulnera Jesu christi. in illis dormio secur⁹. requiesco intrepidus. Mirū q; per intimaz dilectionem hunc fructū affectu saporoso destantibus est ab omni affectu vitioso perfecta sepatio. O mirabili nāq; modo amaritudo amarissima dilecti Jesu amoroseti in dulcedinē quād am inexp̄ssibilez versā: totū rapit in se spiritū eius. vt gustato spiritu desipiat oīs caro. Quartū

est inexplicabilis diuine dilectiõis exhibitio copiosa. cum addit. Ponãq; buccellã panis et confortent corda vestra. Admirare nũc ⁊ amplectere totis viribꝰ illã immensam charitatẽ qua maiorez ostendere non poterat. Exquo nãq; p nobis in passiõe soluens preciũ a nobis corpaliter recessurus erat: corpus ⁊ sanguinẽ in arraz amoris nobis relinq̃re voluit vt nos vniret sibi vniõe huiꝰ sacramẽti qua strictior in via repiri non potest. vt sic fidelis quisq; effectũ salutarẽ illius quotidie cõsequi meteret. O quãtum est hoc in effusione diuini amoris indiciũ. ¶ Ad si queris quis sit effectꝰ istius sacramẽti. Rñdeo q̃ multi sunt effectꝰ eius. principalis tamẽ est cõuersio fideliũ in ipm. sicut innuit dñs cum ait. Qui manducat meã carnẽ ⁊ bibit meum sanguinẽ in me manet et ego ĩ illo. Et ad beatũ Augus. quo nihil aptius. Cibus sum inquit grandiũ. crescе ⁊ manducabis me. nec me mutabis in te sicut cibũ carnis tue: sed tu mutaberis in me. Ex quo manifeste patz q̃ si digne christũ sumpseris nõ solũ eius filiꝰ aut frater: sed etiã ipse christus per gratiã transformatõis efficieris.

¶ Ad cuiꝰ euidentiã sciendũ q̃ tribus modis aliquos nobis attingere cognoscimꝰ. scz generatõe. nutritõe. familiari locutione. Scis enim te hominẽ eo q̃ ab hominibus generaris. nõ idemtitate ĩdiuidui: sz speciei. Et semen de quo generat̃ homo superfluũ est in ĩdiuiduo. necessariũ vo speciei. sed nõ est tale semen quo tu felix christicola generaris a christo. qz nõ de suo superfluo: sz ex sue vite necessario regeneraris. vtpote de p̃cioso sanguĩe ꝺ latere eiꝰ sanctissimo pfluente: in quo vita humana dinoscit̃ cõseruari: sicut fenix ex incineratione sui nouus resurgit. In cuiꝰ augmentum de alio nos nutrire noluit q̃ de seipo vt sic veraciter oñderet nos in ipm transportatos. qz ex eisdez sumꝰ ex quibꝰ nutrimur. Et ex hoc patet secũdus modꝰ attinẽtie: scz nutritõis. Vnde ait. Caro mea vere est cibus ⁊ sanguis meus vere est potꝰ. Non tñ quertẽdus in naturã cibati: sz cõuersurus cibatũ in naturã sui. ita vt fidu-

cialiter diceret aplus. Viuo ego iaz non ego. viuit vo in me christus. Terciꝰ autez modus attinẽtie cognoscit̃ per familiaritatem verboz cum mater te vocat filium frater fratrez. Stupẽdo modo si cõsideramus. verba christi nos ducũt in ipm: cũ se dicit fermentũ in similitudine: ⁊ nos farinam. Nam pasta post fermẽtatõem est de natura fermẽti. Rursuz se dicit vitẽ ⁊ nos palmites. non faciẽs gradũ: sed vnionez. Quid eniz sunt palmites respectu vitis? nisi parue vites respectu magne. et ps respectu totiꝰ. Et quid his oñibus maiꝰ est vt exactе ⁊ ĩexplicabiliter vnionẽ sui ad nos exp̃meret ait ad p̃em Joh. xvij. Tu in me ⁊ ego in eis. modũ assimilãs quo in nobis est. Et itez. Vt sint inquit vnuz in nobis sicut ⁊ nos vnũ sumus. Vñ ⁊ dilectionẽ suã ad nos assimilat dilectõi patrine: dicẽs. Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos. O ineffabilis dulcedo diuine dignatõis ⁊ dilectõis ad vilissimos ⁊ ingratissimos furculos. cuiꝰ arram ⁊ memoriaz in hoc sacramẽto relinquere voluit. Quito notat̃ finalis nostre saluatõis cooperatio desiderioса. cum infert. ⁊ postea transibitis. Anime nãq; trãsire est gratia ⁊ virtutibus pficere. Ad quem transitũ per sacramenta ecclesiastica aptificamur ⁊ q̃maxime per eucharistie sacramentũ confortamur. cuiꝰ est adaugere charitatẽ. multiplicare gratiã. debilitare temptatiõem. ⁊ effugare sathanã. Quia dicit Chriso. sup Johannẽ. q̃ vt leones flãmas spirantes sic ab illa mensa discedimꝰ: terribiles effecti diabolo. Hinc etiam aplus p̃fidenter ait. Omnia possum in eo qui me cõfortat. O etiam bene figuratũ est in pane subcinericio. quem acceptũ ab angelo comedit Helyas. ⁊ ambulauit ĩ fortitudine cibi illius q̃draginta diebus ⁊ q̃draginta noctibus vsq; ad montẽ dei oreb. Nam p quadraginta dies designat̃ penitẽtie tempꝰ: quo cõfortamur hoc pane donec in montẽ celestis glorie trãsferamur. Et sicut habz virtutem huiusmodi cõfortatõis: sic etiã purgationis. Dicit enim Hubertinꝰ. q̃ licet sine veniali venire non possumus, sepe

tamen cōtingit ꝙ in ipsa sumptōe anima clarificat̄ ⁊ depurat̄ ab omni macula ⁊ reatu peccati: perfecte cōfigurata claritati christi ꝓpter excedentē feruorem in quez per sacramenti sumptōem ⁊ spūs liquefactionē spūaliter absorbet̄ ⁊ transformat̄. Verūtamen qui capere potest capiat. q̄a talem sacramētoꝝ effecto in multis impedit tepida affectio. mētis distractio. ⁊ p̄sertim in affectū alicuius venialis peccati volūtatis infictio. Hec est igit̄ intentio finalis in omnib⁹ que ꝑ nobis fecit ⁊ ꝑtulit pius amator animaꝝ: vt per hec vitaz acquiramus eternā. Ego inquit veni vt vitam habeāt ⁊ abundātius habeant. Cuius non īmemor beatus Bern̄. ait. O bone Jesu sup oīa te mihi reddit amabilez calix quē bibisti nr̄e redemptōis. hic enim om̄ino amorē nostrū vendicat sibi. hic inq̄ amorē nr̄m blandius allicit. iustius exigit. artius stringit. et vehemētius afficit. O duri ⁊ indurati ⁊ obdurati filij Adam: quos non emollit tanta benignitas. tāta flāma. tam ingens ardor amoris. tam vehemens amator qui ꝑ vilib⁹ sarcinulis tā p̄ciosas merces expendit. his enim secundario dicere potest. Verūtamē ecce manus tradentis me mecū est in mensa. Et q̄ māducat panē meū ampliauit sup me supplātationē. Jesus aūt agnoscēs ī Juda ꝯceptā ꝓditōis maliciā pri⁹ illā obsequijs emollire ⁊ reuocare studuit. Tum per humilitatis subiectōem se toto corpe ꝓsternens ad pedū illius ablutōez: detersionē: ⁊ vt puto amātissimā deosculatōez. quia nullū humiliatōis indiciū adimplere rēnuit. Tum ꝑ sacri corpis ⁊ sanguinis cōmunicationē: qd̄ Jude licet indignissimo liberaliter tradidit. Tum etiā per familiaritatis exhibitionē. qꝛ buccellā intinctaz illi tradidit qd̄ erat ex ꝑte christi signū dilectiōis ⁊ familiaritatis. Sed qꝛ ꝑ ingratitudinis vitiū donū omne a deo susceptū vertit in damnatōis cumuluz. statim post buccellā introiuit in eū sathanas ad possidendū: in quē iaz antea introierat ad tēptandū ⁊ decipiendū. Vidēs igit̄ Jesus obstinatā in malo Jude voluntatem ꝑcussus interno dolore. turbatus est spiritu ⁊ ait. Amen dico vobis ꝙ vnus vr̄m me traditur⁹ est. Sicq̄ pius dn̄s actorem celans crimen in numero mittit. ⁊ vt agat reus penitentiā non aspera nec aꝑta illuz increpatōe ꝯfundit. sed leui ⁊ tacita cōuenit admonitōe: vt sic facilius corrigat penitentia quem nulla deformat abiectio.

Quo audito ceteri discipuli cōsternati manū a parabside detrahebāt. ⁊ solus impudentia qua dn̄m traditur⁹ erat manum cū eo mittit in parabside. vt sic effrenata audacia bonā ꝯscientiā mentiret̄. Qd̄ videns dn̄s aperti⁹ arguit illū licet eius nomen nō exprimat: dicēs. Qui intingit manū mecū in parapside hic me tradet. filius quidē homīs vadit. s. ad passionez ⁊ mortē sicut scriptū est ꝑ ꝓphetas. Verūtamen ve homī illi per quē tradet̄. bonum erat ei si natus non fuisset ille. Sed qꝛ nec duz illū reuocare potuit subintulit nō precipiēdo: sed p̄dicendo. Qd̄ facis fac citius. Ecce q̄nta fuit auaricie cecitas. q̄nta cordis duricia ꝙ nec familiaritate cōuiuij. nec hūilitate obsequij. nec suauitate eloquij. nec cōminatōe supplicij a cōcepta malicia potuit reuocari. Sic nimiꝝ pleriq̄ post adeptā cōuersionē ⁊ penitentiaz. post degustatā diuinā misericordiā ⁊ gratiam. deniq̄ post frequētatuz internū diuine suauitatis amplexū quo solet humanam mentē ablactare. ⁊ ī solitudinē. i. abstractionē mūdani tumult⁹ educere: miserabilius in pristinā tepiditatez recidiuāt ad omnia spūalia languidi ⁊ ad sensibilia male desideriosi. qui tandē ad tantā cordis duriciē perueniūt ꝙ nullis informationib⁹ reuocari possunt. qꝛ ꝓpter eoꝝ ingratitudinē post repulsam diuinā grām iuxta verbū dn̄i sathanas ingrediēs assumit septem spūs nequiores se. quibus ait dn̄s. Vtinam calidus esses aut frigid⁹. vt ptz alibi cum expositōe Gregorij. Exijt ergo statim Judas. quia diabolus illū cum domīo ꝑmanere nō sinebat. Quo. s. egresso dixit Jesus vndecim discipulis. Filioli mei adhuc modicū tempus vobiscū sum q̄retis me et sic̄ dixi iudeis quo ego vado

vos non poteſtis venire modo. ſequímini autem poſtea. Et alia multa que Johannes dulciſſuo ſtilo ꝓſequitur. ¶ Et egreſſus ſm conſuetudinẽ in montẽ ꝓoliueti: ait octo diſcipulis. Sedete hic. Et aſſumpto Petro ⁊ duobus filijs zebedei: ſcz Jacobo ⁊ Johãne. quibus in tranſfiguratione gloriam ſue maieſtatis ꝓoſtenderat vt eis etiam triſticiã ſue doloroſiſſime paſſionis reuelaret. Cepit cõtriſtari et meſtus eſſe. ⁊ ait illis. ¶ Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ. i. triſticia de recordatiõe future penalitatis penã mihi mortis ingerit. Suſtinete hic ⁊ vigilate mecum. Et progreſſus puſillũ anulſus eſt ab eis quãtum iactus eſt lapidis. Et ꝓcidit deus ⁊ homo etiam in faciẽ ſuam orans et dicens. Pater mi ſi poſſibile eſt trãſeat a me calix iſte Statimq; voluntatẽ ſuam diuine volũtati ſubijciens: adiunxit. Non ſicut ego volo: ſed ſicut tu. quaſi diceret. O pater ſancte tibi placuit me mittere in mundũ vt ꝓ iniuria nobis facta ſatiſfacerem. et ſtatim cum volebas dixi. Ecce venio. in capite libri ſcriptũ eſt de me vt facerez voluntatẽ tuam deus me⁹: volui. ⁊ legem tuã in meo cordis mei. paup fui. ⁊ in laboribꝰ a iuuentute. fame ⁊ ſiti. in frigore ⁊ nuditate. feci pater qõ mandaſti. paratꝰ ſum ⁊ ea que reſtant adimplere. Verũtamen amaritudinem hanc tam magnã: tam amarã q̃ mihi parata ẽ ab aduerſarijs meis ſi fieri poteſt a me tolle. Et hanc oratõez in tribꝰ locis abinuicez per iactũ lapidis diſtantibꝰ chriſtus effudit: ſicut prius ĩ tribus locis temptatus fuerat. Et vt fertur adhuc in ipſis locis eccleſiaꝝ veſtigia reperiuntur que ibidez facte fuerant. ¶ In duabus etiã primis oratiõibus vt pie credendũ vberrime flebat: licet ab euãgeliſtis non exprimitur. Dñ raro ꝓ peccatoribꝰ oraſſe creditur: niſi cum abũdantia lachrymaꝝ eoꝝ miſerias ampliſſimo quodã miſeratꝰ affectu. Abijrq; ſecũdo ac tercio ſermonẽ eundem repetẽs: vt nobis oratõis frequẽtiã cõmendaret. ¶ Et factus in agonia: ſciliꝫ carnis ⁊ ſpiritus. Vaz in eo fuit mirabilis ꝓflictus ſenſualitatis ⁊ rationis. qz ſenſualitas naturaliter mortez abhorrẽs recuſabat. ratioꝛo deliberatiua diuĩe voluntati ſe per oĩa cõformare volebat. et ſic mortẽ pro hũana ſalute zelabat. Et qz virtute diuina quelibet pars permittebatur agere ⁊ pati qõ ſibi propriuz erat. Et hoc innuit Jeſus ad diſcipulos: dicens. ¶ Spiritus quidẽ ꝓmptus eſt. caro autẽ infirma. Vnde cum plixi⁹ oraſſet ſuũ ſenſitiuũ tanto timore ⁊ horroꝛe ꝓcuſſuz eſt: q; angelus ſibi dicaꝫ apparuiſſe cõfortãs eum. Dum eniz attenderet tam ineſtimabile tormentũ innuere ſibi: timoꝛ adeo cõcuſſit ſuũ ſenſitiuũ q; humoꝛ ſanguine⁹ fuerat toraliter ad ĩteꝛioꝛa reduct⁹ ſup. quẽ timorẽ reſciendũ amoꝛ ineſtimabilis qua ſi malle⁹ mire ĩmenſitatis repcuſſit. ⁊ ipm expellendo poꝛos oĩes coꝛporis Jeſu. ⁊ venas reſoluiſſe videt. vt ſic de toto coꝛpoꝛe fluerẽt gutte ſanguinis decurrẽtes ĩ terram. Sicut enim ſm phiſicos intrinſeca cauſa ſudoris eſt caloꝛ naturalis vapoꝛem humidũ diſſoluẽs. ſic etiã cauſa ſudoris hui⁹ ſupnaturalis eſſe potuit ardoꝛ ceſſiui amoris de coꝛdis chriſti redũdãs in totũ coꝛpus ſuum qui diſſoluebat illud humidũ vapoꝛoſuz ⁊ ſanguinẽ. Vide ergo ꝓſiderandum eſt quãta fuerit amaritudo ꝑ paſſionis eius: cũ illius ſola memoria tantum naturam delicataz ĩmutauit q; ꝑ anguſtia ſanguinem ſudare coegit. ⁊ ſic ſanguinolẽtis lachrymis non ſolũ oculi: ſz et omnia ſacratiſſima membꝛa ſua defluerẽt piaculũ tam dire expiatõis. Vãe añt agoniam tam horꝛibilem ꝑſertim ex q̃cq; cauſis cõcurrentibus paſſus eſt: in quibus fidelis chriſti ſeſe iugiter excitare ſtudeat. ¶ Primo ex imaginatõe crudeliſſime mortis. Vix enim credibile foret alicui viuenti q̃les anguſtias tũc natura delicata mortem horꝛendo ꝓſenſit cũ taz crudelia ſupplicia ſibi breuiter ĩminere ꝓſciuit. in cuius argumentũ dixit. Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortem. ¶ Secũdo pro damnatõe ſuiꝑditoris ⁊ alioꝝ innumerabiliũ quos preſciuit ſeſe facturos ingratos et indignos tam ꝓcioſe ⁊ laborioſe redemptiõis. quia ſeſe ꝓuidebat q̃tũ ad maximam redimen-

doꝛ partē inuanū laboꝛaturū: ⁊ tam amaram moꝛtē ſuſceptuꝫ. Preſertim tñ ꝙ dānabili iudeoꝛ obſtinatōe ⁊ nimia multoꝛ ingratitudine. Unde ſm Hubertinū. Recollegit in ſe cuncta crimīa. taꝫ perpetrata q̄ perpetrāda: velut expiaturꝰ ea ꝓtū ad ſufficientiā. licet non q̄tum ad efficientiam. Et hec fuerūt doloꝛis illiꝰ ⁊ agonie maxima cauſa. Quia cū viatoꝛ ⁊ ꝓbendoꝛ eſſet: oīa illa clarius ⁊ magis diſtincte cernebat q̄ aliqua mens hūana peccatuꝫ aliqđ ſingulare videre poſſet. Cetez vnū quodq̄ ſingulare peccatuꝫ moꝛtale reſpectuꝫ anime dulciſſimi Jeſu fuit quaſi furca ferrea quinq̄ dentibꝰ armata: quiq̄ feraleſ apturas vno ictu ꝓfodiens. In cuius etiaꝫ indiciū in coꝛpe quinq̄ vulnera retinere voluit. oſtendēs ꝙ moꝛtaliꝛ peccans euꝫ ſpūaliter denuo crucifigit. iuxta illud apli. Jterez crucifigētes ſibimetipis .i. quātum in eis eſt filiū dei oſtētui habentes. Primū ergo vulnꝰ eſt eo ꝙ peccatū eſt diuine vindicte ꝓuocatiuū. Et qꝛ chriſtꝰ pacis mediatoꝛ erat. ipſe eīm eſt paꝛ noſtra que fecit vtraq̄ vnū. ideo quātum dilexit pacē inter creatoꝛē ⁊ creaturā: tantum doluit inimiciciā ⁊ irā diuinā ex peccato cauſatā. Hinc etiā tam efficaciter lachrymoſis ꝑcibus p̄em exoꝛauit ꝙ crucifigentibꝰ. Et ideo naſcēte chriſto cecinerunt angeli. Et in terra paꝛ hominibꝰ bone volūtatis. Secunduꝫ vulnꝰ eſt ex eo ꝙ peccatū eſt ipiꝰ dei maxime iniuriatiuū qꝛ cōtemnit diuinū mandatū. vilipendit diuinā maieſtatē. ⁊ laceſcit ꝓſtenſaꝫ charitatē. Et qꝛ Jeſus filius dei eſt. ideo q̄ntum amat diuinitatis gloriā: tantū dolet peccati dedecus ⁊ iniuriā. Unde Bern. in ꝑſona chriſti dicit in quodaꝫ ſermone. Nonne ſatis ꝓpter te vulneratꝰ ſum? nunquid ſatis ꝓ iniquitate tua ſum afflictus? Cur addis afflictōeꝫ afflictoꝛi? magis aggraua me vulnera tui peccati q̄ vulnera coꝛporis mei. Tercū vulnꝰ eſt ex eo ꝙ peccatū eſt intra aīe imaginē inflictiuū detestande macule. Et qꝛ ſponſus erat aīaꝫ fidelisſimā: vt de illo diceret Chriſo. ſup illud. Sic deus dilexit mūdū. ꝙ nemo amatoꝛ carnaliū etiā ſi ſit ſupꝛa modū inſaniens: ita exardeſcere poteſt in amoꝛē dilecte ſue quē admodū deus effundit̄ in amorem animaꝝ. Jdeo q̄ntum diligebat animē decoꝛē: tantū dolebat macule turpitudinem. Quartū vulnus eſt ex eo ꝙ peccatū eſt totiꝰ regni gratie ⁊ glorie deſtructiuū in agente. Et qꝛ chriſtꝰ reſtauratoꝛ erat eoꝝ q̄tum diligebat totū regnū gratie ⁊ glorie: tantū dolebat de eius deſtructione ⁊ grauitate perpetrate offenſe. Et ideo dicit Bern. in ꝑſona chriſti. O hō vide quid ꝓ te patioꝛ. non eſt doloꝛ ſic̄ quo crucioꝛ. ad te clamo qui ꝓ te moꝛioꝛ. vide penas quibꝰ afficioꝛ. vide clauos quibꝰ cōfodioꝛ. ⁊ cū ſit doloꝛ tantꝰ exterioꝛ: tñ interius planctꝰ grauioꝛ cuꝫ te tam ingratū expioꝛ. Quid eīm tam ingratū ſicut illud ī ſe deſtruere qđ chriſtus in ſe tam laboꝛioſe ſtuduit reformare. Quintū vulnꝰ eſt ex eo ꝙ peccatuꝫ eſt eterne pene obligatiuum. Et qꝛ chriſtꝰ omniū hominū redemptoꝛ erat q̄tum ad ſufficientiā. ideo q̄ntū creature rationalis quietē in auctoꝛe ſuo diligebat: tantū de eius a deo ſeꝑatiōe et eterna dānatōe dolebat. ita ꝙ ꝓpter hec ꝓdicta ſi chriſtꝰ tot mēbꝛa habuiſſet quot ſunt ſtelle in celo: ⁊ quodlibet mēbꝝ coꝛpꝰ habuiſſet: oīa illa coꝛpa ad crucis lignum dediſſet anteq̄ vnā aīam damnādā reliquiſſet: vt dicit Bern. Ex quibus oīibꝰ o fidelis anima recolligēdo reuolue qualiter pius Jeſus oīa peccata tua facta ⁊ facienda velut ī faſciculū amariſſime mirre recollecta ſuo tūc doloꝛe ꝓueniente anguſtia ſuppoꝛtauit. ita ꝙ ꝓ inexplicabili preſſurā illoꝝ ſanguinē deſudaret: vt facilioꝛa nūc inueniant̄ ad indulgendū: ⁊ meliora ad medendū. Tercio fuit anguſtiatꝰ in agonia recolligēdo in ſe cuncta toꝛmēta martyꝝ vniuerſoꝝ. ⁊ iniurias omnium electoꝝ: quos vtiq̄ dilexit ſicut aīmā ſuam. vtpote ꝓ quibus eandem largiflua pietate ponere dignatus eſt. Et in omnibus qui patiēt̄ vſq̄ in finem mūdi tunc pariter patiebat̄. ⁊ quod poſt reſurrectionem non potuit ꝙ tunc adimplere voluit. Jn cuius argumentuꝫ ait ad diſcipulos:

S Bernardꝰ

Qui vos spernit me spernit. Et ad Saulum ꝑsequentē quo nihil aꝑti⁹. Saule saule quid me ꝑsequeris? ego sum Jesus nazaren⁹ quem tu ꝑsequeris. ¶ Quarto fuit angustiat⁹ a maternoꝝ visceꝝ cōcussione: ⁊ dolore pre nimia ꝯpassione. quā familiariter alloquēs Ansel. ait. Vere tuā aīam ꝑtransiuit gladi⁹ doloris qui tibi amarior extitit omībus doloribus. cui⁹ vis corporee passionis. Quicq̄d enim crudelitatis inflictū fuerit corporib⁹ martyruz leui⁹ ac potius nihil in comꝑatōe ipsi⁹ ⁊ tue ꝑassionis que sua īmensitate trāsfixit penetralia tui benignissimi cordis. Cui⁹ nunc memor dulcissim⁹ eius filius: tanta ꝯpassiōe fuit erga matrē ꝯgladiat⁹ ꝙ dicit ad eum Aug⁹. Cruciat te dolor tuus: sed non minus dolor matris. non est mirū si doles et cōdoles: si pateris ⁊ ꝯpateris bone fili in desolatōe matris. Et Bern. O bone Jesu magna patiris exterius: sed multo maiora interius in corde. cōpassione matris tecum per oīa participātis. vndiq̄ angustie sunt. vndiq̄ tormenta sentiri possunt narrari nō possunt. ¶ Quinto fuit angustiat⁹ ex sensualitatis derelictōe. Nam in eo sensualitas derelicta fuit ⁊ exposita totaliter passioni ⁊ redundātia gaudij interioris suspēdebat̄. ita ꝙ in nullo refrigerauit dolorē ei⁹. que scilicz derelictio hic initiū sumpsit vt rōnaliter credi potest in egressu eius suꝑbn̄dicte termīanda. Vnde in fine clamauit ad p̄rem. Deus me⁹ deus me⁹ vt quid me dereliquisti? Et hec derelictio sue āgustie maxima causa fuit. Ex quibus omībus rationabilr̄ ꝯcludi potest ꝙ Jesus christ⁹ in illa agonia positus maiores pressiōes ⁊ cruciat⁹ suscepit q̄ꝫ btūs Laurētius in craticula stridētib⁹ flāmis superposit⁹. licet ignis tormentū ceteras quasq̄ penalitates acerbitate p̄cellere videat̄. Ad cui⁹ euidētiā q̄druplex distinguitur martyriū. ¶ Primū est quotidianuz: scz eoꝝ qui carnē suā crucifigūt cuz vitijs ⁊ ꝯcupiscētijs. in fame ⁊ siti. in frigore et nuditate. qui dicere possunt cuz p̄s. Quoniam ꝓpter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisiōis. ¶ Secundum est corꝑale martyriū. sicut sanctorū martyꝝ in quib⁹ dulcis pater abūdāti spiritus dulcedine penaꝝ acerbitatē adō tēperauit vt eoꝝ plurimi penaz pro refrigerio. maceratiōez ꝑ epulis. carbones ꝑ rosis ⁊ floribus indicibili suauitate debriati dulci⁹ amplexabant̄. Quā tn̄ dulcorantē influentiā sibijpsi pius aīaꝝ medic⁹ omnino denegauit. vt sic ī extrema posit⁹ amaritudine nostroꝝ oīm amaritudīes efficaciter expiādo subleuaret. Terciū est cordiale martyriuz. quale scz exꝑta est beata Maria virgo mater dulcissimi Jesu. cuius aīam ꝑtrāsiuit gladi⁹ doloris bis acutus. ⁊ amarior vtiq̄ vniuersis doloribus corporee passiōis: vt dictū est. Naz ab eo tꝑe quo captū audiebat dulcissimū filiuz: vsq̄ ad eiusdē gaudiosaz resurrectōez q̄si continuā mortis penalitatē sustinebat vt pie credendū de tali matre ad talē filium. ¶ Quartū est martyriū cordiale ⁊ corꝑale simul mixtū. quale martyriū solus christus passus est. vt merito diceret in Treñ. O vos omēs qui trāsitis ꝑ viam attendite ⁊ videte si est dolor sic̄ dolor me⁹. Considera nūc o aīa deuota Jesuz ab oratiōe surgentē. ⁊ vultū sanguinolētuz detergentem. vel in torrēte forte lauantē. ⁊ ex intimo cordis ꝯpatere. qꝛ nunq̄ꝫ visus est aliquis mortaliū ob horrorē mortis sudorez sudasse sanguineū. Porro christ⁹ ꝑ discipulis tanq̄ꝫ mater pro filijs semꝑ sollicit⁹ post quālibet oratōez venit ad eos. ⁊ īuenit illos dormiētes pre tristicia: que scilicet torporē īducere solet: ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns somnolentiā. Vnde tercio veniēs ꝯpassus est eis: dicens. ¶ Dormite iaz ⁊ requiescite Sz appropinq̄nte iaz traditore denuo suscitauit eos: dicēs. Surgite eam⁹. Ecce q̄ me tradet ꝓpe est. Nam exiēs Judas vt ꝯceptā maliciā ꝑficeret: armatoꝝ turbaz accepit cū quib⁹ dato traditōis signo accelerabat ad Jesuz capiendū. Vide nūc o fidelis aīa xp̄i desideriū ad salutē nr̄az. qui tot⁹ amore debriat⁹ ꝓditoris aduētū nō expectauit: sed discipulos ipse p̄cedēs inimicis occurrit: ⁊ vltro capiendū se ingerit. Nec quidē Jude p̄cedēti ⁊ ad Je

Angustiatus ob B. Vir

Quadruplex Martyrium. Primum.

sum ꝓperanti amoris indiciũ osculi bene-
ficio denegauit: sed agnina quadã mãsue-
tudine dulcit̃ admonuit: dicẽs. Amice
ad quid venisti. vt a me taliter elect⁹ tra-
deres dilectũ. discipul⁹ magistꝝ. seru⁹ do-
minũ. O inq̃ amice. q̃si diceret. Quãuis
o Juda me tantũ offenderis in hac tradi
tione. parat⁹ tñ sum adhuc te ꝑ penitentiã
recipe in discipulũ ⁊ pristinam amiciciaꝫ.
Aug⁹. in vltimo ſmone ad fratres de here
mo. O Juda cupis tradere qui tibi mul-
ta peccata pepcit. Nũquid a morte te se-
pe liberauit? nũquid cui amore p̃rem tuuꝫ
a lepra sanauit. ⁊ matrẽ cũ q̃ cõcubueras
a ꝑalisi etiã liberauit? nũquid discipulum
suũ te ꝯstituit? nunquid te bursariũ fecit?
nũquid te furari sepe inuenit et semꝑ tibi
pepcit. nũquid te post Petꝝ vt plurimuꝫ
honorauit? nũquid te christus q̃si iuxta se
semꝑ habere voluit? nũquid ad pacẽ post
q̃ te ꝓditorẽ cognouit sepe reuocauit? nũ
quid tibi sacꝝ corp⁹ suũ donauit? nunquid
ante te se genuflexit? nũquid pedes lauit?
nũquid te osculat⁹ ẽ? Cur ergo ꝓdere vis
magistꝝ a quo tot bona suscepisti. Hec il-
le. Moraliter aũt Judas est iste mũdus.
qui qñ diuitias offert ⁊ ꝓsperitates falla
citer arridẽdo salutat. Quãdo ꝟo nos ꝓ
uehit ad honores et dignitates nequiter
amplexat̃. Quãdo deniq̃ delicias ⁊ sola
cia carnis nobis ãministrat turpiter oscu
latur. O q̃ multi. qꝛ stulti: quoꝝ infinitus
est numerus ab illo requirũt arrideri: am
plexari: ⁊ osculari. Sed ve ve ve habitãti
bus in terra. De inq̃ cupidis elatis ⁊ de
liciosis. qꝛ licet amicũ se sil̃at: ⁊ deceptor
⁊ traditor accedit. allicit blande: sꝫ latet
anguis in herba. mors in olla: fraus in fi-
ne. Circũuenit vt d̃cipiat. attrahit vt tra
dat animas eorum rugientibus prepara-
tis ad escam. Ceteꝝ accedũt impietatꝫ
ministri quos dñs ad terrendũ ⁊ cõuertẽ
dum leui verbo ꝓstrauit. ⁊ ad reuocanduꝫ
a malicia facto pietatis curauit: ſuo põti
ficis mutilatã sanans auriculã. vt sic be-
nefaceret ꝑsequẽtibus. ⁊ exemplũ relinq̃-
ret posteris. De quo dicit Beda. Nunq̃
pietatis sue obliuiscit̃ dñs. quia etiaꝫ ho-
stes suos vulnerari nõ patitur. Illi iusto
mortem inferũt. iste ꝑsequẽtiũ vulnera sa
nat. Unde ⁊ Petro se vindicare volenti
gladiũ in vaginã recõdere iussit. vt sic pa
tiẽtiã ⁊ nõ vindictã exhiberet. ne dei ser-
uus vnq̃ armis: sed tm̃ lachrymis pugna
re p̃sumeret. sicut dñs alibi docuit: dicẽs
Ego aũt dico non resistere malo. Hinc di
cit Ambrosi. Arma mea sunt lachryme et
oratões. aliter non possum nec debeo resi
stere. Hec igitur christus Jude p̃ostẽdit
⁊ ministris. vt sic flecterentur vel terrore
ꝓsternationis: aut allocutõe dilectionis.
vel exhibitiõe pietatis: aut ostensione ma
iestatis. Sed maledictus eoꝝ furor. quia
pertinax quo tanq̃ leones ferocissimi ru-
gientes in agnũ mansuetissimũ irruerunt
⁊ illũ crudeliter ꝑcutientes ligatis in dor
so manibus ad instar latronis cõtumelio-
sissime ꝯtraxerũt. ac sine misericordia tra
ctantes per portas aureas duxerunt: per
quas scilicꝫ in die palmaꝝ super asinaꝫ se
dens gloriosus ĩtrauerat. Que postea ꝓ-
pter eius reuerentiã clause sunt. Et sic in-
trauerunt ad Annaꝫ primum. Considera
nunc qualiter filij tenebrarum ad eius ad
uentum: occurrũt capita mouentes et in-
sultantes. Sequitur. Petr⁹ a longe tan
dem introducit̃. ad lumen quoq̃ agnosci-
tur. ⁊ ab ancilla protin⁹ interrogatur. Ne
gat ille primo simpliciter. Secundo cum
iuramento. Tercio cum execratõne et sui-
ipsius anathematizatõne. Hic considera
ſm Ambro. vbi Petr⁹ xp̃m negat. non in
mõte. nõ in tẽplo. nõ in sua domo: sꝫ ĩ pre-
torio iudeoꝝ ĩ domo p̃ncipis sacerdotuꝫ.
ibi negat vbi xp̃us ligat⁹ ẽ vbi veritas nõ
est. Tantũ malũ ⁊ ꝑiculosuꝫ ẽ ꝯsortio p̃uo
ꝯmisceri ⁊ seculariũ societatib⁹ implicari.
Vbi notãdũ ſm Hiero. q̃ p̃toriũ ẽ circui
tus secularꝫ vl̃ etiã societas mũdana cui⁹
freq̃ntia ſuis xp̃i dinoscit̃ eẽ mortifera ⁊ ꝑ
niciosa. Ancilla p̃ma. s. ostiaria p̃ñs ẽ mũ
dus q̃ nascẽtes ꝑuulos ĩtroducit recipit ⁊
nutrit. educitq̃ moriẽtes velut ostiũ ap̃i-
ens vite mortisq̃ claudẽs. Quos si vide-
rit a cõuersiõe mũdana q̃nq̃ declinare pe
nitẽtie semitas arripe ꝓtinus subsannãs

clamare non cessat. Nũquid ⁊ tu es ex
discipulis hominis istius, qui scz tã vita
q̃ cõuersatiõe nobis cõuinceris esse dissi
milis. Sicq̃ multis modis abomĩatõnes
egyptioꝝ ĩmolare cupientes irrisionibus
suis reuocare laborat. quia ꝓchdolor in-
ter christianos christiane viuere iaz dede
cus esse reputat̃. Heu vsq̃hodie tales fer
uentes insultatões a ceptis operib⁹ peni-
tentie ⁊ emendatõis miserabiliter recidi
uant. ⁊ cõfusione ducti humilẽ Jesuz per
viam hũilitatis sequi refutant. Quib⁹ me
rito respõdebat in futuro. Qui me erubu
erit humilẽ coram hominibus: hunc ⁊ ego
similiter erubescã sublimis coram patre.
Hinc etiam quidã licet christũ in religio-
ne vel in mundana abstractõe sequi vide
antur: detestabili tamen curiositate pleni
sunt: ne mundanã insultatiõem patiãtur.
ĩmo plerũq̃ mundanã per hec cõplacenti
am venant̃ nõnulli in hac christũ minime
deserentes: nec mundo placere desiderãt
nec displicere curant. cuz humili Jesu eli
gẽtes abiecti esse ĩ domo dei sui. Sz hos
videns alia ancilla focaria .i. caro misera
nutriens ⁊ componẽs ignem cõcupiscẽtie
que talibus incõsueta ꝯfestim recalcitrat
⁊ reclamat: dicens. Vere ⁊ hic cuz Je
su nazareno erat. qui scilicet carnez docu
it domare ieiunijs macerare. vigilijs insi-
stere. flagellis subijcere. ⁊ laboribus one-
rare. Ve ve q̃multi stupentes ad hãc vo
cem a Jesu retrorsuz abeũt: dicẽtes. Du
rus est hic sermo: quis poterit euz sustine
re. Sicq̃ quem verbis ꝯfitent̃: sed in apo
stolũ factis negant. vt verificet̃ illud ver-
bum dominicũ. Multi sunt vocati: pauci
vo electi. Sed ideo tam multi sub specie
religionis vel mundane elongatõis chri-
stum imitari vident̃: qui tamẽ detestabili
desidia ⁊ carnali prudentia longius ober
rare ꝑmittũtur. Sed nũquid ⁊ tu vis ab-
ire christi discipule fidelis. Domĩe inquit
quo ibim⁹ verba vite eterne habes. Felix
ꝓinde qui perseuerãtie brauiuz expectare
deliberas. Et si quãdo ad vocem impetẽ
tis ancille. i. carnis tue christũ pro te pas
sum negasti procaciter actu vel volunta-
te rememorans eius passionem: egredere
cuz Petro foras vt teip̃m amarissime de
fleas. si forte te respiciat, qui Petꝝ lachry
mantem respexit. Alioquin si ad ignem cõ
cupiscentie mundialis iaz incalescens. nõ
fugiendo: sed resistendo te victoriam ob-
tinere confidas. Aderũt ⁊ impietatis mi
nistri tanq̃ rugientes ad escam p̃parati:
qui statim improperabũt ⁊ dicẽt. Vere
⁊ tu ex illis es. Nam ⁊ loquela tua ⁊ ope-
ra manifestum te faciunt. Qui sunt hi mi-
nistri? Hieronimũ audi dicentem. ꝙ atri-
um sacerdotis circuitus secularis est. mi-
nistri demonia. ignis desideriuz carnale.
cuz quibus qui manet peccata deflere nõ
potest. Qui profecto ministri multipha-
rie: multisq̃ modis laqueum deceptionis
inijcient. Vnde Psal. dicit. ꝙ absconde-
runt laqueos: ⁊ dixerũt quis videbit eos
Sed ad cepta redeamus. Ecce nunc quo
modo dolor intern⁹ dulcissimi Jesu sem-
per augebatur. quia plus dolebat de Pe
tri negatione q̃ de propria iniuriatõe. Et
ideo quasi ceteris oblitis pro tunc Petri
negantis saluti dumtaxat intendere vide
batur. Sequitur enim. Et cõuersus do-
minus respexit Petrum. non oculis cor-
poris. quia Petrus erat foras in atrio ⁊
deorsuz. sed oculis diuine miseratiõis qui
bus cordi illius efficaciter imprimebat ne
gationis detestabilem ingratitudinez: ac
si oculo cõminanti sibi diceret. O Petre
qui me ceteris plus amasti: ⁊ cõmori spo-
spondisti: vbi sunt amoris ⁊ fidelitatis in
dicia? quomodo cõtritus ad primariũ in-
tuitum passionis mee requesit⁹ leuiter an
cillule voce iuras nunq̃ me nouisse. Vbi
sunt iam insignia plurima tam amoris q̃
honoris tã familiariter ostensa: tamq̃ sin
gularit̃ exhibita ꝙ ad gloriã te mee trans
figurationis admiserim. sup̃ vndas ma-
ris ambulare fecerim. claues regni celorũ
tradiderim. principatum ecclesie promi-
serim. super demonia potestatem tribue-
rim. curandiq̃ labores vniuersos virtu-
tem dederim. ꝙ meip̃m pro tua salute iaz
ĩmolandũ p̃dixerim ꝙ pedes tuos tã hũi
liter lauerim ac corp̃e meo sanguĩe q̃z taz

liberaliter pauerim q̄ te sacerdotem ad h̄ sacrificiū ꝯsecrandū ⁊ alijs tribuendū instituerim. O Petre quid vltra facere debui ⁊ non feci ad excitandū amorē: roborandūq̄ fidē: ⁊ vēdicandū reciprocā fidelitatē? An hec oīa merent̄ vt tam cito me nouisse iuramētis abnegares? Hec igit̄ ⁊ his similia ꝑ respectū xp̄i pariter occurrebāt in mēoria Petri. Qui recordat⁹ verbi qd̄ dixerat dn̄s. priusq̄ gall⁹ cātet bis ter me negabis. Et egressus foras: vt nō denuo negare cōpellat̄ fleuit amare. i. ex cordis amaritudine. Et ꝑ hoc īnuit q̄ fletus erat ex magna ꝯtritōe qui semꝑ amarus est. Fletus v̄o deuotōis suauissim⁹ est adeo q̄ ꝑ talē fletū aīe cibū reportat. p̄s. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Fugit enim in locuz qui modo galli cant⁹ dicit̄. in quo postmodū in memoriaz eius amari flet⁹ et penitētie fuit edificata ecclesia sancti Petri. qui loc⁹ est inter mōtem syon ⁊ ciuitatē iherl̄m: Vide nūc ordinem ei⁹ penitētie salutaris. Primo gallus cātauit. secūdo dn̄s respexit. tercio foras exiēs Petr⁹ fugit. q̄rto amare fleuit. Tunc s̄m Grego. nobis gall⁹ cātat qn̄ predicator quisq̄ corda nostra ad ꝯpūctōez excitat. Sed cant⁹ galli nō sufficit: nisi domin⁹ peccatorez oculo pietatis respiciat. qd̄ tūc fit qn̄ verbū dei ī cordis oculo videre facit. Tunc em̄ exim⁹ cum omnē prauam societatē fugim⁹. Tūc autē flere incipimus qn̄ iam int⁹ scintilla ꝯsciētie redarguente de peccatis dolorē recipim⁹. Hoc nimirū ⁊ in nobisipsis in dies exꝑimur agitari q̄ ꝑpetrata culpa nos respicit saluatoris clemētia amaritudine replēs corda nostra reuocans ad memoriā mala perpetrata. Nec si diligēter aduertim⁹ vnq̄ desiet ille respect⁹: nisi ī his forte qui corda sua spōte ꝯ dn̄m indurauerūt. q̄ gl̄iant̄ cū male fecerint ⁊ exultat in rebus pessimis. de qualib⁹ dicit p̄s. Et non audiuit populus me⁹ vocē meā. ⁊ israhel nō intēdit mihi. Et diuisi eos s̄m desideria cordis eorū ⁊c̄. Ve ve miseris induratis. q̄ nihil terribilius q̄ sic a deo derelinqui. Quō nāq̄ sanari poterit de quo medicus iam desperat. Et ideo prohibet hec omnino p̄s. dicens. Hodie si vocē dn̄i audieritis nolite obdurare corda vestra. Quia causa finalis hui⁹ respectus est nostra cōuersio: salutisq̄ adeptio. quā in tantū desiderat iniuriatus Jesus q̄ obliuiscēs omnes iniurias pristinas. plus festinat s̄m Augusti. veniaz exhibere q̄ nos recipe. vt per hoc insinuet quātum nostrā salutez desideret ꝑ quib⁹ non insipiens mercator sanguinē ꝓprium tradere festinat. Ceterū ad augmētum doloris dulcissimi Jesu discipuli fugientes: vt dicit Bern̄. currebant ad matrem eius dulcissimā in iherusalez captionem filij denūciantes. Quo nimirū audito gladius doloris pertransijt aīaz mr̄is adeo q̄ destituta viribus vniuersis inter brachia sanctaꝝ mulierū deducta vix subsisteret pedibus suis. Veniens igit̄ ad domuz pontificis introire voluit: sed ꝑmissa non fuit. Pre foribus ergo ꝑseuerans cōtumelias ⁊ illusiones impietatis ministri per tumultum auribus eius instillabant: quas dilecto filio tā crudeliter inferebāt. nec latebat Jesum, pre foribus astare matrem indicibili dolore gladiataz. sicq̄ dolor illius fuerat triplicatus. in opprobrio sui. in negatiōe Petri. ⁊ in anxietate doloris materni. Vnde vere dicere poterat Augustie mihi sunt vndiq̄. Mane autem facto ducit̄ ad pretoriū Pilati: scd̄m Bern̄. manibus strictissime post terguz ligatis. et cathena in collo eius posita que postea peregrinis in iherusalem ostendebatur. Qui nimiruz ex magna deuotione in ea colla sua submittebant. Vnde nouies dulcis Jesus cum maxima crudelitate ductus inuenitur in sua passione. quas hodie fideles representant qui propter eius honorem nouez ecclesias visitant. Ministri autem dicentes illi multa conuicia irrigabant subsannādo: trahendo: impellēdo: trudendo: luto ⁊ lapidibus impetēdo. Vnde cum magna festinatiōe circumducentes illū nudis incedentez pedib⁹. adeo pedes illos sanctissimos pacē euāgelizātes ī vijs diuersimis ⁊ petrosis ꝯfregerūt q̄ eius vestigia benedicta sanguinolenta

redderent̄. qꝛ crudelit̄ impellebāt illū de
vna parte vie in aliam. quoꝝ pedes velo
ces erant ad effundendū sanguinē. Sꝫ ad
q̄d hec christꝰ sustinuit? nisi vt vulnera pe
dum nostroꝝ male errantiū suarū ductio
nū dolorosis curaret vestigijs. Currebat
inq̄ꝫ per spinas ⁊ tribulos ouem requirēs
perditaꝫ per vicos ⁊ plateas. Sed quid?
Inuenerūt eum vigiles ciuitatis: ꝑcusse
runt eū ⁊ vulnerauerūt eum valide. tule
runtq̄ꝫ palliū eius. Quos cū moriens per
trāsisset ouez ꝑditam letus inuenit. quaꝫ
reinuentā p̄ri cuꝫ gaudio p̄sentauit. Ma
ter eiꝰ dolorosissima vt omniū particeps
inueniret̄ in tanta pressura meroris ⁊ cō
fusionis filiū sequebat̄ quocūq̄ꝫ ierat a so
roribus ⁊ alijs sanctis mulieribꝰ cum ine
stimabili fletu q̄si pre mortua ducta. Naꝫ
vehemētia doloris reddebat impotentez
ad ambulandū. sꝫ vis amoris impellebat
ad sequendū. Nec retraxit eam pudor hu
manꝰ. non scandalū crucis. non viaꝝ aspi
tas. nec corꝑis debilitas. Et quoniā intē
sissimꝰ amor semꝑ filij requirebat p̄ntiam.
p̄sentia ꝟo semꝑ augmētabat dolorē. ido
factū est vt cōtinue gladius doloris aīaꝫ
pertrāsiret fidelissime matris. qui plꝰ cru
ciabat cor eius in passiōe filij q̄ꝫ si in pro
prio corpore sustinuisset penam mortalis
supplicij. Ingrediente igitur Jesu sic
ligato ⁊ afflicto p̄toriuꝫ Pilati. Conside
ra qualiter in eum inspiciebāt insultātes
⁊ dicētes. O Jesu si tu es hic: quō si pro
pheta eras hec nō ꝓuideras. Scribe ꝟo
cū sacerdotibus ⁊ senioribꝰ accedētes ac
cusabant eū: dicentes. Hunc inuenimꝰ sub
uertentē gentez nostram. qd̄ falsum erat.
quia docuerat de ꝯtrario: dicens. Nō ve
ni soluere legem: sed adimplere. ⁊ ꝓhiben
tem censuꝫ dare cesari. qd̄ similiter falsuꝫ
erat. quia r̄ndit inquirentibꝰ. Reddite q̄
sunt cesaris cesari. et que sunt dei deo. Et
dicentē se christū regem esse: cū tamē ecō
trario fugerat cum volebāt eum turbe re
gem cōstituere. Vide nunc q̄ꝫ detestabile
vitiuꝫ est cōtra proximū falsum dicere te
stimoniū. Furti nāq̄ꝫ reus est in omnibus
qui sibi per falsum testimoniuꝫ auferre co

natur. siue temꝑalia sint. aut famam. aut
amiciciaꝫ. aut etiam corꝑalem vitā. Un
de plus in christū peccauerūt qui falsis te
stimonijs eum morti conabant̄ adijcere q̄ꝫ
Pilatus qui finalē in eum mortis senten
tiam humano timore compulsus est ferre.
Hinc ait dn̄s ad euꝫ. ꝓpt̄ea q̄ tradidit me
tibi maius peccatū habet. Christus autē
eorum malā voluntatē cernens obduratā
in omnibus fere tacuit. nisi vbi rationabi
lis causa ad respōdendū esse dictabat. ne
scilicꝫ propter om̄imodaꝫ eius taciturni
tatem ipsi postmodū excusatiōis vel igno
rantie velamen p̄tenderent: vtpote cum
adiuratur a pontifice manifestare si est fi
lius dei viui benedictꝰ. Et a Pilato si est
rex iudeoꝝ. cui respondit. Regnuꝫ meum
non est de hoc mundo. In ceteris autem
tacuit coram Caypha: coram Herode: ⁊
corā Pilato. ita vt miraret̄ preses vehe
menter de eius patiētia sic tacendo. cum
omnia que contra euꝫ dicebātur vno ver
bo exsufflare potuisset. Et quod his om̄i
bus maius est tacuit in om̄ibus penis taꝫ
crudeliter illatis. vt nec voce: nec vnicam
balantis ouicule cōtra ꝑsecutores in toto
serie passionis amarissime reꝑies. nisi for
san vocem illā dixeris quā erectus in cru
ce dulciter intonuit: dicens. Pater dimit
te illis quia nesciūt quid faciunt. Et huiꝰ
quidē taciturnitatis quatuor cāe p̄nt as
signari. Prima est quia propter falsita
tem accusantiū ⁊ iudicantis corruptuꝫ iu
dicium ex timore: fauore: ⁊ cupiditate ꝓ
latum non erant digni veritatē agnosce
re. In cuius signuꝫ Pilatus de veritate
questionē fecit: sed solutōem non accepit
qꝛ illā expectare noluit. Secūda qꝛ mise
ricorditer suas r̄nsiones eis subtraxit q̄s
exinde nō emēdandos: sed potiꝰ induran
dos fore p̄sciuit. eo q̄ꝫ obstinatā eoꝝ volū
tatem in eius mortem firmatam agnouit.
Tercia causa est ne forsitan ex eius respō
sione dimitteretur ab Herode vel preside
⁊ sic crucis vtilitas differetur. Naꝫ sicut
ad remouendam omnem occasionem iuste
dānatōis falsa illata testimōia aliq̄n rati
onabilr locutꝰ ē sic etiā oēꝫ subticuit excu

ſatōem quē ꝓbere poterat finalē euaſiōis occaſionez. Juſte tamen cū omnia cōtra eum lata teſtimōia iudex falſa fore nō dubitauit, ⁊ iuſtā in eo mortis cauſaz ſe non inuenire ꝓclamabat. Quarta cauſa vt nobis relinq̄ret exēplū patiētie formāq̄ ꝓfectōis: quos ſemp eſſe ꝓpatos inuenire deſiderat ad omnē ꝓfuſionē ꝓ eius amore toleranda. Signū eniz magni meriti ꝓfecte q̄ ꝓformitatis chriſti fore dinoſcit. cuz ꝓ noīe ei⁹ mala ꝓ̄ptim opprobriosa ⁊ ſcandalosa falſe cuiq̄ irrogata nō ſoluz patiēter: ſed ⁊ gaudēter amplectunt cū aſſunt: voluiſq̄ deſiderijs cū deſunt, ſic̄ innuit dñs in euāgelio: dicēs. Beati eſtis cū maledixerint vobis hoīes. ⁊ ꝓſecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malū aduersus vos: mentiētes ꝓpter me. gaudete ⁊ exultate: quoniaz merces veſtra multa eſt in celo. Hinc Dauid cū a Semey malediceret ⁊ iniuriis multis afficeret volētib⁹ illū interficere, ꝓhibuit ꝓcito: dicēs. Sinite eū maledicere ſi forte reſpiciat dñs ⁊ q̄uertat maledictōez ei⁹ in bñdictōez. Pilat⁹ q̄ crudelitati ⁊ furori ſeuientiuz iudeoꝝ ſatiſfacere q̄rens: cogitabat ſecū dicēs. Iſti maledicti ꝓtra īnocentē hunc inuidia ſic inflāmati ſunt: q̄ eū ſi libeꝝ penit⁹ dimiſero: ſeuitiam illoꝝ nullo modo placare potero. facia igit illi penoſaz ⁊ opprobrioſaz aliquā iniuriā: vt ſic ſatiati penis de morte faciliꝰ deſiſtāt innocētis. Et apprehēdēs Jeſuz vt ꝯmunis tenet opinio: iuſſit eum ad colūnam ligatū flagellis cedi tādiu donec loc⁹ vbi pedes ei⁹ ſteterūt defluēte ſanguine repleret. Sz ad quid dulcis Jeſus tam crudeliter flagellari voluit? niſi vt ſic oēs peccatores q̄uerti volētes a perpetuis flagellis liberaret. De quib⁹ ſcriptuz eſt. Jſta flagella peccatoris. ſperantez autē in dño miſericordia circūdabit. Sic eniz pia mater p̄em cernēs flagellantē filiuz tenere dilectū ꝓtēſis occurrit brachijs: ⁊ ſe flagellis exponit vt filiū ꝓtegat et eripiat: ſic ⁊ xp̄us. vt de illo verificet illō ꝓphetic̄ū. Diſciplina pacis nr̄e ſup eum. De ve miſeris obcecatis. ſi xp̄us tā grauiter ꝓ delictis alienis ſe flagellari ꝓmifat. q̄dure putam⁹ impios. niſi ſe correxerint ꝓ ꝓprijs flagellādos. Deinde exuētes eum veſtimētis ſuis: induūt purpura vel veſtē rubeā coccineā clamidē turpē ⁊ veterē illi ꝓ regib⁹ veſtibus circūdantes: vt ſic oīb⁹ deriſui pateat. plectētes coronā ſpineā q̄ fuiſſe ferūt de iuncis marinis. q̄ aculei ſunt adō duri ⁊ penetratiui q̄ licto rum manib⁹ nō poterāt tractari: ſz lignis ⁊ lapidib⁹ eā taz valdiſſime ſuo reuerendiſſimo capiti imp̄mebāt. q̄ fm Diero. caput illud diuinū denſitate ſpinarū aduſq̄ cerebꝝ ꝓfixū fuit. Pro ſceptro xo regali dederūt arūdinē in manu ei⁹, ꝓ hoc ſignātes regnū eſſe vacuū qō ſibi dicebat vſurpaſſe. Flectēteſq̄ genua dicebāt. Aue rex iudeoꝝ. Omniaq̄ genera illuſiōis pri⁹ exhibita renouabāt. Leua nūc oculos o ſpō ſa deuota ⁊ vide Jeſuz ſacerdotē magnū iuxta ꝓphetic̄ū vaticiniū ſordidis indutū veſtib⁹. Cōſpice caput illō diuinū ſpinis plenū. arundine p̄cuſſum. ⁊ diuerſis afflictōib⁹ agitatū. Vide q̄ patiēter depſſo collo pre dolore nimio ſuſcipit ictus ⁊ verbera. dicq̄ cuz beato Bernardo. Suauiſſimū mihi domīe Jeſu cervical: illa ſpīea corona capitis tui. dulcis lect⁹ crucis tue lignū. Cuius enim vel ſaxeum pectus non emollit coronari Jeſu doloroſum ſpectaculuz. Vnde legitur de ſancta Elizabeth q̄ intrans ſemel eccleſiam coronata decēter. vtpote filia reg⁹ aurea corona. cū Jeſum aſpiceret ſpinis coronatuz aīoq̄ voluerat auream coronā capitis ſui: ⁊ ſpineā coronam Jeſu chriſti: tanto dolore pariter ⁊ cōpaſſiōe ſtatim eſtuare cepit q̄ exanimis effecta in terram cecidit. Et ex tūc cum illa corona ſanctaz eccleſiam ingredi non p̄ſumpſit. Cum his igitur regalib⁹ inſignijs dulcis Jeſus educitur: et ſeuienti turbe miſerabilis effectus oſtendit: vt ſic ad miſericordiam magis inclinaret. quia iam non erat clarus imperio: ſed plen⁹ opprobrio. Vnde dixit ad eos Pilat⁹. Ecce homo. miſerabilior omnibus hominibus ⁊ multis repletus miſerijs. Vnde etiam Auguſ. Si regi inuidetis iaz parcite. quia deiectum videtis. ferue ignominia

frigescat inuidia. Quã christi pũctõez in eleuatõe sacramenti sacerdos rep̃sentat. qd̃ est illud dulcissimũ mẽoriale dñice passionis. q̃si diceret. Ecce hõ. reduc ad memoriaz q̃ ⁊ quãta passus sit ꝓ salute nr̃a. Et tu o sponsa xp̃i fidelis. ecce hõ qui summe diuinitatis est vmbraculũ ne tibi vilescat ei⁹ hũilitas: sed hũili deo deuote subijciaris. Ecce hõ qui ꝑfecti amoris vigorosuz est obiectũ. ne tibi displiceat ei⁹ difformitas: sed ad dilectõez reciprocã accẽdaris. Ecce hõ qui diuĩe sapĩe verꝫ est repositoriũ. ne doctrinã illi⁹ despicias: sz illius sapĩa replearis. Ecce hõ qui virtutũ exemplar est ꝑfectissimũ. ne eius sequi vestigia p̃termittas. vt passiõis illius participiũ ꝯsequaris. Ecce hõ qui redemptõis p̃ciũ soluit copiosuz. ne gr̃as vnq̃ referre desistas: sz diuinis laudib⁹ sedule ꝓseq̃rꝫ. Ecce hõ qui p̃sentis est vie fidele viaticũ ne vitijs p̃ssa qñq̃ deficias: sed eius suaui gustu reficiaris. Ecce hõ qui future glorie plenũ est solaciũ. ne finẽ aliũ operꝫ ꝯstituas: sed dulcib⁹ eius amplexib⁹ innitarꝫ. Hee sunt enim septẽ dies illumĩatõis mẽtalis in vita pñti. in quib⁹ o aĩa mea nunc ꝯuenit fideliter oꝑari ĩ aspectu dulcissimi Jesu sub velamine sanctissimi sacramẽti vt in diem octauũ requietõis eterne feliciter ꝑuenire mereamur eundẽ facie ad faciem sine fine visuri. ¶ Porro iudei videntes eũ tam crudeliter punitũ. turpiter vilificatũ. ac per hoc agnoscẽtes ꝙ Pilatus occasiõe tali volebat euz dimittere: tanq̃ inuidissimi nec opprobrio ꝯtenti: nec Pilati excusatõe placati. clamauerũt horribiliter ⁊ alios ad clamãdũ ĩcitabãt. Crucifige crucifige euz. q̃si dicerẽt. Hec pena ñ sufficit nobis: nisi morte turpissima moriatur. ita ꝙ tandẽ ĩualescebãt vaces eoruz. Eduxit Pilat⁹ foras Jesuz extra p̃toriuz. ⁊ sedit ꝓ tribunali ad iudicandũ. Et ait ad illos. Ecce rex vester. quasi diceret. Mirũ certe ꝙ hoĩez tã abiectũ ac ad omnia ludibria ⁊ tormẽta paratuz dicitis sibi vsurpare velle nomen regni. Quez denuo videntes quasi furibundi clamabãt. Tolle tolle crucifige euz. q̃si dicerẽt. Non differas in eũ ferre sententiã mortis. quia grauis est nobis ad videndũ. nec cõmuni morte moriat̃: sed turpissimo mortis supplicio ꝯsumat̃. Nũc ergo o aĩa deuota clamores illos horribiles excipe q̃si sagittas cordi dulcissime Jesu matrisq̃ sue crudeliter infixas. et dilectum Jesum ex multitudine sagittaꝝ tanq̃ hericiuz spinis plenum cordi tuo rep̃senta. vt dicere valeas cũ ꝓpheta Hiere. Memoria memor ero: ⁊ tabescet in me anima mea. Ex his etiaz disce ꝯtumelias. illusiões. opprobria. mẽdacia. ac q̃cũq̃ similia tibi nequiter irrogata silẽtio trãsire. mansuetudine supportare. ac misericorditer ĩdulgere. ¶ Pilatus ergo dictauit sententiã sub his v̄bis vt patz in euẽgelio Nicodemi. Gens tua ꝯprobauit te regẽ: ꝓpterea p̃cipio te xp̃m flagellari ſm principuz decreta. deinde in cruce alleuari. Ad cuius sentẽtie ꝓlatõem gladi⁹ Symeõis ꝑtrãsijt aĩam fidelissime mr̃is: adeo ꝙ fere nõ essz ei neq̃ vox: neq̃ sensus. Tu igit̃ o fidelis spõsa xp̃i eris: et tu insensibil̃ ob auditũ taz horribilis snĩe q̃ Jesus dei fili⁹ ꝓ te diro supplicio mortꝫ adiudicat̃. sup̃ te v̄o recipias q̃si gladiuz ancipitẽ a sũmo capitis te per oẽs corpis venas penetrantẽ. et ab oĩ amore vitioso tue carnis te diuidẽtẽ. dolorib⁹q̃ sue mortis totalr̃ te ꝯiũgentem. p̃ſtim qꝛ snĩa tui eterni supplicij mutat̃ in crucifixiõem filij dei. ¶ Ceteꝝ hui⁹ tã iniuste dãnatõis triplex erat causa. Prima fuit auaricia q̃ dicit̃ ab apl̃o ſuit⁹ idoloꝝ. Hec eniz Jesum vẽdidit ꝑ Judã. ⁊ expetẽs eundẽ ad mortem emit ꝑ templi põtifices. Postq̃ enim emẽtes ⁊ vendẽtes de tẽplo eiecerat. mẽsas subuertit. nũmularioꝝ. postq̃ tot⁹ mũdus post illũ abiẽs ĩ tẽplo ferre munera ⁊ legalia sacrificia negligebat. postq̃ deniq̃ Lazari suscitatõez cũ iaz tot⁹ mũd⁹ illũ req̃rebat. ꝯsiliũ inierũt iniq̃ mortis: dicẽtes. Videtis qꝛ nihil ꝓficim⁹. ecce iam totus mund⁹ post euz abijt. Secũda v̄o causa fuit letalis inuidia q̃ detestabilior erat prima: seuiens efficaci⁹ in mortem christi. Nec mirꝫ. qꝛ ꝓprie auaricia pecuniã ⁊ inuidia sanguinẽ sitire dicit̃. Cũ em̃ eoꝝ vitia

publice arguebat. ⁊ eoꝝ errores cõfunde-
bat intantũ oderant eum ꝙ Barrabã ho
minem pestiferꝝ ⁊ latronem insignez elige
rent: ne christus a morte liberaretur. Ter
cia causa fuit in Pilato timor humanꝰ ex
funiculo triplici. Quia nisi illum cõdem-
naret: officium ab imperatore concessum
amittere timebat. Si hunc inquiũt dimit-
tis non es amicus cesaris. Indignatio-
nem quoꝝ iudaici populi incurrere formi
dabat. Ac tercio ꝓmissi precij defrauda-
ri nolebat. ¶ Tunc imponũt humeris eiꝰ
crucem grossam ⁊ ponderosam. nec pute-
mus hoc casu factum esse ꝙ Jesus preter
cõsuetudinem alioꝝ damnatorũ tanto la-
bore: dolore: ⁊ anxietate propriũ supplici
um ⁊ opprobrium baiulare cogitur. Crux
enim nunc quidez consecratõe sui preciosi
sanguinis benedicta. tũc ꝟo detestabilis
vniuersis ⁊ maledicta. (quia maledictus
qui pendet in ligno) nostroꝝ omniuz pec-
cata figurabat: q̃ omnia portantẽ onerãt:
⁊ infatigabilẽ laborare faciunt. Dñ Hie
re. vj. dicit ad peccatores. Vos mihi onꝰ
estis. pijciã quoꝝ vos dicit dñs. Et Ysa.
j. Facta sunt mihi molesta: laboraui susti-
nens. Et iterꝝ alibi. Laborare me fecistis
in iniquitatibꝰ vestris. Pro cuiꝰ repsenta
tione crux illi nimis grauis erat ad portã
dum: ꝑsertim iam ex penis ⁊ fatigatiõibꝰ
debilitato: ita vt exhaustis viribus curuꝰ
incederet. ¶ Mestissima ꝟo mater eiꝰ dũ
pre ꝯfusione populi filiũ sequi nõ poterat
per viam ꝯpendij: cũ alijs mulieribꝰ diuer
tebat. Cũqꝫ venissz obuiã filio. ⁊ eũ vidis
set spinato capite. cruẽtata facie. depsso-
qꝫ corpe sub mole crucis tam ĩmisericordi
ter vltra vires agitari ad tã crudele ⁊ tur
pissimũ crucis suppliciũ. pre doloris incon
tinẽtia velut exanimis inter brachia muli
erũ sustentabat. Cui Jesus appropinq̃ns
benigne se inclinauit: dicens. Ach mater.
qꝛ pre fatigatõe corpis ⁊ inestimabili do-
lore ꝯpassiõis multũ loqui nõ poterat. q̃si
dicere vellet. Electa mater tibi grãs refe
ro ꝑ multimodis bñficijs mihi impẽsis. et
ꝑ labore multo quo me in summa paupta-
tis ⁊ vilitatis abiectõe nutriuisti. ⁊ nunc
inter has ꝯtumelias ⁊ opprobria me sequi
non vereris. Cernẽsqꝫ Jesus dulcissimã
matrem tam anxio dolore gladiari. pre ni
mia ꝑssura cordis ⁊ fatigatõe corpis pe-
ne deficiẽs pedibꝰ ⁊ cruribꝰ nutare ⁊ palpi
tare cepit. ita ꝙ nec vnuz passum ꝓcedere
poterat. O d̃ vidẽtes impij taz crudeliter
pugnis ⁊ fustibꝰ ipm vt ꝓcederet impete-
bãt donec omnes lasserent ꝑturbati ꝙ plꝰ
inferre nesciebãt. Vide nũc o aĩa mea du
os illos tanta dilectõe federatos inexpssi
bili dolore gladiatos ibidez subsistere. O
flebile spectaculuz matris ⁊ filij. pr̃is ⁊ fi-
lie. sponsi ⁊ sponse. dñi ⁊ ancille. O dolor
et penalis acerbitas: si in innocẽtes seui-
stis impetu tãto. o quid impijs erit in futu
ro? Ministri ꝟo ad accelerandũ eiꝰ mor
tem angariauerũt quendã noĩe Symonẽ
vt tolleret crucez vsqꝫ ad caluarie locum.
Hic mihi occurrit natura fenicis: q̃ dicit
esse auis vnica in mũdo cõparem non ha-
bens. Hec enĩ renouare se volẽs ligna de
fert aromatica q̃ solis ardentioribꝰ radijs
exponẽs seipaz supimponit. alisqꝫ suis ex
curiens fortissime ligna tandez accendit.
sicqꝫ se ꝯburens post triduũ renouata cõ-
surgit. Sic christꝰ hũanũ genus in se reno
uare desiderãs ligna crucz aromatica de-
fert. in qua scz erãt palma cedrꝰ: cypssus:
⁊ oliua. solisqꝫ radijs ad lr̃az se exponens
in mõte caluarie tpe meridiano. ac seipsuz
amoris ardore calefaciẽs deo sacrificiuz
obtulit ĩmaculatuz et in cinerẽ se redegit.
Post triduuz ꝟo renouatꝰ in corpore glo
rioso resurrexit. ¶ Postq̃ ergo venerunt
in caluarie locum spoliauerũt euz vestimẽ
tis suis cuz maximo dolore. qꝛ vestis inte
rior in vulneribꝰ ex flagellatiõe susceptis
vna cuz sanguine cõgelata fuerat quã illi
stat immobilis. Sic spiritussanctus q̃ di
citur diuina bonitas semꝑ mouet̃ ad hu
manam creaturã attingens a fine vsq; ad
finem fortiter ⁊ disponẽs omnia suauiter
Mouet̃ inq̃ motione quieta et vniformi
in seipo stabilis ꝑseuerãs. pro ꝯgruentia

gutē creaturarū diuersimode operans p diuersitate subiecte cōscientie incipienti um ꝓficientiū vel perfectoꝝ. Ac qualita te nature cooperantis ⁊ inclinātis ad tri sticiam metum gaudiū, amorē ⁊c. Ignis inquit ī altari meo ⁊c. Et sequit̄ q ignis semp erit ex eodē altari non aliunde sum ptus. Alioquin si intentio finalis p affe ctum pegrinū fuerit inflammata p̄sertim diuine voluntati ꝯtrariū ignis ille inter ficiendus est cum nadab ⁊ abiu. Pro quo sciendum q est ignis amoris nature na turaliter institutus cui vt dicit Greg⁹ in Omel. hoc est p̄ceptū meū a sacra scri ptura nō cōtradicit̄. Sed aliud est quod sponte impendit̄ nature, aliud qđ dīicis p̄ceptis debet̄ virtute obedientie. Si enī et primū diligūt et tñ illa sublimia dile ctōnis p̄mia nō assequunt̄ quia amorem suum nō spiritualiter sed carnaliter impē dunt. Illum enī amplectunt̄ amore car nis nō ꝺditoris corpus nō animā. Alio quin nō facile esset inimicū inspicere vt a micum, ignotū vt cognitū, alienū vt fra trem, pauperē vt diuitē. Est etiam ignis tercius appositus sed alienus scz peccati qui dicit̄ alien⁹ alcoꝛruptōne p ministeri um sathane suppositus ad nature cōsum ptionē. De quo Bern̄. in sermone. Habz et diabolus vtpote diuinoꝝ operū puer sus emulator inꝯ ignē suū quē deus nō ac cendere sed extinguere venit. Ignis igi tur erit in eodē altari. Secundo virt⁹ eius est nobilioꝛ et ideo inter elemēta su perioꝛ, qꝛ licet in spera sua nobis est inui sibilis, ꝓpter subtilitatē nimiā, tñ in subie cta materia totus est lucidus, splendoꝛez ex se generās, cum tñ coꝛpora celestia nō ex se sed a sole lumen recipiunt, vnde ⁊ in vemis lapidis existens manet occult⁹ Q.ꝛ si lapis foꝛtiter fricatur erumpit ad actō nes in subiecta materia. Alioqn incōpre hensibiliter anolat si recipe in somite ma teriale vel receptū nutrire negligis, multi plicata vero materia sese multiplicabit ⁊ vniuersam in igneā cōuertet qualitatem. Sic virtus spiritussancti est nobilissima q licet in se dinoscit̄ inuisibilis, agnoscitur tamē in subiecta materia cuꝝ lapidea coꝛ da timoꝛe cōcussa fuerint. Apparet enim primo scintilla quedā ꝓtritionis hominē incensura si firmū emendatōnis, ꝓposituꝝ adhibuerit, p subiecta materia alias enim statim anolet. Si vero recipit̄ in hoc fomi te et cōfessio cum satisfactione supaddici tur cōseruat quidē igniculū qui tñ denuo parat recessum nisi bonis opibus in dies augmentetur quoꝝ si copiosioꝛ fuerit ad mustratio erumpet flamma vehemens a moꝛis spiritualis omnibus lucēs qui sunt in domo dñi. Que flamma primo coꝛ illu minat hominis ad ꝓpriā ꝓscientiam ple ne discutiendā. Secundo mentē abilitat ad sequelam boni et fugam mali. Tercio securitatē menti p̄stat testimoniū reddēs spiritui nostro q filij dei sumus. Quarto cōtemplationis oculum aperit quo futu ra, pspiciens cōtemnit p̄sentia. Sed cur ī nobis hec flamma deest cōcepto tñ igne spiritussancti, ꝓfecto, quia licet ignē susce pimus in materia tñ adhuc humida terre nis affectibus que magis nouit emittere fumū ꝙ flammam, ꝓuocare tristiciam cō tritionis in remoꝛū ꝓscientie ꝙ spiritua le gaudium in puritate cōscientie. vix ex periri flammā ex sicca materia p castiga tionē coꝛpoꝛū, p moꝛtificationē affectuū p̄s. Renuit cōsolari anima mea. Ter cio actus eius est efficacioꝛ eo q minimū habet de materia et maximū de forma, et ideo penetrat sine sui admixtione ⁊ se mul tiplicat sine alterius adiunctōne. Sic spi ritussanctus medullas penetrat deuotaꝝ mentium, et ideo maxime actiuus in eas vt euellat ⁊ destruat omne qđ a deo sapit extraneū. Quod sentiēs Jeremias. xx. factus est inquit sermo dñi in coꝛde meo quasi ignis estuans claususqꝫ est in ossib⁹ meis et defeci scz coꝛpe vel ab omni amo re vicioso ferre nō sustinēs, scz impetū spi ritus nō resistendo. Sicut enī aurū ab oī metallo purgat̄ p ignē ita coꝛ humanū ab omni amoꝛe vicioso p ardoꝛē spiritussan cti, ne licz occupet̄ circa terrena p necessi tatis dispensationē vel ad modicū inui scet̄ p intimam affectionez, siue alliciant

prospera aut premāt aduersa. Unde discipulus in horologio qui dicit̄ frater henricus suyl ordinis p̄dicatoꝝ de cōstantia In diebus iuuētutis spirās amorē ⁊ obiecta singula ꝑcurrēs inuenit defectuosa. nunc pulcrā inuenit mulierē sed stolidam aut ore fetidā. maliloquā. degenerē ⁊c. dixitq; in corde suo nūq̄ ab amoris abiecti desiderati inquisitōe se velle desistere donec amatū oē carēs vicio ꝯtingeret inuenire. Qui tandē se ꝯuertēs ad amorez diuinū ī quē tm̄ flagrabat ꝙ scribit inter alia. Cor mihi o amor abstulisti ⁊ dilectō dedisti ⁊ ei tā inseꝑabiliter ꝯglutinasti vt me certis tp̄ib⁹ qd̄ dāmō reliquisse putet̄. Mirares nā tm̄ efferbuit in amorē diuinū ꝙ nomē Jesus magnis literis capitalibus ꝯtinuis puncturis circa cordis vitalia quasi arrā amoris offerēs ꝓfundi⁹ exarauit p̄ amoris impatiētissima flagrātia se ꝑiculis vite corꝑalis exponēs. qd̄ nomen post vulnerū sanatōez claris literis remāsit exaratū. Itē de beato ignatio in cuius corde scriptū erat aureis literis nomen Jesus. vide in legēda ei⁹. Quarto situs eius est suꝑior inter elemēta. et ido terrestris ignis q̄ fomite tenet̄ carnali sꝑ sursum mouet̄ velut ad locū sibi generalē resilit tn̄ ad infima cogēte fomite quā nimirū ꝯsumēs in cinerē redegit. Sic ignis spūssancti naturali motu sursuz trahit affectū. oēm ꝯsumēs terrestrietatē. Deorsū tn̄ resilit ꝓpter nature necessitatē vnde ⁊ corp⁹ qd̄ corrumpit̄ aggrauat aīam ⁊c. Si enī q̄s tm̄ rapit̄ in amatū carnale ꝙ nihil iudicat dulci⁹ nihil delectabili⁹. cuius tn̄ amor nō pure cōnaturalis nature sz potius ex corruptōne ꝓcedēs ⁊ infinitis amaritudinib⁹ ac feditatibus est respersus O q̄d dulcedinis habz amor diuin⁹ totus cōnaturalis purus ⁊ ab oīb⁹ amaritudinibus alien⁹ in quo oīa q̄ in amato desiderari possunt millesies millies suꝑeminēt oīm verboꝝ eloquio. ⁊ amātis tm̄ affectu claudi nolūt vt ip̄m reficiāt nec morte finiunt̄ sed multiplicant̄. Quantū ad secundū p̄ncipale videndū est de iugi sacrificio quod semꝑ ponendū est. S[illegible] Agnus ꝓfecto ⁊ si nō immaculatus mundatus tn̄ vt cremet̄ ꝓpria mortificatōne corꝑis. Dehinc sumenduz est thymiama spiritus deuota scz orō vt redoleat̄ super altare incēsi aureū. p̄s. Dirigat̄ inq̄t oratio mea ⁊c. Q⁊ si causar̄ te dūtaxat agniculum vnū possidere scz teip̄m oblationē multiplicabo ⁊ mille millia agnoꝝ tibi sacrificia coadunabo. Habes enī totū gen⁹ humanū. aut amicū cōgratulantē aut inimicū ꝑsequentē. Si vides igit̄ amicū offer eum sacrificiū matutinū ut in die ꝓsperitatis eū semꝑ dño repñtes in odorē suauissimū dño. Quō inq̄s vt diligas euz in deo. dicēte dño. Hec mādo vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. id est ad hoc amate ad quod vos amaui scz ad amati salutem. nō ad ꝓpriā vtilitatē aut delectionem. Christus enī amauit sed peccare nō docuit a tribulatōib⁹ nō eripuit sed patiētia armauit. Felix mater septē filioꝝ hui⁹ secuta vestigia. De qua dicit̄. ij. Macha. vij. Q⁊ oblata cuz septē filijs mira tormēta patiētib⁹ mater astabat adhortās singulos. ⁊ vt dicit magister in historijs. Denudabat mammas dicēs. has māmas vobis dedi filij sed nō animā nolite ab eo recedere qui dedit vobis vitam. Sed quid mirū cum vt dicit Ciprianus tūc se septē filioꝝ cōputat matrē si sibi cōtingeret filios peperisse potius q̄ seculo. O ver⁹ amor matern⁹ qui filioꝝ vitaz nō corruptibilem sed eternā amauit. O q̄ oblatio domino gratissima in qua quicq̄d diligit̄ totum ad amorē diuinū amplectit̄. Sed rara iā auis in terra q⁊ caro sunt. et ido carnē diligūt. ostendūt se filios peꝑisse seculo nō deo. Oblatio vero vespertina qua dño et inimicū immolamus in odorē suauissimū ꝓpter deū illū amātes pinguior dicitur. q⁊ fortior ostendit̄ esse dilectio dei q̄ feramur ad inimicū q̄ ad amicū. q⁊ aīm hoīs ad remotiora extēdit ⁊ nature magis cōtraria. Qd̄ si dissuadet affectus ꝯsulit tn̄ exhibitio diuine clemētie qua nos cum adhuc inimici essem⁹ adeo dilexit vt etiā

se morti traderet. Suadet et excellentia cōformitatis paterne Diligite inq̄t inimicos vestros vt sitis filij patris vestri qui solem suū facit oriri sup̄ bonos et malos. Deniq̄ suadet efficacia vtilitatis ꝓprie. Aug⁹. Ad inimicoꝝ dilectionē vos cōmoneo. q̄ ad sanandū peccatoꝝ vulnera nullum medicamentū vtilius esse cognosco. Sicut enī in mandatis dei nihil mirabili⁹ ſm euangeliū. q̄ꝫ q̄ p̄cipimur inimicos diligere Sic reuera nihil homini fructuosi⁹ nihil deo accepti⁹. nihil diabolo molesti⁹ esse p̄t. Omnes has oblatōes igni sancti spirit⁹ supponat in odorē suauissimū dn̄o sicut docet diuina clemētia tā efficaciter ꝑ inimicis exorās in cruce.

Sermo tercius de festo penthe. de quintuplici fructu lingue per spiritum sanctū inflāmate.

Ceperunt loqui varijs linguis. Actuū. ij. Sicut dicit ph̄s li. questionū sup̄ gen̄. Ex tribus filijs noe adhuc ip̄o viuēte nati sunt post diluuiū. xxiiij. millia viroꝝ et centuꝫ qui fuerūt. q̄. ccx. millia habētes super se tres duces extra mulieres ⁊ ꝑuulos p⁹ cuius mortē cū sese disponerēt disseminare ꝑ orbē dixerūt ad inuicē. Gen̄. xj. Veīte faciamus lateres ⁊ coquam⁹ eos igni habuerūtq̄ lateres ꝑ saxis ⁊ bitumen ꝑ cemēto qd̄ scꝫ bitumen vt dicit ibidē glosa nec aliq̄s dissoluere p̄t nec aliq̄ re nisi sanguine dumtaxat menstruoso et est cementi gen⁹ fortissimū qd̄ terra illa repit̄. Genes. xiiij. vallis āt siluestris habebat multos puteos bituminis qd̄ scꝫ bitumē euomebant. Sequit̄. et faciam⁹ nobis ciuitatem vt dicit Jero. sup̄ Jsa. Erat in quadro posita ⁊ qd̄libet quadrati lat⁹ habebat miliaria. xvj. i. leucas octo. Sequit̄. et turrī cui⁹ culmē celū tāgat. Timebāt eī denuo diluuiū ⁊ iō turrim ꝯstruere voluerūt in qua diluuiū nō timerēt ⁊ vt in celū ꝑ eā ascenderēt. ac ꝑ hoc nomē suū inter hoīes celebrarēt. ignorātes regionē ethe ream esse inter mediā. et sic traxit eos ꝓuidentia ꝑiter ⁊ sup̄bia. Dn̄ subiūgūt ibidem. an teq̄ꝫ diuidamur. Lyra. id est ne diluuiū sup̄ueniēs disperdat cadauera nr̄a sup̄ faciē terre Cū igit̄ turrim extulissent vsq̄ ad altitudinē duoꝝ miliarioꝝ ſm orosium et ſm solinū sup̄ Jsa. xiij. Vidēs dominus q̄ nō desisterēt a cogitatōib⁹ suis donec eas op̄a ꝯplerent. cōfudit linguas eoꝝ ⁊ multiplicauit ideomata ita vt nō intelligerent vnusq̄sq̄ vocē ꝓximi sui. sicq̄ desistētes ab edificaōe diuisi sunt in vniuersuꝫ regionē. Jdcirco vocatū est nomē eius babel. q̄ ibi cōfusum est labiū vniuerse terre. Et ciuitas vocata est babilon qd̄ sonat ꝯfusionē q̄ cōfusio facta est ꝓpt̄ eoꝝ sup̄biā. Ecōtra vero in salutē credentiuꝫ christus pauperē ⁊ humilē stolā suā ditauit gratia linguarū vt in hebraica lingua ab oībus natōnib⁹ intelligerent̄ ac nihilominus oīm generū linguarū loquerent̄ ad quorū ꝑtes gratia p̄dicatiōis diuerterēt Ceperūt loqui varijs linguis. Sicut dic̄ Greg⁹ in moral. habitare animā in corp̄e ꝓbant sensus vitales corp̄is. habitare vero spiritū in aīa ꝓbat vita spiritualis. illud ex visu et auditu. istud ex charitate et humilitate ceterisq̄ virtutibus. Sed miruꝫ certe cū repleti spiritu sancto discipuli ꝑhibent̄ cur in sola linguarū igneaꝝ forma visibilis apparuit in sola lingua p̄mo signis euidentib⁹ refulsit. Non putemus hoc casu factū fratres. festinauit enī dn̄s sanare membrū qd̄ p̄ ceteris igni gehēnali nouerat inflammatū. Linguā enī scd̄m Jacobū. iij. nullus hoīm donare p̄t scꝫ sine gratia q̄ frenū imponit vt ex ore nō ꝓcedāt verba nociua. Est enī inquietū malum plenū veneno mortifero. et q̄ mēbrū est difficile ad regendū ⁊ vtile bene rectū Jdeo spiritussanctus ad ei⁹ curationē accelerauit et inflāmauit in salutē aliorū vt verbis essent ꝓflui et charitate feruidi. Est enī lingua quedā arbor fructifera et fructus eius ad modū acceptus patri spirituum. Quorū preciositas ex quinq̄ cōmendat̄. Primo ex ꝑseuerantia sanitatis ⁊ incorruptibilitatis quā causat tempus plantationis eius. Dicit enī Constanti⁹ q̄ arbores que plantantur vel inseruntur

domare

in recto plenilunio non cōualescunt et si cōualuerint fructū ꝓferunt vermiculosū Cuius rō est. quia in augmento lune crescunt humores. ⁊ ideo humor nimius qui habundat in planta fructus facit vermiculosos eo ꝙ a natura bene regi non potest. Spiritualiter luna significat humanam mutabilitatē que sicut luna ꝙto recedit a sole iusticie tāto se terre pleniorē ostēdit et exhibet vigoriosiorē ad inferiora se cōuertens et tunc arborē hanc humidam id est lubricā reddit et fructꝰ vicios. Dum enī in omnibus fauorez querit humanū. cōtaminata sunt omnia que loquitur et agit. Sed in lune decremēto cū omnia tempora et affectus vicios subiecit sub pedibus eius. iam soli iusticie ꝑ feruorē spiritus cōiunctus. fructus ꝓfert suauissimos ⁊ incorruptibiles sicut fructꝰ humilis cōfessionis. qui nō corrumpunt̄ sequentibus criminalibus vicijs. nec sucrescat vermis intus recidiuatōis vel tepide cōuersatōnis. Nam plericꝫ sepiꝰ cōfitentur sed tepide cōreuntur paruz emēdantur et sic minime sanant̄. O fructꝰ cōfessionis ꝙ deo gratissimus si fuerit sole iusticie rite decoctus quo scz dño ꝑsentato dimittit̄ quicq̄d in eū deliquisse memoratur. Secundo ex oblectatōne pulcritudinis. nam fructus ꝙto fuerit radijs solaribus oppositus tanto venustiorē sibi vēdicat rubedinē humanos obtutꝰ oblectātem. Sic et nimirum fructus oris in venustate honeste locutōis cum sermo sit ī gratia discretōnis sale cōditus ꝑsertim si cōuersatio locutiōi correspōdeat. Adornat enī magis honesta cōuersatō et gratiosa locutio ꝙ vestitū curiosa dispositio Sicut igitur diuites quicq̄d visu pulcrescit oblectat aspectu triclinīū suū inferre conant̄ vt crebrius inspiciāt. Sic dominus in cāticis. Ostende mihi faciem tuam scz quer satōnis. sonet vox tua in auribꝰ meis scz gratiose locutōnis. Nec mirum. ex habūdantia enī cordis os loquit̄. put dictauerit spiritus inhabitās siue bonus siue malus. Nam spiritussanctus cor boīs et linguam regere nouit. Sicut figuratū est in

Baalā. Numeri. xxiij. qui licet esset ꝓphēta demonū ac requisitus a rege balach vt male diceret israel supuenit tamē spiritꝰ domini arcens virtutē demonis dansq̄ respōsum Baalam cōsilium requirenti a sathana regens cq̄ pinde linguam balaam qui voluntate ferebatur ad maledicendū israel ꝑ maledictōne benedictionē intulit inuitus vt diceret. Nunq̄d aliud loq̄ possum nisi quod iusserit dominus. Egressus autē in recessu similiter ab eo spiritus domini recederet et sic ꝑmitteretur agere ⁊ loqui fm eius malam voluntatē ꝑmisit regi dicens. Verumtamē pergēs ad populum meum dabo tibi cōsilium quid populus tuus huic populo faciet extremo tempore. Cōsuluit cq̄ vt mitteret in exercitu israel virgines speciosas ad inducendum eos ad fornicationē ⁊ idolatriam. Si igitur male loqui nō poterat eo ꝙ spiritu domini dumtaxat regebatur in lingua. ꝙto magis nec ille qui corde pariter ⁊ lingua regitur. Hinc liquido patet a spiritu maligno iam multos agitari venenum in gutture ⁊ sathanā in lingua portātes qui scz ira rancore vel saltē inflammati mala ꝑsuetudine in geminant verba cōtumeliosa cōtentiones maledictōnes periuria mendacia detractiones ⁊c. Et sic in ipa vt dicit Jacobus in canonica. benedicimus deū in orationibus scz et maledicimus boīes qui ad imaginem dei facti sunt que maledictio redundat in deum sicut vituperiū factuz imagini redundat in ipm cuius est imago. Quia vt dicit glosa. amaritudine maledictōnis cōsumitur dulcedo maledictōnis. Sicut aqua dulcis cōmixtione aq̄ amare vertitur in amaritudinem. Unde cōcluditur Eccle. xxviij. Vulti ceciderūt in ore gladij scz nō sicut q̄ interierūt ꝑ linguam suam. Tercio ex suauitate odoris qui potissime ꝑsentes recreat. odor enī fructus huius mortuos vinificat. Quare dicitur nō incōgrue Cāticoꝝ. Odor vnguentorū tuoꝝ sup omnia aromata. quod quidē referrur ad verbū eruditōnis ⁊ correptionis. Quantū enim eruditōnis verbū odorē respergit mortuos vinificantē

dum ignaros instruit. ostendit apl'us di-
cens. Christi bonus odor sumus deo in oī
loco scz ꝑ sanctā cōuersationē ⁊ feruidaz
ꝑdicationē. Hinc dicit Greg⁹. in Omel.
quadā. Qui parua capiunt et tamē hec
eadē parua anunciare pie fratribus non
desistunt isti in numero angeloꝝ currunt.
Qui aūt secretoꝝ celestiū summa capere
preualent ⁊ nunciare. isti in archangeloꝝ
numero deputantur. Qui vero ardent et
loquēdo alios accendūt isti seraphin dicū-
tur. Non igitur requiritur in predicāte tā
clara eloquētia q̄ꝫ zelosa diligētia Unde
dominus ad Petrū. iij. dixit. Symon di-
ligis me quo ꝓfitente subiunxit. pasce o-
ues meas. quasi diceret. Nisi me diligas
plus q̄ꝫ tua tuos et teip̄m de pascēdis oui-
bus meis pastu ꝑdicationis te nō intro-
mittas. Nimirū cum officiū predicatio-
nis exerceri nō debet nisi cōscientia pura
intentione recta/charitate plena. Alioq̄n
tibi dicit. Quid tu enarras iusticias me-
as ⁊c. Dicit enī sanctus Tho. super. iiij.
dis. xix. Q⁊ docere sacrā scripturā cōtin-
git dupliciter. Uno modo ex officio ꝑla-
tōis sicut qui predicat docet. Alio modo
ex officio magisterij sicut magister theolo-
gie. Ille igitur qui est in peccato notorio
peccat mortaliter siue sic siue sic doceat.
Qui est ī peccato mortali sed occulto pec-
cat. si primo modo doceat nō autē si secū-
do modo doceat. Quantū deniq̄ ad cor-
reptionis verbum similiter spergat odo-
rem suuz qd̄ quidā cōgruit omnib⁹. obser-
uatis tñ debitis circumstantijs sicut tan-
git doctor sanctus loquēs de correctōne
fraterna. scd̄a scd̄e. q. xxxiij. vide supra.

Quarto ex dulcedine saporis qui po-
tissime requiritur in fructibus q̄ refertur
ad deuotōnem que spiritualē inducit dul-
cedinem saporis. p̄s. Quā dulcia fauci-
bus meis eloquia tua. Patri vero spiritū
q̄ꝫtum cōplacet in his fructibus facto no-
bis ostendit cuz spirit⁹ celestes ad hoc in-
stituit vt tales fructus colligāt. qd̄ tamē
maxime verum est de oratōne que spiritu-
alem ꝯtemplationē adducit. Hec enī ꝑro-
gatiuā singularem meret̄ a domino. per
hanc enim nō solum meretur homo premi-
um sicut in actibus charitate formatis sz
etiam meretur magis celerem exauditio-
nem dicente p̄s. Delectare in dño et da-
bit tibi petitōnes cordis tui. Ac sup̄ hoc
pre ceteris actibus oratio frequētata pu-
ritate cōscientie spiritualē delectationez
operatur in anima per ꝯtemplationem sa-
porosaz qua semel gustata de cetero fasti-
dit omne quod prius delectabat. Scien-
dum tamen q̄ tres sunt gradus in oratō-
nis exercitio. Quidam enī orando cogi-
tant. quidam meditant̄. quidā vero ꝯtem-
plantur. Cogitatio autē ꝓprie dicit̄ cum
sine resistentia libere ꝑmittitur cor eua-
gari ad queq̄ inutilia de qualibet dicitur
Populus hic labijs me honorat cor autē
⁊c. meditatio vero restringit ip̄m cor ad
bona dumtaxat meditāda et fit cuz labo-
re magno et fructu minori eo q̄ ipsuz cor
ab affectibus et occupatōnibus viciosis
nodum penitus est purgatum. cōtempla-
tio deniq̄ subleuat cor humanum ad per-
spicienda spiritualia ⁊ fit sine labore. imo
cum maxima delectatione et fructu maio-
ri eo q̄ cor efficaciter inflammatum igne
diuino sine labore resistentium cogitatio-
num vel affectuum in dulcedine diuina cō-
moratur ita vt miraretur ꝓpheta Isaie
lx. dicens. Qui sunt hi qui vt nubes vo-
lant quasi columbe ad fenestras suas id ē
ad sensus exterores scz ītuitu simplici ac
purissimo cuncta ꝯsiderantes. tales eniz
per sensus exteriores non faciliter inui-
scantur vicioso. quorum nimirum oratio
purior et suauior. Quinto ex vigore o-
peratōnis. Nam fructus eius sumentib⁹
cōferunt suauitatem quod refertur ad de-
bitam temperantiam qua sese lingua niti-
tur abstrahere ab inordinato appetitu gu-
stus vel etiam inutilis locutionis. Talis
virtutis dicuntur fuisse fructus arboris
solis et lune. De quibus legitur in histo-
ria alexandri. Q⁊ sacerdotes solis et lu-
ne fructib⁹ illis vescentes referunt̄ vixisse
quadringentis annis absq̄ lesione. vnde
legitur ibidem q̄ in india erant arbores
solis et lune scz due altissime arbores in

desertis in die vltra omnē habitationem humanā quaꝫ vna erat dedicata soli que scz in mane oriente sole et radijs eius arborem tangentibus vscꝫ ad radices ꝑcussa opere diabolico dabat responsa petentibus. Similiter arbor secunda lune dedicata in sero vbi radijs lunaribus tangebatur vscꝫ ad radices concussa respondit ad interrogata. Et exemplaꝫ ibidē de alexandro qui ab istis arboribus audiuit tēpus moduꝫ certitudinē mortis sue quas arbores seruabant ꝫ colebāt quidā sacerdotes qui erant corpe grandes habentes dentes ut canes et aures ad maxillas pēdentes et sup barenas nudas iacentes ꝫ de pomis arboꝝ viuētes et nihil aliud comedentes et vitam quadringentis annis sine infirmitate ꝓtendentes. Moraliter due arbores sunt amor male accendēs et timor male humilians qui regnāt in seculari sacerdote. in magnitudine superbia. in dentibus inuidia. in auribus surditas informatōnis. in barena auaricia. in pomis secularis et sensualis vita. Qui vero gustauerit ex hoc fructu abstinētie nō solum a cibo sed etiā a verbo ocioso viuet in eternum. Dicit enī Ysa. xxx. In silētio ꝫ spe erit fortitudo vestra. necesse est eīrt a superfluis se restringat q̄ lingue sue gratia se ditari desiderat. Dicit enim Eccle. xx. Homo arebaris id est sine gratia dei ꝫ hominis quasi fabula vana in ore īdisciplinatorū assidua Ex his igit liquet ꝙ fructuosa sit arbor lingue dum bene colitur et q̄ ꝑciosus et vtilis fructus eius. Q3 si male cogitur tunc lingua vt dicit Jacob⁹ in canonica sua ignis est et vniuersitas iniq̄tatis. Est enim ignis. quia iuxta glosam lingua incōtinēs magnā materiā bonorū operū ꝓpire facit. Est etiā vniuersitas iniquitatis qz ꝑ eā fere cūcta facinora ꝑpetrant vt ꝓiuria. aut defendunt aut cōculminant vt latrocinia stupra ꝛc.

Ser. quartus de festo penthe. quod est summe libertatis liberalitatis et charitatis.

Robate spiritus si ex deo sint. j. Joh. iiij. Solennitas hec pñs inter alias triplices obtinet prerogatiuam spiritualem. Est enim festum summe libertatis liberalitatis et charitatis Est enim festum summe libertatis. Et secundum hoc tripliciter figuratum est hoc festum in lege veteri. Primo in die quinquagesima post liberationē filioꝝ israel de egipto in qua die vt dicit glo. data ē lex in igne in mōte synai in signum ꝙ liberati ab egipto serui facti essent deo cui seruire regnare est. Sic ī lege gratie die quinquagesima post pascha datus est spiritussanctus in igne in mōte syon vt filios adoptōnis ad mandata dilectōis inflāmaret. In signū ꝓfecte libertatis. quia vbi spiritus ibi libertas. Secūdo figuratū est in anno septimo requietōnis in quo tāta vigebat libertas ꝙ vt dicit glosa Deutro. xvj. in anno illo nullum debitum repetere licebat. Et agri quidem semi nabantur nō tamē a dñis colligebantur fructus eorum ad reponendū in vsuz ꝓprium sed pauperibus dimittebāt ꝫ qō pauperibus remanebat feris relinquebatur. licebat tamē dominis ꝓprijs cū tota familia vesci de fructibus. Quod etiā testatur Augustin⁹ dicens. Q3 terra illo anno colebatur ꝫ seminabat sed non a domino colligebatur sed totum pauperib⁹ dimittebatur. et sm hoc intelligitur quies terre. quia nō exercebatur ꝓ vtilitate tēporali colentiū. Quādiu hoc obseruatū est dedit dominus anno sexto fructus trium annorum vt sererent sibi anno. vij. et fruges veteres comederēt. Tercio in anno quinquagesimo qui vocabatur iubileꝰ quē tradūt initiū habuisse a victoria abrahe cum Loth captiuū liberauit. quia tunc erat loth quinquaginta annorum vt quidam volūt. in quo anno fiebat letitia magna et insignia maxime charitatis. Nam captiui soluebantur. debita dimittebant

exules in patriã reuocabantur. hereditates vendite restituebãt. serui iudei liberi dimittebantur. ⁊ terra penitus quiescebat. Que tria triplicem gradum perfectõnis nobis prefigurant in quo sciri potest si spiritus nobis datus sit ex deo. Probate spiritus ⁊c. Sunt multi qui sibi de peccatorum remissione blandiuntur. tum qr ea defleuisse videantur crebrius. tũ quia confiteantur ea sepius. Sed ꝓbate spiritus si cõtritio nõ sit bozaria sed cõtinua si cõfessio nõ sit subdola sed perfecta. si satisfactio sit in voluntate nõ recidiua sed viciozum fugitiua. Quidam enim se satisfeciſſe putant cum cõfessione prenia penitentiam iniunctam peregerunt. Sed ꝓbate spiritus ait Apls. Et hoc in tribus sez si sit libertas ad seipm. liberalitas ad ꝓximum. charitas ad deum. Primo si sit libertas ad seipm. peccator enim ante susceptionem spiritus quasi ligatus tenetur suis affectibus ne perficere valeat opera bona sicut Samson in figura ꝓponitur. vide supra. Ligatus enim ait Augustinus nõ alieno ferro sed mea ferrea voluntate. Quis ergo liberabit miserum peccatorẽ. fateor vobis quia non est hoc facultatis humane nec quidem angelice sed diuine dumtaxat bonitatis est et maiestatis. vide tamen q̃ laborioſum opus. dixit dñs et facta sunt omia. sed vt dicit glosa Johãnis. xj. Ad suscitationẽ lazari dominꝰ fremuit lacrimatus est ⁊ voce magna clamauit. quia difficile surgit quem molestia mala cõsuetudinis premit. Restat igitur sola diuina miseratio vt sua bonitate que spiritui sancto tribuitur eum soluat a vinculis viciozum. vniuersa cõsumens. Deus mens est. non naturam sed culpam. Noli tamẽ diffidere o homo stat enim ante ostium et pulsat. tantũ aperi et liberis ac restituet te in gradum pristinũ. Sicut apte figuratum est. iiij. Reg. xxj. in rege Manasse qui super omnes reges iuda fecit malum coram deo. adozauit enim omnẽ milicia celi exstruxit aras in domo domini. Insuper effudit sanguinem innoxium ꝓphetarum quos misit dominus ad corripiendum eum donec impleretur hierusalem vsq̃ ad os. id est quantũ effundere potuit. Inter quos etiam occidit Isayam auunculum eius maternum. Cum autem Isayas iam interficiendus quereꝰ refugium clamaret ad dominum. sicut legit in quodam libro hebraico qui dicitur iebamoth aperuit dominus quandã cedrũ et inclusit ꝓphetam. Manasses autez videns miraculum nõ est retractus ab incepta crudelitate sed serra ferrea cuz cedro fecit eum secari. Dicunt tamen expositores nostri secatum Isaiam serra lignea ꝓpter maiozem afflictionẽ. Cum igit aqua petita sibi negaretur de excelso misit dominus aquam in os eius. Et inde dictus est locus ille syloe quod significat missionem. Est etiam alia ratio. quia tempore Ezechie regis dum Senacherib obsedit hierusalem ozauit Isaias q̃ aque siloe q̃ cõuenientes erat ciuibus et hostibus vt pote extra muros opidi nõ inuenirentur nisi quando cives accederent ad hauriendum quod et factum est vt plenius pateat iiij. Re. ij. in historia scolastica. In cuius argumentũ relictus est ibi fons certis tẽpozibus fluens et implens stagnum quod dicebatur natatoria siloe. Tandem vero regis exigente malicia. vinctus ductus est in babilonem qui positus in carcerem et humanum desperans auxilium cepit orare dominum dicens Paralip. vltimo. Peccaui super numerum harene maris. multe sunt iniquitates mee incurvatus sum multo funiculo ferri et nõ ẽ respiratõ mihi. Exaudiuit autem dominus oratiõnem eius. et vt dicit Crisostomꝰ. in opere imperfecto orta est circa eum flamma ignis ⁊ liquefacta sunt omnia vincula eiꝰ liberauitq̃ eum ex omni tribulatõne ⁊ reduxit eum in hierusalem in regnum suum. Qui seruiens domino precepit Jude vt seruiret domino deo israel. Ecce q̃ inexpressibilis est diuina clementia super peccatozes reuertentes in toto cozde. quam prochdolor hodie multi cõtemnunt in superbia et abusione quozum manet maior

92

interitus. Nam Amos filios manasses vt dicit Crisosto. ibidem iniquus fuit maligna quibus patrem imitatus est et deũ se posse fallere estimaret dicens. pater meus ex iuuentute multa mala fecit et in senectute penituit et ego nũc ambulabo ſm desideria cordis mei et postmodum conuertar ad dñm. Vnde accelerãte diuina vindicta tm̃ duob⁹ annis regnauit ⁊ mortuus est. O iusticia inflexibilis qui cõtemnentem cõcito mulctauit. et pietas ineffabilis quã nulla peccatoruz enormitas vel multiplicitas veniã petẽti inexorabilem reddidit. Si igitur peccantẽ compareris declinare a malo ⁊ facere bonum gratias age spiritui cooperanti ⁊ dicas. dirupisti dñe vincula mea ⁊c̃. Secundo ꝓbate si sit liberalitas ad ꝓximum. nõ enĩ decet seruum esse tenacẽ vbi dominũ cernit tam liberalẽ in sua regali solennitate ascendentis humanitatis ad cõsortiũ sanctissime trinitatis. que liberalitas eliganter figurata est Hester. ij. Vbi dicitur q̃ ꝓ cõiunctõne et nuptijs Hester. rex Assuerus fecit cõuiuium magnum principib⁹ ⁊c̃. In qua scz mirabili domo habitante colũnas argenteas et testudinẽ ad similitudinẽ celi. interlucentibus gẽmis ad ornatam. vt dicit magister in historijs. bibebãt inuitati ex vasis aureis. deditq̃ rex requiẽ vniuersis ꝓuincijs a solutione scz tributi anno primo vt quidã volunt. ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalẽ Rex Assuer⁹ est ip̃a trinitas. Hester christi humanitas. cõuiuium fecit angelis et sanctis per magnificum. dedit requiẽ tributo originalis peccati. largitus est dona iuxta magnificentiã principalẽ scz dona spiritussancti. Si enim vt dicit Seneca de beneficijs. Rex alexander cũ daret ciuitatem integrã cuidaz pauperi dicẽti nõ ꝯuenire humili fortune sue respondit. Non quero quid te oporteat accipe si q̃d me deceat dare. Quãto magis regem celestem dare decuit dona quibus nihil p̃ciosius danti. nihil vtilius recipienti. Sequamur igitur hanc patris liberalitatem

que p̃sertim in tribus relucere deuz. Primo in cõmunicatione infelicitatis aliene per viscerosam cõpassionem siue sit infirmitatis naturalis aut infortunij casualis vel delicti criminalis nõ dissimulãs non despiciens nõ diiudicãs sed pietatis affectu cõplectens. Quis inquit aplus infirmatur ⁊ ego nõ infirmor ⁊c̃. Secundo in cõmunicatõne facultatis ꝓprie. Nã in ecclesia primitiua amor spirit⁹ omnia fecit cõmunia ne ꝑ terrena desideria macularẽtur corda que spiritussanctus excitauerat ad celestia. Vnde apl̃i quia donis potioribus erant prediti nec ip̃a quedã agrorum precia contractare dignabantur sed ponebantur ad pedes eoꝝ. Sed quid mirum cũ tali odore percepto dulcedine spiritus huius Zacheus publicanus euect⁹ ẽ gaudio spirituali pariter ⁊ affectu vt diceret. Ecce dimedium bonorum meoꝝ ⁊c̃. q̃ tã ꝯsuetudine q̃ inclinatõe naturali si dici liceat auarus erat q̃ potissime his vicijs solẽt hoĩes implicari ad que naturalis ip̃a inclinatio trahit. Tercio in remissione illate iniurie quod est opus largitatis supremũ Vnde cõsulit dñs Luce. vj. Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderũt vos ⁊ orate ꝓ ꝑsequentib⁹ ⁊c̃. Vbi tria ponit dilectõis insignia scz cordis oris ⁊ operis. Diligite corde. orate ore. benefacite ope. vt sitis inquit filij patris vestri qui solẽ suũ oriri facit sup̃ malos et bonos. Tercio ꝓbate spiritus si sit charitas ad deum. Nã sola charitate recõpensari potest q̃ omnipotens a regalibus sedibus venit vt nos beneficijs ineffabilibus in amorem reciprocum excitaret et nature similitudine mentis affectũ ad dilectionem attraheret. beneficijs prestitit alliceret. penis perpessis cogeret. hec inq̃ nec penis acerbissimis recõpensari possunt sed sola charitate qua scz cũcta sunt p̃stita. dicit enĩ Criso. Nõ est aliq̃s oĩno nõ pater nõ mater nõ amic⁹ non ali⁹ q̃ ita nos dilexit quẽadmodũ ip̃e qui fecit. Q⁹ si regis vel principis amorem carnis amplecteremur quam conciuis

vnius quo putas affectu recipiendus est amor creatoris et tantus amor. O deum et hominē. o dignissimū et vilissimū. que mirabili artificio vinculo colligunt amoris vt miser homuncio stercus et vermis ad diuinū cōsortium subleuet. Rogat insuper et p̄cipit ille. hic vero rennuit et dissimulat amplexnas stercora. pro auro obriso lutum vilissimū eligens. hodie vero fontem amoris spiritū sanctū emittit velut amplexū ⁊ osculum dulcissimū patris et filij transmissum a nuptijs illis regalibus nō in cōiunctione labiorum sed felici cōnexu animorum vt vel sic excitet corda torpentia. Sed vt dicit Greg⁹. si vnusq̄sq̄ requiratur an diligat deum tota fiducia et secura mente respondet diligo. Verum quidē id amore naturali quo de⁹ amatur. sicut filius mouet naturaliter ad amorem parentuz a quibus corpis dumtaxat partē accepit. Gerñ. in li. de diligēdo deum. Inexcusabilis est oīs infidelis si nō diligit deum ex toto corde suo et ex tota anima sua et ex tota virtute sua. clamat nempe intus ei innata ⁊ ignota rōni iusticia q̄ ex toto se illū diligere debeat cui se totum debere nō ignorat. sed experimentum ait amoris quero. Si diligis me inq̄t mandata mea serua. Nā signū dilectōis exhibitio est opis. Vnde dicit Jacobi. ij Abraham pater vester nōne ex opib⁹ iustificatus est offerēs Jsaac filium suum. Sequit. et amicus dei appellatus est. Sz anteq̄ hoc nomen sortiretur p̄bauit dñs Abraham argumēto triplici vere dilectōnis. Egredere inquit de terra tua ⁊ de cognatōne tua. Genes. xij. Qui statim surgens egressus est necdū tñ ostendebatur ei terra ad quā ingressurus erat ad possidendā. sed quaz inquit monstrauero tibi vt ostenderet obedientia abrahe exeūtis In quo fidelis inuentus adiecit domin⁹ Gen. xvij. circumcidetur ex vobis oē masculinum et circūcidetis carnē p̄pucij vestri vt sit signuz federis inter me et vos. Qd vtiq̄ mandatū grauius erat quia penosum et p̄iculosum quod tamē nihilominus statiz adimplere curauit. Dehinc aūt adiecit tercium preceptū. Gen. xxij. Tolle inquit filium tuum vnigenitū quē diligis Jsaac. vnde vide preceptū tam graue q̄ p̄mpta sequitur obedientia Nō enī recalcitrauit nō excusauit nō distulit. nec quidē diē expectauit sed eadē nocte ꝯsurgens p̄rexit tribus diebus ambulauit nec tamē animū ab obedientie rigore laxauit Tandem loco demonstrato p̄perauit cum filio q̄ ait. Pater mi. Ecce ignis ⁊ ligna vbi est victima holocausti. tandē vero cōperto q̄ ip̄e esset imolandum ait ad patrē suum s̄m Criso. Pater liga manus meas nequādo cōsurgam in impugnationez. O p̄fecta vtriusq̄ obedientie ⁊c. Tibi vero q̄do ingrate homuncio. Si diligitis inq̄t me mandata mea seruate. seruate illa que scz sunt necessaria ad dilectionē dei ⁊ p̄ximi. nō adulterabis non occides ⁊c. Ecce q̄ ieuia sunt ne sit excusatio transgrediēti. Precipit princeps et obseruat. rogat amicus et adimpletur. rogat deus et homo negligit. p̄cipit ille ꝯtemnit iste. Probate igitur spiritus ⁊c.

Feria secunda post penthe. de quintuplici baptismo. Ser. lxxv

Iussit eos baptisariin noīe domini. Actuū. x. Sanctus Thomas sup. ij. sententiarū dis. xxxiij. questionē mouet. Vtrū in originali decentibus debeat etiam pena sensibilis vel damni tantū sicut verba Aug⁹ sonare videntur scribentis ad Petrū de fide. firmissime tene et nullatenus dubita p̄uulos qui sine sacramēto baptismatz de hoc seculo transierūt eterno supplicio punientur. Ad qd rñdet q̄ pena culpe debz esse p̄portionata. Dolor g̊ sensibilis rñdz delectatōi sensibili q̄ est ī ꝯuersione actualis peccati. ꝯcupiscētia vero habitualis q̄ est in originali delectationē nō habet ⁊ ideo. ei nō respōdet dolor sensibilis pene nā sic culpa nō fuit p̄ opatōz ei⁹ ita nec pena p̄ passionē ip̄i⁹ eē dz sed solū p̄ defectū illius ad quod natura per se insufficiens erat nisi per aliquod donum a deo sup̄additū qd donū p̄pter originale subtractū

est per quod ordinabatur ad diuinā visio-
nem cuius carentia est ꝓpria et sola pena
peccati originalis post mortez. de qua tñ
carentia nullā penā sustinebunt licet se ꝑ-
uatos sentiāt eterne vite quia ad hoc nō
erant ꝓportōnati. Sicut puer nō dolet ꝙ
nō est rex quia non habuit ad hoc aptitu-
dinem. omnis enī homo vsum habēs libe-
ri arbitrij ad eam cōsequendā ꝓportiona
tus est. et ideo erit eis maximus dolor si
amittunt. Sed quia pueris non debet ex
principijs naturalibus cum excedit oēm
nature facultatē nec actus ꝓprios habu-
ere potuerunt quibus tantū bonū ꝯseque
rentur. Ideo nihil de eius priuatōe do-
lebūt sed magis de hoc gaudebūt ꝙ imꝑ-
fectiōibus naturalib⁹ multū de diuina bo
nitate ꝑticipabunt ⁊ ita etiam de ipso gau
dere poterunt naturali cognitōne. Deus
enī eos sua bonitate ab omni pena sensibi
li ꝑseruabit quia passibiles sunt ex sua cō
ditōne. electorū tamē gloriā minime ꝯse-
quentur nisi baptisati fuerint. Iussit er-
go eos baptisari ⁊c. Ad euidentiā thema
tis ſm Greg⁹. nazanzenū ꝙ multiplex est
baptismus. Primus est figuratiuus quo
scz moyses in transitu iordanis filios is-
rael baptisauit in nube ⁊ in mari. vt tan-
git Apl's. j. Corinth. x. Secundus ꝑpa-
ratiuus sicut baptismus Iohānis qui ꝑ-
parabat dño plebē ꝑfectam baptisando.
monēs ad penitentiā eo ꝙ appropinqua-
ret introitus regni celoꝝ Et ideo tm̄ iude
os baptisauit. qꝛ ad hos tm̄ a christo fa-
cta fuit ꝓmissio. mulieres tamē nō bapti-
sabentur ab eo qꝛ a viris instruende erāt
nec infantes quia misteriū illud nō intelli
gebant cuius cognitio necessaria erat Et
licet scriptū est Marci. j. ꝙ ꝑdicauit ba-
ptismum penitētie in remissionē peccato
rum hoc tamē nō est referendū ad ei⁹ ba-
ptismū sed ad penitētiā que baptismo an
nectabat. Tercius aūt est ꝑfectōis scz ba
ptismus christi qui baptisauit nō in aqua
tantū sz etiā in spiritu qui datur omni gē
ti omni sexui omni etati ī remissionē oīm
peccatorum. In quo baptismo tria cōsi-
dero. Primū est instituentis pietas libe-
ralissima. quia sanguīs sui balsamo nos
lauans. meritum passionis sue a deo ba-
ptisatis infudit ꝙ nihil ab eis aliud req-
rit nisi fidem ⁊ cōtritionem cordis ⁊ ecce
munda sunt omnia. Dicit enim Ambrosi⁹
super illud Ro. xj. sine penitētia sunt do-
na et vocatio dei. ꝙ gratia dei in baptis-
mo nō requirit gemitum vel planctū vel
opus aliquod nisi solum fidem et ꝯtritio-
nem et omnia gratis cōdonat Verbum
pietate plenum sanguinez medicus suda
uit vt egrotum sanaret siue amaritudine
medicine siue labore penitentie. Secun-
duz est facultas ꝓmptissima hāc scz medi
cinam cōsequendi. Quia super illud. iiij.
sententiarū. dis. v. romanus pontifex nō
hominem iudicat qui baptisat sed spiritū
dei q̄uis paganus sit qui baptisaret. Di-
cit sanctus Thomas ꝙ ex quo baptism⁹
sacramentū est maxīe necessitatis. Ideo
que ad eius necessitatem requiruntur de-
buerunt esse cōmunissima tam ex ꝑte ma-
terie scz aqua q̄ ex parte ministri vt scz q̄
libz in necessitatis articulo baptisare pos
set. Et sicut aque sanctifiatio precedens
baptismum nō est de necessitate sacramē
ti sed de solennitate quā non licet preter
mitti ꝓpter ecclesie institutionem nisi in
necessitatis articulo. sic etiam ordinatio
ministri nō est de necessitate sacramenti
sed de solennitate licet peccaret qui ꝑter
imminentē necessitatē nō ordinatus ba-
ptisaret q̄uis sacramentū vere cōferret.
Nemo tamē seipm baptisare potest. quia
vt habetur extra de baptismo. c. debitum
Quidam iudeus in articulo mortis ꝯsti-
tutus cum inter iudeos tm̄ existeret in a-
quā seipm immersit dicēs. ego baptiso me
in noīe patris et filij ⁊ spiritussancti amē
Sup quo respondet ibi Innocenti⁹ ter-
cius dicēs. Cū inter baptisantē ⁊ bapti-
satū dz esse discretio. sicut ex verbis dñi
colligit apl's dicētz. baptisate oēs gētes
in noīe patris ⁊ filij et spiritussancti amē.
memoratus iudeus est denuo baptisan-
dus. Et infra. q̄uis continuo decessisset

ad patriã protinus euolasset ꝓpter sacramenti fidẽ ꝛ si nõ ꝓpter fidei sacramentũ Quod dictum innocentij intelligendum est ꝓpter vim ꝫtritõnis ꝛ deuotionis ex cuius magnitudĩe hoc ꝓcedere videbaꝫ vt dicit sanctus Tho. sup. iiij. dis. v. Tercium est oꝫatio efficacissima quia purgat ab omni culpa et pena si debite sumaꝫ ali oquin impedit eius effectus Dñ sanctus Tho. sup. iiij. dis. iiij. dicit ꝙ quicũqꝫ accedit ad baptismũ ostendit se abrenũciare veteri vite et nouã inchoare si ergo volũtas in vetustate vite remanet aliud ostẽdit exteriꝰ ꝗ sit in reiveritate. Et hoc dicitur fictio ꝓ quã impeditur effectus eius ex ꝑte recipientis. Sed o mira pietas diuina recedẽte fictõne baptismꝰ habz effectum quẽ ꝓius habuisset remittẽs peccata penã. peccata vero sequẽtia remittuntur virtute ꝫtritõnis que fictionẽ ammouet ꝗtum ad culpã sed nõ ꝗtum ad penã totaliter. Et hoc ideo. qz in baptismo caracter imꝓimitur qui est immediata causa disponẽs ad gratiã. et ideo cũ fictio caracterẽ nõ auferat recedẽte fictõne que caracterẽ impediebat caracter qui est pñs in anima incipit habere effectũ suũ. Peccatum vero veniale qđ dicit peccatũ sm quid. vt dispositio ad peccatũ mortale si est in actu vel ꝓposito facit fictũ sm quid sicut peccatũ simpliciter sz mortale facit fictum simpliciter. Et ideo impedit officium baptismi nõ quidẽ simpliciter sz ꝗtuz ad remissionẽ illius venialis ꝓpter indispositionẽ baptismũ recipiẽtis. Ex quibꝰ patet ꝙ nõ soluz ordinaꝫ cõtra culpã originale sicut circũcisio sed etiã ad destruẽdum omnẽ culpã quã inuenit ꝛ ad regenerandũ in nouã creaturaz omni vetustate destructa. vt sic fiat regeneratio in vitam spiritualẽ. Sz si causa queraꝫ de tãta baptismi efficacia. ℟ñdet ibi doc. s. ꝙ christus sanctus satisfecit ꝓ peccato totius humani generis etiã si essent multo plura. Et qz homo ꝓ baptismũ in morte christi baptisaꝫ ꝛ ei cõmoritur et sepelitur. vt dicit ℟o. vj.

Ideo baptismus ꝗtum in se est totã efficaciã passionis christi influit in baptisatum et ꝓpter hoc absoluit eũ nõ solũ a culpa sed etiã a pena satisfactoria. Nam qz membrũ christi efficitur. pena quã christus sustinuit in satisfactionẽ ei reputaꝫ. Hinc dicit Isa. liij. posuit in eo iniquitatẽ oĩm nostrũ. Denicqꝫ vt dicit in decretz de cõse. dis. iiij. c. queris. Tãta est baptismi salutaris virtus in sancta ꝓpage corꝑis christi vt semel regeneratus per alioꝫ voluntatem deinde nõ possit vinculo alterne iniquitatis obstringi cui nulla sua voluntate cõsentit. Preterea baptismũ precedere debet exorcismus qui si pretermissus fuerit post baptismum suppleatur vt vniformitas baptismi obseruetur. Cuius nimirum effectus est debilitatio demonis ne tantũ posset in homine sicut ante. ne scz baptismum et alia bona in ipo impediat. Nam ea que fiunt ibidem vel dicuntur aliquid efficiunt non solum in corꝑe sed etiaz in anima. quia in vtroqꝫ est infectio fomitis Et etiam aliquid signant. Nam exsuffl atio significat demonis expulsionem. benedictio cum impositõne manus. precludit expulsoviam ne redire possit. Salis in os missio et narium auriumqꝫ cum ſputo linicio significat remotionez impedimẽti demonis respectu fidei docende vel addiscende. Inunctio autez olei significat expeditionem anime hominis impugnã aduersus diabolum. In baptismo vero potestas eius totaliter auferꝫ et deo penitus cosecratur homo tanqꝫ filius hereditarius regni celestis. quod in ipso baptismo puer virtute sanguinis Jesu tantum aliorum fide cõsequitur. De tempore autem baptismi sciendum scdm Thomaz super. iiij. distinctõe. iiij. ℣ puerum baptizare ꝗ cicius fieri potest laudabile est licet expectãda est totalis eius egressio ex vtero nisi periculum mortis emineat tũc enim egressa parte principali sz capite in quo magis operationes anime manifestantur vt quidã volunt baptisari debet. secus tamen est de alijs membris quãuis

nō noceat etiaz si tunc aspergerentur ille partes aqua baptismali. qz diuina miseri cordia nō est artāda. Postea tū ad cautelam rebaptisandus est sub hac forma. Si nō es baptisat⁹ ego baptiso te in noīe patris⁊ filij et spiritussancti amen. Baptismi igitur acceleratio ꝓsolenda est ꝓpter sanctū Tho. ꝓpter tres rōnes. Primo ꝓpter imbecillitatē nature qz de facili mori pñt infantes⁊ damnari q̄tum ad priuationē visionis diuine. ⁊ sic nos a deo sceleris argueremur si qđ absit eos a fine debito ad quē creati sunt ꝓtingeret defraudari. Secundo ꝓpter infestatōnes demonū q̄ non habent tantā potestatē in eos post baptismuz nec q̄tū ad nocumēta spiritualia nec q̄tum ad corporalia. Nā in baptismo datur eis gratia et virtutes. licet habit⁹ illi ligati sunt ꝓpter puericiā sicut in dormiēte ꝓpter somnū sed recedēte puericia inclinant ad bonū operandū nisi q̄s spiritui suo resistit. vnde in baptismo caracter imprimit̄ Et caracter est signū qđ baptisatis imprimit̄ spiritualiter sicut ꝓ ferrū note pecoribus inurunt̄ Et inq̄ signū distincti uū quo q̄s ab alijs distinguit̄ ad aliqđ spirituale deputatus. Ad qđ tripliciter deputari potest. Primo q̄ in se spiritualia ꝓcipiet et ad hoc deputat̄ in baptismo ꝓ quē fit aptus ad receptionē oīm donoruz spiritualiū. Alio modo vt spiritualia ī noticiam ducat ꝓ christi manifestā ꝓfessionē ad quod q̄s deputat̄ in cōfirmatōe. vnde tpe ꝓsecutōnis eligibant̄ aliqui qui debebant in loco ꝓsecutōis ꝑmanere ad publice nomē christi ꝓfitendū alijs occulte ꝓcedentibus. vt ptz in legē da sancti sebastiani. Tercio vt etiā spiritualia credentibus tradat ad qđ deputat̄ ꝓ sacramentū ordinis. Et ideo cōfertur caracter in baptismo in cōfirmatōne⁊ ordine qui nunq̄ deleri ꝑt. et ideo nō pñt illa sacramēta iterari. In distinctōne filioz israel ab egiptijs in mari rubro figurabat̄ caracter baptismalis. In distinctōe timidoz a fortibus in bellis caracter ꝓfirmatōis In distinctōne denicq leuitarū a fratrib⁹ suis caracter ordinis. Tercio quia in puericia facili⁹ homo ad aliqua inducitur⁊ firmus inberet vt dicit pbus in. ij. etbicoz. Quartus baptismus est superogatiuus qui ꝓficitur in sanguine ꝓ martirū. de quo dicit sanctus Thomas sup. iiij. dis. iiij. ꝙ efficaciā habet delendi omnem maculā culpe⁊ reatum. et hoc ex imitatōne passionis christi Nam de martiribus dicit̄ Apocal. v. ꝙ lauerunt stolas suas in sanguine agni. hic etiam pueri licet vsum liberi arbitrij non dum habeant si tñ occidan̄t ꝓ christo nec dum baptisati in suo sanguine baptisant̄ et saluantur. quā tamē vim regenerandi saltim in adultis habere oporet in aque baptismo nisi articulus necessitatis nō cōtemptus. religionis sacramentū excludat Vnde et latro pendens ad dexterā Jesu ꝙ sola cōuersione voluntatis penaz suscepit deputatā sibi ꝓ martirio. et sanguine ꝓprio baptisatus plene purificari meruit vt audiret a dño. hodie mecum eris in paradiso. Dicit enim Jeronim⁹ ꝙ xp̄us homicidij penā in illo latrone fecit esse martirij. Nimirū cū habuit aliqđ de martirio scz penam et iustam voluntatē⁊ aliqđ defuit pertinens ad martirij scz causa sicut in innocentibus defuit iusta voluntas sed affuit pena⁊ causa. Preterea baptismus sanguinis excedit in hoc baptismuz flaminis. quoniā in baptismo sanguinis gratia magis augetur habenti⁊ amplior datur nō habenti si nō affuit aliquod impedimentū ac remissio peccatoz liez non sit plenior cum vtercq penam omnē⁊ culpaz tollit. est tñ efficacior⁊ fructuosior. quia secundis maculis nō inquinatur vt dicit Damascē. Vnde sanguis eoruz efficaciā sumit abluendi peccata per sanguinē Jesu cuius membra facti sunt ꝓ fidē et amorez. Hinc dicit̄ Apoc. vltio. Beati qui lauerunt stolas suas in sanguine agni vt sit pietas eorum in ligno vite id est in christo Jesu cuius pietate reficiuntur interi⁹. et exteri⁹ hūanitate. Quint⁹ē flamis actualiū culpaz abstersimus. i. pnie q̄ spiritu perficitur cōtritōnis que licz habeat

vim suam a baptismo nō tamē oportet ꝙ subito omnez culpā et penā deleat. qꝛ ibi non est tanta cōformitas ad passionē christi sicut in baptismo sanguinis vel aque. Illa tamē penitētia que ꝑfectiōe vite assumitur sicut ingressus approbate religionis omnē culpam et penā delere creditur Sicut legitur in vitaspatrū quendam patrem vidisse eandē gratiam descendentē super eum qui habituz religionis assumit et sup eū qui baptizatur. Sed vt dicit sanctus Thomas sup. iiij. dis. iiij. hoc nō est. quia talis a sanctificatōe absoluat̄ sed qꝛ eo ipso ꝙ suā voluntatē in seruitutē ꝓpter deum redegit plenarie. iam ꝑ oī peccato satisfecit quā cariorē habet oībus rebus mundi. de quibus tm̄ dare quis posset ꝙ elemosinis omnia peccata redimeret. hoc tn̄ sane intelligendū est de actuali ꝓfessione in qua se deo totum in ꝑpetuum obligat. Et istud dominus innuere videt̄ explanans octo beatitudines. in quibus prime tm̄ et vltime beatitudine celoꝝ regnū repromisit verbo d̄ p̄senti scz spiritu pauperibus et ꝑsecutionem patientibus. velut ostendens horū ꝯscientias dumtaxat iaz actu ab omni storia depuratas. illo regno dignas esse. solo medio mortis illud ꝓtelante. Nimirum cū dicit Lyra sup illud. sedebitis in regeneratōne. ꝙ paupertas spirit⁹ assumpta volūtarie ad christū liberius imitandū est virtus excellens et perfecta sine q̄ null⁹ ad ꝑfectionē ꝑuenire p̄t. Perfecta nanqꝫ charitas nihil sustinet in corde perfecte amantis preter amorem amati. qd̄ nobis cōcedat ⁊c̄.

Feria tercia penthecostes de. vij donis sancti spirit⁹. Ser. lxxvi.

cõstringuntur vel opilanꝫ ꝙ membra suo motu priuantur in quib⁹ palisis inualuit. Vnde si paliric⁹ ambulare voluerit. aut peni⁹ subsistit ex impaciẽtia aut retrocedit aut vnũ passum ad sinistrã ⁊ aliũ ad dexterã faciet. Tales sunt peccatores de quibus ait Aug⁹ Q⁹ tria sunt genera hominũ quos deus odit scz remanentes retroeuntes ⁊ aberrantes. Primi sunt qui non ꝓficiunt. Dicit enim Gen̄. In via dei non progredi retrogredi est. Et his dicit dñs Apoc. iij. vtinam frigidus esses aut calidus sed quia tepid⁹ es ⁊c. Quod exponens Grego. in pastorali dicit. Calidus est qui bona studia arripuit ⁊ consummat. Frigidus vero qui cõsũmanda non inchoant. Et sicut a frigore per teporez transit ad calorem ita a calore per teporem ad frigus redit. Sequit sed sicut ante teporẽ frigus sub spe est. ita post frig⁹ tepor in desperationem. Qui enī adhuc in peccatis est cõuersionis fiduciam non amittit. Qui vero p⁹ cõuersionem tepuit etiam spem que esse potuit de peccatore subtraxit. Secundi retroeuntes sunt recidiuantes. Qui similes sunt vxori Lothcui p̄cepit angelus Gen̄. xix. Salua aiam tuã ⁊ noli respicere post tergũ tuum nec stes in omni circa regione. sed in monte saluũ te fac ne et tu similiter peas. vxor aũt eius inobediens precepto ⁊ affectu ī ordinato respiciens retro versa est in statuam salis. Quod factum est in figura. Sal enim condimentum est ciborum et ideo versa est ī statuam. quia punicõ eius dat condimentum sapientie penitentib⁹. ne redeant ad peccata pristina. ne quidẽ per affectum quod est retrospicere. nec ꝙ cogitatum quod est stare in circa regione sed in monte sublime charitatis saluum te fac. Alioquin vt dicitur Luce nono. ne mo mittens manum ad aratrum ⁊c. Tertio sunt aberrantes modo ad dexterã modo ad sinistram pedem figunt. Circumferuntur enim omni vento modo ad dexteram prosperitatis per intemperantiam gradiuntur modo ad sinistram aduersitatis per impacientiaz labuntur. Sic factus filij israel in deserto. aquilone aduersitatis flante ꝙ impacientiã concitati murmurabãt aqua deficiente vel manna desipiente labore aggrauante vel concupiscentia instigante. Austro vero ꝓsperitatis flante ⁊ alludente ꝙ intemperantiã defluxerunt. Aut enī saturati ydola colebãt vel illecti cũ alienigenis fornicabant. aut victores de anathemate rapiebant. Tercium deniq; est insensibilitas membrorum Cum enim fortiter nerui constringuntur ex frigiditate vel opilanꝫ ex humiditate. tunc impeditur transitus spirituum ad membra sensuum ⁊ sic fit aliquando priuatio sensuum. Sic in palisi spirituali humiditate delitiarum impeditur spiritus ne scz intret cor ei⁹. Quia vt dicit Job xxviij. Nescit homo pretium eius nec inuenietur in terra suauiter viuentium. Et ideo est ibi quedam insensibilitas que triplex diuidit. Primo est ibi insensibilitas quantũ ad diuinas suauitates que iustis largiuntur a deo ⁊ hoc facit amor mũdi vnde. j. Corint. ij. Animalis homo nõ percipit ea que sunt spiritus dei. Sicut enī spũalibus in quibus sapor spũaliũ ẽ reparatus carnalia desipiunt. Sic carnalib⁹ in quibus sapor est corruptus ⁊ immutat⁹. spiritualia redduntur insipida. Sicut figuraliter habemus in manna qđ erat naturaliter gustu dulcissimũ. Nam ſm Aug⁹ inerat purũ dulce ꝙ nulla res visibilis tã dulcis inuenit ſm tñ meritũ mãducãtiz vnicuiq; sapiebat. Nã bonis sapiebat qc quid volebant ꝺr enī Sapien. xvj. Panem de celo p̄stitisti eis. sine labore omne delectamentũ in se habentem ⁊ omnis saporis suauitatem dulcedinez enim tuã quam in filios habebas. ⁊ deseruiẽs vnuscuiusq; voluntati. ad quod quisq; volebat conuertebat. Ecõtra vero malis cibis insipidus suis demeritis. Querentes ergo saporem per diuersas vias decoctõis immutabat eis sapor in peius ⁊ sic de merito suo priuati sapore manne flagrabant desiderio carnium.

Sic spūalis sapor immutatur de merito peccati fastidiensq; peccator spūalem gustum ad carnalem se cōuertit ⁊ in mellis dulcedine veneni virus insumit. ⁊ sequit̄ inde gustus spūalis insensibilitas. Contra qd̄ p̄s. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel ori meo. Fauces autez ibidē accipiunt̄ methaphorice pro virib⁹ anime supiorib⁹ quibus dulcedo celestiū degustat̄. Secūdo est ibidē insensibilitas quātū ad dyabolicas temptatiōes quas nō sentit quia statim consentit. vnde Jeronim⁹. Non sentit qui consentit sed sentit qui dissentit. hic enī delicijs corpalibus resolut⁹ nō mō non resistit sed etiam occurrit vel etiā p̄uenit plerūq; dyabolicas temptationes ne forte triste quid patiat̄. Sic Salomon p̄⁹ elect⁹ dñi dicētis Ego ero illi in patrem ⁊ ip̄e erit mihi ī filium post adeo in delicijs virib⁹ spūalib⁹ resolut⁹ est vt diceret Eccs. ij. Non p̄hibui cor meū quin omni voluptate frueret̄ Vnde coadceruās sibi vxores multas nimis p̄ eas ita deprauatūē cor ei⁹ vt deos eaꝝ adoraret quos falsos esse sciebat ne cōtristaret suas dilectas. Tercio est ibi insensibilitas quātum ad p̄prios defectus quos nō sentit vel ponderat ⁊ hoc p̄pter maledictā ⁊ inueteratā consuetudinem. Dicit enī Aug⁹ in Enchi. q̄ pctā quāuis magna ⁊ horrenda cū in cōsuetudinē venerūt aut p̄ua esse. aut nulla credunt̄ vsq; adeo vt non solū nō occultanda verū etiā p̄dicanda. diffamādaq; videant̄. Isaie. iij. Peccatū suū quasi sodoma predicauerūt nec absconderūt inverecūde ⁊ publice peccādo. ve aīe eoꝝ q̄ reddita sunt eis mala d̄r enī Gen̄. xviij. Clamor zodomorū ⁊ gomorreoꝝ multiplicat⁹ est ⁊ peccatū eoꝝ aggrauatū ē nimis vbi dicit Grego. q̄ peccatū in voce ē culpa in actione. Peccatū vero cū clamore est culpa cū libertate. Et sic peccatū aggrauat̄ nimis. cū fit cū complacentia cū contemptu dei cum iactantia sui.

Dominica. xx. Sermo. c.

Nuptie quidem parate sunt sed qui inuitati fuerant nō erant digni Mathei. xx. Ad consideratōnem nobilis creature rōnalis merito queri p̄t. Vtꝝ omnia alia creata facta sunt p̄pter hoīem p̄sertim cū non videt̄ esse sapiētis artificis multa facere ⁊ magna p̄pter aliqd̄ p̄uū sed hūana natura videt̄ quoddam minimum in vniuerso. Ad qd̄ rñdet doc. sup. ij. di. prima. q̄ diuina bonitas est finis reꝝ sicut vltimū intentū ab agente. Et hic ē principalis ordo quem deus instituit in vniuerso q̄ omnes creature ordināt̄ in ip̄m. Non enī hūana creatura ē intēta a deo quasi mouens voluntatē ei⁹ sed sicut ad cuius vtilitatē ordinat⁹ ē effect⁹ creature. et hic est ordo secundari⁹ scd̄m q̄ vna res iuuat aliam in p̄ueniendo ad similitudinē diuinā. Est ergo homo finis oīs creature non sicut vltimū contentū ab omni creatura sed sicut cui p̄uenit vtilitas ex omni creatura. Corpalis nāq; creatura quantūcūq; magna sit s̄m quātitatē est tamen inferior hoīe rōne intellect⁹. Et licet multa sunt homini nociua tñ nō erāt a principio. que si deseruiunt ad oblectatōnē vel visum iuuāt tamen ad pacientiam. Vnde p̄s. Omnia subiecisti sub pedibus eius ⁊c̄ vt ex hoc cunctis se celsiorem cognoscens despectis omnibus alijs soli deo p̄ amorem suauiter inhereat quasi ligatus vinculo spiritualis matrimonij quo consensus animoꝝ vniunt̄ quo diuini fruunt̄ amplexus quo felix aīa nobilitate regia sublimat̄. O vere beate nuptie que talib⁹ priuilegijs oppignorantur. Sed ve d̄ quibus dicitur nuptie quidē parate sunt sed inuitati fuerant ⁊c̄. Nuptie quidē p̄ate sunt ⁊c̄. Ex serie thematis nobis ostenditur largitas dñi inuitantis ⁊ sollicitudo ac tepeditas inuitati serui ⁊ ingratitudo qua propter ⁊ indign⁹ iudicatur. Ad cui⁹ euidētiā sciendū q̄ quadruplices sūt nuptie nobis proposite ad quas inuitamur ingredi et epulari. Prime sunt nuptie

diuinales in rerum creatõne. Cum enim cuncta creasset verbo quasi vestigiũ quodam sue magnitudinis sapiẽtie bonitatis suauitatis. pulcritudinis. solũ hominẽ faceturus cõsilium inijt dicens. Faciam⁹ hominem ad imaginẽ et similitudinẽ nostrã Est enim ꝑm Aug⁹. vox patris ad alias ꝑsonas ad insinuandũ ingenitã nobilitatẽ humane creature. fecit enim eam ad imaginem suã que pertinet ad potentias naturales scz memoriã que refertur ad patrem. Intelligentiã que refertur ad filiũ Et voluntatẽ que attribuitur spiritui sancto. Et sic imago cõsistit ꝯtum ad esse in suis naturalib⁹ Similitudo vero que ptinet ad habitus sequentes scz innocentiã iusticiã ⁊c. est quedã ꝓfectio imaginis q̃ cõsistit in gratuitis et gratia que perficit naturã Ex quo sicut sequit̃ q̃ imago ꝯtũ ad bene esse cõsistit in gratuitis in quib⁹ est ipa similitudo. Ex quibus ptz ineffabilis dignatio diuine que nos imagine sua insignitos ordinauit ad cõmunicatõnem eterne bratitudinis ad fruitionẽ summe trinitatis ꝓinsepabilẽ vnionẽ feruide charitatis velut quoddã vinculũ matrimonij spiritualis. hinc enĩ et spõse sue naturalez amorẽ summi boni viscerosius impressit. Patet in q̃ inscrutabilis diguitas humana que sua ingenuitate ⁊ diuina bonitate suskollitur ad diuinum cõsortiũ. Sed o in gratitudinẽ abbominandã qui ad has nuptias erant inuitati nõ fuerunt digni Homo enĩ cum in tanto honore esset nõ intelexit id est nõ aduertit q̃ creauit euz deus in iusticia naturali ita q̃ nulla rebellio fuisset in viribus sensitiuis ad rationẽ. Sed omnimoda subiectio ita q̃ temptatõnib⁹ sine difficultate resistere potuisset ⁊ libere diuinis amplexibus intendere. Sz de merito peccati cõparatus est iumentis insipientibus ⁊ similis factus est illis eo q̃ elegit vitã voluptuosam et terrenam que vocatur vita pecudũ ꝓmo ctbicoz. eo q̃ solum intendit comodo corpis et sic indignus iudicat̃ his intelligẽtie. Secũde nuptie sũt humanales ĩ incarnatõe christi cõtracte. vidẽs enĩ dñs dñantiũ se dereliclo ipam animã meretricari cũ vniuersis creaturis. ne penitus intento fine frustrarel̃. se dignatus est exinanire ⁊ inseparabili glutino vnire sibi naturã humanã illam exaltando. se humiliando. illã deificãdo. et omnibus creaturis angelicis ꝓferendo. vt vel sic visibilis specie nature similitudine viscerosius sibi copularet humana corda ac mortis acerbitate paternũ furorẽ placaret ⁊ ad veniã ꝓuocaret. Et hec quidẽ nuptie celebrate sunt in thalamo ventris virginalis. Vnde ad earuz cõplementum laborauit in fame et siti in frigore ⁊ nuditate in fatigatõne et predicatione in oblocutõne ⁊ ꝓsecutione. ⁊ tãdem in passione et amarissima morte dulcis amator occubuit vt sponsam suam fedam ablueret sanguine. odiosaz recõciliaret passione. seruitute subditaz redimeret morte squalidam saginaret corpe. ⁊ nobilitati pristine restituã ꝓflua cõplecterel̃ charitate. Vnde merito deuotam sponsaz ad reddendã vicissitudinẽ ꝑstite dilectõnis ꝓuocaret in psalmis dicens. Audi filia scz ꝓmissiones sponsi multiplices in sacra scriptura quas fideliter adherentib⁹ repromisit credẽs q̃ omnes ꝓficientur inte si ꝓseueraris. Et vide id est cõsidera in multis ꝑdecessoribus habundanti⁹ impleta etiam in vita ꝑsenti in qua multis amplexibus spiritualibus ⁊ familiaritatibus suauissimis cõsolatus est suos fideles ꝓs horridos scz cõuersos. De quo numero ꝓmo mihi occurrit illa magdalena quaz ꝓ⁹ tanta scelera que ab euãgelista dicta sunt demonia. ad tantam diuinam familiaritatem ⁊ amoris plenitudinem venisse mirari nõ sufficio. Sequit̃. Et inclina aurẽ tuam scz ad humilem obedientiã. Et obliuiscere populum tuũ scz ꝯtum ad affectum carnalem socialem vel etiã naturalem vt solus vigeat affect⁹ charitatis. Et domũ patris tui. i. etiã effectu fuge ꝙuersationẽ humanam. quia difficillimũ est cũ iniustis iuste viuere. qz multos sollicitat societas nephãda. Et cõcupiscet rex decorẽ tuum Subdit q̃ causam mouentẽ. Quia ipe est nõ solum rex et sponsus tuus sed et deus

tuus creator omniū qui te querit amplecti et in sponsam sumere. Ecce quales nuptie parate sunt in recreatōe humane nature sed qui inuitati sunt fecerūt se indignos. quare? Precium inquit meū cogitauerunt repellere quasi vilipendentes redemptionē tam copiosam cum tamē ego cucurri in siti. Ipi vero quidē benedicebant ore sed corde suo maledicebāt. O ingratitudo merito detestāda ¶ Tercie nuptie sunt carnales quas christus instituit vt carnales z molles. luxurie voraginē declinarent. nam matrimoniū principaliter institutum est in officium nature et in sacramentum ecclesie. vt scz proles procreetur quod est officium nature quia natura intendit prolem vt in ipa saluaf bonū speciei sed in prole put est bonum sacramēti matrimonij supadditur q ples suscepta vlterius ordinetur in deum. Unde actus cōiugalis tantū duobus modis fieri pōt sine peccato. Primo modo causa debiti reddendi vel exigendi vt caueat fornicationem in cōiuge. Secūdo modo causa p lis procreande z hoc ad cultum dei alias enim staretur in creatura q sine peccato esse nō potest. vt dicit doctor sup. iiij. dis. xxxj. alias dū queniunt est ibi ad min⁹ peccatuz veniale. qz est ibi q̄daz superfluitas nec ad hoc est matrimoniū instituruz nisi fm indulgentiam que est de peccatis venialibus que essent extra matrimoniū peccata mortalia. Ad has ergo nuptias vocati sunt carnales sed etiā effecti sunt indigni qui sacramento hoc abutunf multi pharie multisq modis sicut patet supra latissime. ¶ Quarte nuptie sunt eternales ad quas licet omnes sunt vocati. multi tamen se excusant operibus qui tamen pperare videntur affectibus. Quas nuptias reddunt pmendabiles. Primo spōsi magnitudo quia filius est altissimi regis non terreni sed eterni. De quo sponsa in Canticis interrogata qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcra mulierū satis iactantur respondit. dilectus meus candid⁹ per innocentiam et rubicundus per charitatem electus ex milibus. Nunquid ergo Petrus est dilectus vel Paulus aut Johannes baptista electus ex milib⁹ sanctoruz aut Michael electus ex milibus angelorum. Non inquit. Sed cum ptransissem eos paululum inueni quem diligit anima mea qui est electus ex id ē pre milibus angelorum vel hominū. Unde qui dixerunt totum vniuersum esse velut vestigiū creatoris fecerūt nos intelligere remotissimā distantiā illi⁹ ab vniuerso⁹ dederūt vnde cūq occasionē imaginār magnitudiez supmagnitudiez vniuersi incōpabiliē eminētē. O q̄d erit tali spōso tāardentissima caritate iugiter amplecti. liberalissima familiaritate copulari cum se sentiet anima fidelis veraciter ab eo mille millesies plus diligi q̄ a seipa. et ab omnibus alijs celicolis nec p vicissitudine reciproci amoris vnum reddere se posse pro mille milibus. Secundo vero sponse pulcritudo. nō enim sponsi formositatez laudare necesse est cū ois pulcritudo suauitas z omne desiderabile ab eo pfluit velut a fonte plenissimo. Sed pulcritudo sponse nobis pmendāda pponit. Quā si dixerim⁹ eē vnāquāq̄ animā beatificandā a deo. noli mirari cum z sponsus p ea recuperanda debellauit hostē sponsaz arripuit z occubuit. Cui⁹ etiā pulcritudinē describit Mat. xiij. dicēs. Tūc fulgebūt iusti sicut sol in regno pris eoz. Lyra ibidē. Et hoc ppt dotē claritatis ab aīa in corp⁹. Dicit enī doc. s. sup. iiij. dis. xlviij. Q. claritas corpis causabit ex gloria aīe ī corp⁹. et qz q̄d recipit ī aliquo nō recipit p modū influētis sed p modū recipientis. Ideo claritas que est in aīa spiritualr recipit ī corpe vt corpalis. Et fm eaz aīa erit maioris claritatis fm magis meritū. ita etiam erit differētia claritatis in corpore. Unde in corpe glorioso agnoscetur aīe gloria sicut in vitro color infusus. Cum igit in futuro sol septempliciter clarior erit sicut lux septem dierū vt dicit Ysaie. xxx. Cuius claritati cōparantur corpora sanctorum glorificata refulgentia ex redundantia glorie aīe. Quanto tūc putas gloria coronabit ipa fides aīa vt meritus cupiscat rex decorē ei⁹? licet

speciali prerogatiua beata mater christi debeat hec spōsa censeri cui soli veraciter congruit illud Canticoꝝ. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō est in te que ꝓmeruit quia ꝑm Hubertinū glorie virginalis plenitudo precellit gloriā omniū sanctoꝝ et angelorū. Tercio reddit nuptias has cōmendabiles. cōuiuij plenitudo. Naꝫ in primo refluxu oculorū ad illud dulcifluuꝫ obiectū diuinitatis tota felicitas infunditur vel potius illi beatitudini immergitur ita ꝙ omnes virtutes anime erunt in ꝑfectōnibus suis et erit vnaqueqꝫ virtus in suo actu ꝑfectissimo quarum erunt delitie et gaudia et sic permanebūt in vltimitate sue perfectionis ⁊ actualitatis. Similiter et vires exteriores quibus anime operantur ꝑ corpora liberabuntur a malo potentialitatis ⁊ erunt in vltimitate ꝑfectionū suarum et actualitatū. vide plenius infra Quarto vocatorū multitudo. nullus enī ibidē refutat̄ nec cecus nec claud⁹ nec debilis nec pauꝑ. Solus infelix peccator reprobat̄ ⁊ eijcit̄ ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ in tenebras exteriores Cuius rō est qꝛ sponsus et sponsa dicunt veni et qui audit dicat venio. Cum enī crescente numero crescit leticia. multiplicatur opulentia ita ꝙ quis diligit ꝓximū sicut seip̄m ⁊ gaudebit de bono ꝓximi sicut de suo. Sequit̄ ex hoc ꝙ innumerabilis multitudo ꝯuiuantiū in effabilem leticiam germinabūt. De eis q̄ ad has vocati nō sunt digni.

Dominica. xxi. Ser. ci.

Domine descēde priusq̄ moriatur filius meus Joh. iiij. Sicut docet experientia duplicem nobis infirmitatē originale peccatū inducit corporalē scꝫ et spiritualē. Quantum enim ad primū dicit doctor sanct⁹ super. ij. sententiaꝝ. dis. xix. ꝙ homo fuit impassibilis simpliciter ⁊ passibilis ꝑm quid scꝫ si peccaret. Quia licet caro ei⁹ mollis erat et diuisibilis tamē per iusticiā cōtinebatur a tali passione dum sibi a nociuis cauebat quod si nō faceret peccaret. Unde per diuinā ꝓuidētiam ab omni violentia extrinseca cōseruabatur illesus ita ꝙ nec diabolus ei nocere potuisset nisi ꝑsuasione callida cui tamē sine difficultate resistere potuit ⁊ per cōsequens erat immortalis simpliciter ⁊ mortalis ꝑm quid scꝫ si peccaret. Que quidā immortalitas causabatur per virtutem quandam anime collatam supra facultatem principioꝝ naturaliuꝫ sic indeficiens esse vt tribueret corpori et perpetuam equalitatē cōplexiōis Secundario vero subueniebat lignū vite cuius virtute alimentū assumptum in ꝑfectam assimilationem adducebatur ⁊ deperditum perfecte restaurabat. Quantū etiam ad secundū dicit ibidem dis. xxx. ꝙ finis ad quem ordinatus est homo est vltra facultatem create nature scꝫ beatitudo que in dei visione cōsistit. oportuit ergo naturam humanam taliter institui vt homo non solum haberet id qd̄ ex principijs naturalibus ei debebatur sed etiā aliquid vltra per quod facile in finem perueniret ⁊ quia vltimo fini adherere nō poterat nec ad ip̄m tenendum peruenire nisi ꝑ supremam partem suam que est mens intellectus vel ratio in qua est imago dei insignita. ideo vt illa pars libere possꝫ in deum intendere subiecte fuerant sibi partes inferiores vt nihil in eis accidere posset quod mentem impediret ab itinere in deum. Similiter et corpus hoc modo dispositum erat vt nulla passio in eo accideret per quam cōtemplatio mentis impediretur. Sed facta deordinatōne a fine per peccatum hec omnia in humana natura esse desierunt et relictus est homo in illis tantum bonis que eum ex principijs naturalibus sequuntur et sic relictus est infirmitatibus spiritualibus et corporalib⁹ Descende ergo domine. Domine descende prius q̄ moriatur filius meus. Cum de se patet historia sensum misticum inquiramus. Quo duplex mors spiritualis pōt assignari. Una quā ductu vel impulsu ꝯcupiscētie tīoris fauorꝫ amorꝫ ⁊c̄. ꝑ actū pctī mortalis incurrim⁹ ex sola quadā

violentia passionis. Et quia cõseruatio habitus virtutis in subiecto non requirit cõtinuationem actus. eo ꝙ actu ꝯtrario supueniente non statim habitus acquisitus excluditur. ideo de facili potest reflecti et reduci ad statum pristinum. Et hec potest dici mors spiritualis prima quaꝫ incurrimus amissa charitate sed cito recuperamus eam digno fructu penitentie. De qua morte figurate dicit domin⁹ Nõ enim mortua est puella sed dormit. Dormit enim christo per quẽ cõcito est resuscitanda. Qua quidẽ mortuus nisi roget efficaciter dominũ vt descẽdat priusq̃ moriatur secũda morte aĩa statim subsequit̃ mors secunda quã sibi coaceruãt ꝑ actualem cõtemptum dei cõquesitũ ꝑ habitum cõtrariũ in multiplicatõne viciorũ. Prouerbioꝝ. xviij. Imperi⁹ cũ in ꝓfundũ venerit peccatoꝝ cõtemnit et inde sequit̃ illud horribile ibidem. ij. Qui letantur cum male fecerint et exultãt in rebus pessimis

C De qua duplici morte dicit doctor sanct⁹ scda scde. q. xxiiij. ꝙ charitas est que vita spiritualis duplicit̃ amittit̃. Vno modo indirecte quãdo cõmittitur aliquid charitati cõtrarium ꝓpter passionẽ aliquã cõcupiscentie vel timoris. et hoc modo contra charitatẽ faciens charitatẽ amittat sꝫ eam cito recuperat sicut Petrus dũ christum negauit. De quo dicit Gerñ. ꝙ charitas in Petro nõ fuit extincta sed sopita. Quod accepit Gerñ. ex verbis leonis pape dicẽtis in sermone quodã ad petrũ negantem. Vidit in te dñs nõ fidẽ fictaꝫ nõ dilectionem auersaꝫ sed cõstantiã fuisse turbatã habundauit fletus vbi nõ deficit affectus et affect⁹ charitatis lauit verba formidinis. Alio mõ per actualẽ ꝯtemptum. et hoc modo Petrus charitatẽ nõ amisit. et sic mortẽ secundã nõ attingit. a qua quãq̃ ꝑ gratiã resuscitari difficillimum iudicauit Apl̃us Hebre. vj. dicens Impossibile est eos qui semel illuminati sunt gustauerũt etiam donũ celeste et ꝑticipes facti sunt spiritussancti et prolapsi sunt id est ꝓcul lapsi ꝑ cõtemptuꝫ rursum renouari ad penitentiã. Cui⁹ causam subdit vicens. terra enĩ sepe sup̃ se venientez bibens ymbrem. Sequitur. et ꝓferẽs spinas et tribulos reproba est et maledictio ꝓxima cuius cõsummatio in cõbustionem Hĩc mater ecclesia cui p̃sens thema asscribim⁹ exposcit descensum dñi ad filios priusq̃ morte secunda moriant̃ et hoc per timorem. aduersitatẽ infirmitatẽ. internã inspirationem. vel per quecũq̃ alia que reuocare possunt ad emendã. Sicut respexit dominus Petrũ et fleuit amare. Hec enim mors prima vt in pluribus nõ est ad mortem sed spiritualẽ resuscitationẽ pro gloria dei. Secũda mors igitur principaliter primo inducitur per spiritũ blasphemie. de qua dicit sanctus Tho. scda scde. q. xiij. ꝙ nomẽ blasphemie videt̃ importare quandã derogationẽ excellẽtis bonitatis et p̃cipue diuine. Deus enim vt dicit Dionisius. j. ca. de diuinis nominib⁹. est ip̃a essentia bonitatis. Vnde inquit deo cõuenit pertinet ad bonitatẽ eius ⁊ quicquid ad ip̃m nõ pertinet longe est a rõne perfecte bonitatis. Tribus ergo modis blasphemia cõmittitur. Primo cũ aliq̃d attribuit̃ deo quod ei nõ ꝯuenit scꝫ ꝙ saluabit hominẽ etiam impenitentẽ ⁊ in peccatis ꝑseuerantẽ. Secundo quãdo remouetur ab eo quod ei cõuenit scꝫ ꝙ non sit summe misericors impenitentes et ꝙ nec aduertit humanos actus nec detestet̃ vicia. Tercio cuꝫ creature tribuitur scꝫ diabolo quod soli deo cõuenit sicut sortilegi faciunt et sic deuulgãt diuine bonitati vnde opponitur cõfessioni fidei ⁊ habet in se gratuitatẽ infidelitatis si fit s̃m solã operationem intellectus. aggrauat vero peccatum si fiat cum quadã affectus detestatione. quia tunc intendit inferre nocumẽtum honori dño ⁊ sic grauius peccat q̃ homicida. Vnde super illud Isa. xliij ad populum terribilem. dicit glosa ꝙ omne peccatum blasphemie cõparatum leuius est. Attendant hoc miseri obstinati cecati bibuli et presertim taxillatores in aduersitatibus blasphemantes nomẽ dei ⁊ in despectum diuine maiestatis malicias suas ingeminantes ⁊c̃. Vnde plerunq̃ solet

dominus etiam in presenti punire vicium istud. vt patet. ij. Iachabeoz. ix. in Antiocho rege. Quia cum blasphemia magna festinaret hierusalem vt spoliaret tẽplum dei percussus est a deo et apprehendit eum dirus dolor viscerũ et vermes scaturirent ita q̃ fetore illius exercitus grauabatur nec ipe fetorem suum ferre poterat Et vide horribile quod sequitur tũc orabat sceleſtus dominum a quo nõ esset misericordiam cõsecuturus. Nam sero penituit quia iam iudicatus fuit vt dicit Josephus. Dicunt enim doctores cõmuniter q̃ eius penitentia nõ fuit vera. quia non fuit ꝓpter offensam dei sed propter euasionem flagelli. Et blasphemus et homicida miserabili morte vita functus. vide etiam bonauenturam supra. Secundo vero inducitur per odium diuine iusticie. de quo ps. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper Ecce q̃ execrabile malum operatur plena conuersio ad peccatum. Dicenim diuinam odiunt iusticiam quam volent impotentem esse ad vindictam. Ad cuius euidentiam doctor sanctus mouet questionem sc̃da sc̃de. q. xxxiij. Vtrum deus possit odio haberi dicente christo Joh̃. xv. Nunc aũt viderunt et oderunt et me et patrem meum. Ad quod respondet ibidem. Q. odium est quidam modus affectiue potentie que non mouetur nisi ab aliquo reprehenso. Deus autem duplici ter potest ab homine apprehendi. Primo sm seipm puta cum per essentiam videtur per quam est ipa bonitas quaz nullus habere odio potest & impossibile est q̃ aliqs videns deum per essentiam eum odio habeat. Secundo videtur per effectus suos quorum quidam sunt q̃ nullo modo possunt humane voluntati esse cõtrarij. cum esse viuere intelligere sit omnibus appetibile et amabile sm hoc q̃ apprehenditur vt horum dator effectuum nõ potest odio haberi. Sunt autẽ quidam effectus dei q̃ repugnant inordinate voluntati sicut inhibitio peccatorum afflictio penarum &c. Et per cõsiderationem talium effectuum ab aliquibus deus odio habetur. Non tñ quicunq̃ odit penas deum odit quasi penarum actorez quia multi licet odiunt penas patienter eas tamen ferunt ex reuerẽtia diuine iusticie. Sed prumpere in odiũ dei punientis hoc est odio habere dei iusticiam quod est peccatum grauissimũ. Unde Gregorius. xxv. moraliũ. Sicut nonnũq̃ grauius est peccatum diligere iniusticiam q̃ perpetrare ita nequius est odisse dei iusticiam q̃ non fecisse. Sic Achab odiuit prophetam domini quia non ꝓphetauit ei bonum. iij. Re. xxij. Sic puer annoz quinq̃ prorupit in blasphemiam dei grauatus infirmitate et traditus est diabolo vt habetur in dialogo Gregorij. Tercio preterea inducitur per odium fraterne gratie multi nanq̃ quod maxime deflẽdum est inuident pfectui & multiplicatõni christiane relegionis et pbitatis cũ vicijs et irrisionibus detractõnibus & persecutionibus personas religiosas inuastantes et hoc est signum potissimũ diuine reprobationis. Quam enim execrabile sit hoc vicium satis ostendit vindicta puerorum. iiij. Re. ij. Cum enĩ ascenderet Heliseus vt iret in bethel pueri paruuli egressi sunt obuiam qui edocti erant a parentib⁹ idolatris vt subsannarent ꝓphetas dñi. eo q̃ cultores dei odio habuerunt. Videntes ergo ꝓphetam ascendentem esse caluum subsannauerunt dicentes. Ascende calue. Et maledixit pueris vt eorum parẽtes in ipis punirentur et parentum malicia amplius nõ imitarentur. Venetũq̃ duo vrsi et lacerauerunt ex ipis quadraginta duos. Si ergo talis pena pueris irridentibus retribuebatur qualis putas nunc senibus inuidentibus reseruatur. Nimirum cum sit vicium penitus diabolicum quorum partem gerunt. tristantur enim de salute aliorum et de perditõne letanr. velut eorũ volũtati execrabiliter cõfederati. Quarta denicq̃ sc̃da mors inducitur per omne vicium inueteratum cõsuetudine. Dicit enim Augustin⁹ in libro cõfessionũ q̃ ex voluntate prouersa facta

est libido et dum seruitur libidini facta est cōsuetudo et dum cōsuetudini nō resistit facta est necessitas. O detestanda necessitas qua cōpelluntur plerunq; dicere despe rauimus scz resipiscere. et ideo cōcupiscē tias nostras ibimus et sic efficiunt incorrigibiles cecati in malicia que preuidere nō sinit peccatorum grauitatem aut futuram calamitatem. Quia dicit Augustin⁹ in Encheridion q; peccata q̄uis magna aut pua eē aut nulla credunt vsq; adeo vt nō solum nō occulteanda. verum etiā predicāda diffamandaq; videantur. Ista enī oculata discimus experientia. Nam ꝓpter maledictam cōsuetudinem peccatum fornicatōnis simplicis a plerisq; vix ꝙ peccato reputatur. Imo potius adulteriuz quasi scandalū nullum vel peccatū frequētatur quos tamborribili iudicio lex iubet esse feriendos. Sic maledicta vsura z rapina iniusticia ludus aleaꝝ et similia horrenda quasi nulla reputantur inualescēte praua cōsuetudīe. Quare dicitur in decretis dis. viij. Mala cōsuetudo non minus q̄ mala corruptela vitanda est. quia nisi citius radicitus euellatur in priuilegiorū ius ab impijs assumitur ⁊c.

Dominica xxij Ser cij

Sic pater meus celestis faciet vobis Mat. xviij. Cum dicit Augustin⁹ in epistola ad quendam comitem. dicit q; nullum scelus coram deo tā abhominabile sit q̄ peccata vnicuiq; vestrum dimissa reminiscēdo gaudere et inde exultare Cōuenienter queri potest. Vtrum peccata dimissa redeant in eo que recidiuat presertim cū dicitur Ezech. xviij. si auerterit iustus se a iusticia sua omnes iusticie sue quas fecerit nō recordabuntur. Et magister in. iiij. sententiarū dis. xxij. quo nihil aptius. Qui inquit diuini beneficij oblit⁹ suas vult vindicare iniurias nō solum de futuris peccatis veniam nō merebit. sed etiā preterita que sibi dimissa credebat ei ad vindictaz replicabuntur quod etiam dominus ostēdere videtur in euāgelio presenti. Ad qō respondet doctor sanctus vbi supra. Q; aliquid potest redire dupliciter. Primo in se et sic peccata dimissa nullo modo redeunt q̄tum ad maculam z per cōsequēs nec q̄tum ad reatum. Secundo mō in suo effectu z hoc modo peccata dimisse redeūt in q̄tum ex peccatis dimissis aliquid relinquitur in sequentibus. Et ex hoc enim q; homo deum per peccatū offendit post remissionem precedentiū peccatoꝝ quandā deformitatem ingratitudinis act⁹ sequētis peccati acquirit. Et ideo dicitur omniter q; redeunt q̄tum ad ingratitudinē Vnde magister sententiaꝝ ibidē. Ideo dicunt dimissa redire q; ꝓpter ingratitudinem ita reus et peccator cōstituitur vt antea fuerat. Precipue tamē redire dicuntur ꝓpter quatuor vicia. Vnde versus Fratres odit apostata sit spernitq; fateri Penituisse pidet pristina culpa redit. Et hoc ideo. quia nō solum sunt cōtra remittentem peccata sicut omnia alia sed sunt etiam cōtra remedium quo peccata dimittuntur quorum remissio attribuitur fidei cui opponitur apostata. Secundo charitati cui opponitur odium fraternum. Tercio penitentie cui opponuntur alia duo. Et ideo specialiter habent rationē q; faciunt redire peccata vt sonare videt euāgelium de quo sumpsimus verba ꝓposita. Sic pater meus celestis ⁊c. Petrus audiens de remissione iniuriarū interrogauit dominū dicens. quotiens in me peccauerit frater meus et dimittā ei vsq; septies? Cui dominus. Nō dico tibi vsq; septies sed septuagesies septies id est totiens quotiens offenderit. Ne ergo quis vilipēderet eius responsionē subiunxit hanc parabolam in qua ad terrorem retentōnis offense z remissionis iniuriarū emendatōes ostendendā principaliter tria ꝓponit scz humanā citationē ad reddendā ꝙ debitis rationē. diuinā miserationē ꝓpter humane ꝓtritionis humilē exhibitionē. Et finalem damnationē ꝓpter iniurie illate seueā

retentionē. Primo inq̄ proponit huma-
nam citationem ad reddendā pro debitis
rationē. Dicitur enī q̄ oblatus ei est vn⁹
hec oblatio fit ꝑ instantē infirmitatez vel
periculū aut a deo immissam cōpunctiōz
quibus quisq̄ reuersus ad cōscientie scru
tinium inuenit se criminibus infinitis ob
ligatū et impotentē ad soluendum. Quid
aget miser horrēs carcere ⁊ ignorans fu-
gam reuera dicere potest. Angustie mihi
sunt vndiq̄. Quia iubet eum dn̄s venun
dari. Remigi⁹. id est sentit ī scripturis q̄
tales iussit dn̄s venundari. id est eterno
incendio mancipari ac seruum malignorū
spirituū fieri. Nec solū vir id est spirit⁹ vl
ratio sed etiā vxor eius iussa est venunda
ri scz cōcupiscentia ex qua cōcipiunt̄ mali
filij. id est cōsensus et opa praua vel vxor
id est caro cuius ad spiritū debet esse cō-
uersio vt seruiat nō vt seruiat̄. quia vt di
citur ad Ro. viij. Si ſm carnem vixeritis
moriemini et tunc oriunt̄ mali filij scz pra
ua cogitatio feda delectatio lubrica affe-
ctio criminosa operatio. Quia igitur spi-
ritus cōsensit carni vsq̄ ad cōsummatō-
nem peccati. ideo nō solum spiritus sed ⁊
caro tota cum vicijs tradet̄ incendijs qd̄
est horribile. quia licet pena soli⁹ spiritus
vel anime sit adeo grauis q̄ vt dicit doc.
sanctus sup. iiij. dis. xxj. q̄ q̄tum ad dupli
cem penam scz sensus damni. minor pena
purgatorij excedit maximā penā hui⁹mū
di. Dicit tamē Aug⁹. in sermone quodam
q̄ multo maiores penas passuri sunt. cuz
animab⁹ corpora cōiuncta fuerint in qua
rū cōparatione tales dicit esse penas q̄s
modo patiant̄ anime qualia sunt somnia
hominū qui torquentur in somnis vbi aīe
eorum qui dormiūt patiuntur caro nō pa
titur. respectu penarū quas cōiunctis cor
poribus patient̄ ac si vigilans quisq̄ tor
queret̄ cuius pena incōparabiliter acrior
expitur. Et tunc adijcietur viciorum nu-
merositas. O vere citatio expauenda sed
nō spernenda quia nō ꝓcedit ex vindicte
liuore sed ꝯuersionis amore. Felix qui cū
Ezechia dn̄m audiens dicentē. Dispone
domui tue quia morieris ⁊c̄. Cōuertit se
ad parietem id est peccatorū ꝯgeriē flens
fletu magno ⁊c̄. Secundo diuinā misera-
tionē sup humane cōtritōis humilē exhi-
bitionez. Procidēs enī seruus. ecce humi
litas quā ostendit rogabat eum. ecce con
fessio cōtritiosa quā rogando mōstrauit ⁊
veniaz quā inuenit. Patientiā inquit ha
be in me et omnia reddam tibi. Ecce satis
factio quā ꝓmisit. Et ideo domin⁹ omnia
cōdonauit. Notandū ergo q̄ triplex ē pa
tientia dei. Prima est qua tollerat repro
bos misericorditer quo ad ip̄os vt cōuer-
tantur. et vtiliter quo ad bonos vt ꝑ eos
exerceant̄ et purgentur. Dicit enīz Aug⁹
q̄ omnis malus aut ideo viuit vt cōuer-
tatur aut ꝑ illuz bonus exerceatur Vnde
ad Ro. ix. Sustinuit in multa patiētia va
sa ire apta in interitū ignis eterni. Secū-
da patiētia qua expectat p̄destinatos ad
gloriam sed adhuc auersos eoꝝ vltionem
suspendēs. Sicut dicit Apl̄s de seip̄o. ij.
ad Thi. j. Misericordiā cōsecutus sum vt
in me primo ostenderet christus omnē pa
tientiaz ad informationē eoꝝ qui creditu
ri sunt illi in vitam eternaz. Tercia pa
tiētia est qua cōuersis ad se indulgeat spa
cium vite vt faciant fructus dignos peni
tentie vt vere dici possit patiēs et multuz
misericors. Vnde in augmentū impendē
de pietatis nō soluz dimisit eum sed om̄e
debitum dimisit ei. Sic enim ſm Bern̄. ex
toto dominus indulget et tam liberaliter
omnem delet iniuriam vt nō damnet vl-
ciscendo nō cōfundat improperando nec
minus diligat in putando. Sunt enī aliq̄
sic donantes iniuriā vt nō vlciscantur se-
pius tamē improperāt Sunt et alij qui li
cet sileant tamē alta mente repositum et
rancorē tenēt in aīo quoꝝ neutra plena ē
indulgentia. longe ab his omnibus beni-
gnissima deitatis natura liberaliter agit
plenarie ignoscit. Testis est illa famosa
peccatrix cui in ip̄o cōuersionis initio tā-
ta dilectōnis multitudo cōcessa est tanta
postmodū gratia familiaritatis indulta.
sed ve miseris ingratis qui diuinam pie-
tatē agnoscentes abutuntur eius longa-
nimitate et patientia in sup̄bia ⁊ abusione

eo q̄ super eos nō venit cito diuina vin-
dicta. Juxta illud ad Hebre. vj. Rursuz
crucifigentes sibimetipis filiū dei ⁊ ostē-
tui habētes. Glosa id est q̄tum ad seipos
non enim crucifigunt christum sed similes
sunt crucifixoribus et irrisoribus. In se
enim crucifigunt filium dei qui gratiā ei⁹
vilipendentes in peccatis iacent ⁊ osten-
tui habent qui p̄ modica dilectōne ⁊ mo-
mentanea. beneficiū passionis eius vili-
pendunt. Sz audiant illud apostolicū ad
Ro. ij. O peccator ingrate ignoras q̄m be-
nignitas dei ad penitentiā te adducit. sm
autē duriciā tuā et cor impenitēs thesau-
rizas tibi iram in die ire ⁊ revelatōis iu-
dicij dei. nec mirū q̄ dicit Bernū in sermo
ne quodam sup̄ Cantica. O gratiarum
cessat decursus vbi recursus nō fiūt gra-
titudinis. Nec modo nihil auget ingra-
to sed quod accepit vertetur ei in p̄niciē.
Fidelis autē in modico censet̄ dignus mu
nere ampliori. Sic Saul ingratus diuinis
beneficijs reprobatus est. Tercio ꝓpo-
nit finalē reprobationē ꝓpter illate iniu-
rie severam retentionē. nō enim dimissis
sibi misericorditer multis nec pauca p̄ bo
nore ⁊ amore dimittentis sibi dimittebat
Nam omne debitum q̄ō in nos p̄rim⁹ cō-
mittere possz respectu debiti quo nos deo
obligamur vix sunt centuz denarij respe-
ctu debiti decem miliū talentoz cū centū
denarij centesimā partē nō faciunt vnius
talenti. Pondus enim talenti maioris cō
tinebat centū viginti libras. Ecce q̄d p̄t
appetitus vindicte retentus. Dñs enī qui
nō legitur iratus ꝓpter debitū decēmiliū
talentoz̄ iam irasci dicit̄ sup̄ seruū ꝓpter
retentum vindicte motū. Quid aūt est do
minū irasci nisi vindictā malorum expete
re ad modū irati? Nam iratus dñs repen
te tradidit eum tortoribꝰ eternaliter cru-
ciandum. Quia iudiciū sine misericordia
fiet ei qui nō fecerit misericordiā in illate
iniurie remissionē. Mirū quoniaz sicut
homo similis efficit̄ christo dulcedīe cha-
ritatis que ē virtutū excellentissima. Sic
p̄cise diabolo similis efficitur amaritudi-
ne rancoris que detestabilior iudicat̄ oīm
viciorum Et ideo sicut charitas nunq̄ ex-
cidit in regno sic nec invidia in tormento
Vnde ī detestationē invidie depinxerūt
eam romane p̄ro informatōne laycoꝝ ve-
lut imaginē nudam habentē faciē pallidā
et oculos venenosos. Tercio ore porcino
Quarto cum gladio in ore gerente. Quī
to in dextra manu apem et in sinistra cor-
uum rapacem que nobis invidie malicias
euidenter exp̄imunt. hec enim imago nu
da ponitur quia charitate q̄ vestis est nu-
ptialis. omnino p̄rivatur et omnibus vir
tutum habitibus. Pallidam etiam p̄ten-
dit faciem quia p̄prium subiectum marce
scit et corrumpit. Et oculos gerit veneno
sos qui quecunq̄ bona videntur ab inimi
co semper inficiunt̄ oculo p̄rauo. Sicut il-
li qui dixerunt. In beelzebub demonioꝝ
ejicit demonia. Os p̄inde porcinū habe-
bat quia licet porci vident lacum paludi-
nosum stratum floribus eorum tamē dul-
cedinem ⁊ odorem nō aduertunt sed illaz
immundiciam euertentes flores cōculcāt
fetores excitant et ibidez requiescūt. Sic
invidus licet videat quedam vtilia ⁊ edi
ficatoria ab alijs ista tamē cōculcat peio-
ra discutit ⁊ in illis requiescit. Et per cō-
sequēs gladiū in ore circūfert quia p̄rimū
gladio detractōnis interficit. Gerit autē
apē in dextra quia sicut apis in anteriore
parte id est in p̄sentia mel colligit per fi
ctas blandicias et adulatōes. In poste
riore parte id est in absentia aculeo ranco
ris pungit. detractōnes ingeminando et
derogatōnes. Hinc sequitur corvus in si
nistra rapax auis et clamorosa. quia de-
tractionibus suis rapit bonam aliorū fa-
mam. dimissis tamē singulis gratia brevi
tatis ad detractōnis vicium cōuertamur
tanq̄ magis detestandum. Nam fm Al-
bertum magnū in secunda parte de mira
bili scientia dei detractio quādoq̄ est lici
ta quandoq̄ veniale peccatum quandoq̄
mortale. Licite fit quatuor modis. Pri-
mo ad instructionem p̄sentium vt cave
ant perficere similia. Secundo ad eorum
cautelam ne decipiantur ex talium socie-
tate mala. Tercio ad vtilitatē absentium

vt eis vlterius referatur ꝑ correctõe fraterna. Quarto ex cõpassione vt alios moueat ad orandum ꝑ emendatione eorum. In his tamẽ obseruari debent debite circumstantie. Est autem veniale peccatum quando fit ex leuitate non ex malignitate nisi grauiter lederet famam alterius. Tercio deniq; mortale iudicatur cum absenti detrahit ex malignitate ⁊ animo nocendi. quia tunc intendit auferre famã alterius. et sic iudicatur grauius peccatuz q̃ furtũ vel rapina. vt dicit Gerson. Grauius peccatũ est q̃ comestio carniũ in diebus veneris vel ieiunij. His ergo dominꝰ dicit in p̃s. Sedens aduersus fratrez tuũ loquebaris et aduersus filium matris tue ponebas scandalum. Existimasti inique ꝙ ero tibi similis ⁊c̃. Unde tenetur ad restitutionem fame alterius vel ad recõpensationem in retributõne temporaliũ. Sic ergo pater meus celestis.

Dominica. xxiij. Ser. ciij.

Ostendite mihi nũmisma census. Math. xxij. Querit doctor sanctus super. iiij. dis. xvj. Utrum veniale sine ꝯtritione dimitti possit. Presertim cum dicit Gregoriꝰ. Q̃d est aqua ad calorem ignis hoc est veniale ad feruorez charitatis qui potest eẽ sine cõtritione. Potest enim feruenter in deum cõuerti et tamẽ de peccato actualiter nõ dolere. Ad quod respondet ibidem ꝙ q̃uis feruor charitatis possit esse sine hoc ꝙ actu de peccato veniali cogitet explicite. In illo tamẽ motu implicite cõtinetur displicẽtia venialis vnius vel oĩm quia si feruenter in deum fertur displicet ei om̃e quod a deo retardat. Unde potest esse tam feruens motus charitatis in deũ ꝙ omnia peccata venialia cõsumit etiam sine actuali cogitatione ip̃oꝝ. Sicut dñs ait de magdalena. Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. et talis per amorem in deum cõuersio dicitur ostentio. Ostendite inquit mihi. Sed q̃d? nummisma inquid census id est imaginem et inscriptionem. id est similitudinẽ dei exaratam in anima rõnali. et hoc nõ solum per cõuersionem in deum sed etiam ꝑ deletionem macule animã deformantis. Pro quo sciendum vt dicit doctor sanctꝰ. In aĩa duplex potest eẽ macula. Una priuat ⁊ tollat aĩe pulcritudinẽ et talis macula ẽ in peccato mortali quod cõparat hominẽ iumentis insipientibus ⁊ similẽ illis fecit Alia vero macula pulcritudinez nõ tollit que gratiam (que est aĩe decor) nõ aufert sed pulcritudinem obnubilat ne scz exterius appareat sicut faciei per puluerem fedate pulcritudo cõtegitur. et talis macula est in veniali ꝓpter quod impeditur decor gratie ne exterius in actibus ostẽdatur. Ostendite mihi nummisma census ⁊c̃ Quantũ ad sensum literalez Nummisma licet ꝓprie loquendo dicitur ip̃a exaratio scripture et imagĩs que fit in aliquo nummo hic tamẽ accipitur ꝑ toto nummo qui dabatur cesari ꝑ censu vel tributo et vocabatur denarius quia valebat decẽ nummos vsualis monete. eratq; argenteꝰ habens inscriptionem ⁊ imaginẽ regis. Qui tropologice significat animam rationalẽ in qua scz est exarata imago regis eterni qui decorata tribus potentijs naturalibꝰ scz memoria intelligentia et voluntate in quibus est imago trinitatis. Exarata est ibidem quedam inscriptio per digitũ dei septiformem id est septem donorum spiritussancti. et hec est exaratio multiformiũ virtutum que causant similitudinem dei imaginem eius adornantem. Qui denarius nummos decem valere dicitur propter obseruantiam preceptorum decalogi vt sic dignus iudicetur mitti in thesaurũ regis. Math. xix. Si vis vitam ingredi serua mandata. Hanc igitur monetã sibi iugiter postulat ostendi vt videat exarationem eius nec solum sed subinfert. Cuiꝰ est hec imago et superscriptio? Per hoc innuens nos velle sollicitos esse ad eius exarationẽ sedule ꝯsiderandã. Ad nostrã

igitur instructionem sciendum. ꝙ anima velut speculum quoddam lucidissimum ad quodcunqꝫ se cōuerterit eius imaginē et impressionem ꝙ ammodo recipit. Ostendite igitur mihi nummisma dicit diabol⁹ ad falsificandū inscriptionē. Dicit caro ad corrumpendum impressionē. Dicit mūdus ad alleuiandum ponderositatē. Dicit christus ad reformandum defectibilitatē Primo dicit diabolus. Ostende mihi nūmisma scz vt falsificet eius inscriptionē ⁊ dei similitudinē. Suggerit enī vt ad eum se cōuertat mens humana et hoc per malitiam que est perfecta similitudo diaboli ce prauitatis. Hanc enim amplectuntur qui diabolico spiritu instigati fouent inuidiam rancorē odium detractōnes ⁊ similia semina mētis amaricate. Hec est enī via diabolica quā qui ingreditur ei⁹ similitudinē ⁊ maledictionē sortietur. Unde diabolus obsessum Saulem vsqꝫ in finem vite ad inuidiam et odium incitabat tāqꝫ vicium sue nature cōformem si dici liceat nature inqꝫ sz corrupte per peccatū inueterate malicie. Aug⁹ de doctrina christiana. Inuidia vicium est diabolicū quo solo reus est ⁊ inexpiabiliter reus est pseuerabit in eo vicio hoc in ppetuū. nec etiam vnqꝫ excidet ab inuidioso vicijs ceteris cessantibus. Et ideo merito similitudinē quandā diabolicam imprimit sicut charitas diuinam Similē impressionē recipiūt qui ex pura malicia peccant quib⁹ scz malicia placet et nō solum ex affectu delectationis peccati sed etiā ex cōplacentia peccati peccant. qui letantur cuz malefecerīt Dilexisti inquit maliciā. Glosa. nō tantū fecisti sed etiam dilexisti quod est maioris peccati. Sequit. sup benignitatē. Glosa. quia et si benignitas quādoqꝫ tangit animum eius. statim tamē refugit ad malum et sic anime pulcritudine sublata ꝓpriam quoddāmodo imaginem imprimens denarium ipm falsificat inscriptōne pegrina. Secundo dicit caro. Ostende mihi nūmisma vt scz ipm erugine voluptatū corrumpat. Ad quam se cōuertunt qui victi cōcupiscentijs ex infirmitate carnis non ex cōplacentia peccati sed delectationis delinquūt. In quorum psona dicit apls ad Ro. vij. Ego aūt carnalis sum venundatus sub peccato scz prime transgressionis in qua carnis cōcupiscentijs circūdati sumus. Sequit. Cōdelector enim legi dei fm interiorem hominē. Video autem aliam legem in membris repugnantē legi mentis mee ⁊ captiuū me ducentē in legē peccati. Cuius vincula sunt quinqꝫ sensus exteriores a quib⁹ qui regitur. bestijs merito cōparatur cuz ab illis nihil differim⁹ nisi per rationēl'ps. xlviij. Homo cū in honore esset nō intellexit. id est nō cōsiderauit nobilitatē sue cōditionis ꝙ factus sit ad imaginem dei capax ipius p cognitōz et amorem et sic ordinat ad eternā beatitudinē. sed hanc homo carnalis nō intelligens cōparatus est iumentis insipientibus ⁊c. eo ꝙ vitā elegit voluptuosam et terrenā que dicit vita pecudū. j. ethicoꝝ. eo ꝙ solum intendit cōmodo corporis. et ideo similis fact⁹ est illis. quia subtracto honore imaginis nō differt a bestijs bestialez sumens similitudinē p diuina. et hec via illorum scandalum ipis. Sic apte figuratum est in rege Nabuchodonosor. Unde supra. Nam sicut pharao rex egipti similitudine diabolica impressione detestabilis obstinatōis miserabiliter deformatus nullis plagis vel minis flecti potuit ad obaudiendum mandato diuino donec morte terrifica cum exercitu suo feriretur Sic Nabuchodonosor rex vt videt plus ex infirmitate carnis et ignorantia quadam peccans per somnū dumtaxat cōmonatus ꝙ in vitam bestialē cōmutaret ac cōsilio Danielis instruct⁹ ꝙ peccata sua studeret elemosinis expiare statim obediens diuinam vindictam suspendit mensibus duodecim vt patet supra. Et tandē humiliatus gratias agens altissimo a quo flagella suscepit ad pristinū gradū reuocatus est. Sed ve miseris qui bestialez similitudinem immutare dissimilant in diuinam quousqꝫ districtōne iudicij dicetur

eis ostendite mihi nūmisma Tertio dic̄ mundus ostende mihi nūmisma et hoc al/ leuiādum ponderis eius valorem per affe ctū mundani fauoris aut per excellentiā sui status vel virtutis. Cum enim inimic⁹ quempiā per vitā decorosam deficere nō potest. nititur ei⁹ honestatē vel virtuo/ sam conuersationem veneno pegrine intē tionis inficere fauore scz hūano. De qua libet dicit dñs Iath. vj. Attendite ne iu sticiā vrām faciatis coram hoib⁹. Sequit alioquin mercedē nō habebitis. In cui⁹ figura rex Ezechias cū mentē suā ad deū erecta tenuit in orōne mirabiliter exaudi ri meruit dum vero mentem hūano fauo/ ri inclinauit etiā illū habitis beneficijs de us priuauit. Dicit enim doc. iiij. Regū. xx. Q⁹ egrotauit ezechias vsq; ad mortē id ē taliter q̄ per naturā curari non pote rat. Qd ei accidit vt dicit Rabbi Sa. eo q̄ noluit vrorē accipe qđ tamē facere te/ nebat vt linea dauid in regno cōtinuaret ꝓpter quod cōualescens accepit vrorem et genuit manassen. Iussus igit ysaias ait dispone domui tue ꝛc. Et cōuertēs se ad parietem flenit fletu magno. dicēs. ob secro domine memento quomodo ambu/ lauerim coram te in veritate ꝛc. mira res remittitur ysaias a domino dicente. Au/ diui oratōnem tuā ꝛ vidi lachrimas ꝛc. promisitq; ei vulneris sanatōnem vite ꝙ longationem ab hostibus defensionē ꝛ ꝙ miraculū certificationem. Primo dedit ostensionem mirabilem in qua sciret pro/ missionē esse fidelem. Ad ei⁹ enim peritō nem sol vt dicit Dyonisius in epla ad po licarpum. Cum decima hora diei esset re/ pedauit ad orientem alijs decem horis designatis. Deinde rursus decem horis alijs ad occidentem currente sole sed ꝛ re tificialis que duodecim horas habuisset prolongata fuit vt haberet horas. xxxij. Fuit enī horologiū ad cognoscēdū horas per vmbram. Secūdo opposuit curatōnē vulnerum de ficubus ꝙ emplastrum qđ et at naturaliter infirmitatis aggrauatiuū vt sic sanatio mirabiliter appareret. Ter

tio vero tertia die sequenti percussi sunt de exercitu sennacherib obsidentis ciuita tē centū octuaginta quinq; milia virorū Quarto denicq; sanatus eadem die tercia rex Ezechias ascendit in domo domini ꝙ omnibus gratias agens. Post hoc autē caldei qui fuerūt intenti circa cursus side rum accidisse talia contra cursum nature et hoc in argumētum sanationis Ezechie de consilio sapientum Rex babilonis qui fuit metropolis caldeoz misit ad eum mu nera ad sciendum de mirabili retrocessio/ ne solis. Cum enim adorabant solem au/ dientes deum suum regi mortali prebuis/ se obsequium crediderunt eum plus hoc honorandum. Et letatus est Ezechias in epta leticia in aduentu eorum. et sic irre/ psit illa maledicta complacētia humana ostenditq; ei omnia que habebat in domo sua et etiā que secretissime et reuerendissi me seruabantur in templo scz vnctionem regum et pontificum tabulas testimonij et legem vt dicit Rabbi sa. que nollo mo/ do erant gentilibus ostendenda. quā tēp tationem fieri dominus permisit vt elati cordis eius abscondita per factum praui operis fierent aperta. vt tangit ibidē glo sa. Vnde responsionez accepit Ysaias di/ cente. Omnia que sunt in domo tua aufe rentur in babilonem. sed et filij tui erūt eu nuchi. vt patet in textu. Ecce quā seuerā vindictā sumpsit elatio de diuinis impen sis beneficijs. Quarto dicit christus. Ostende mihi nūmisma ꝛ hoc ad reformā dum omnem defectibilitatem in anima. Ad qđ requiruntur tria. Primū est ꝙ la/ chrimosam contritionem a peccatis ple/ na auersio. cum enim deo nihil contrariū est in homine nisi peccatū eius. a peccato auersio est ad deum conuersio. in qua la/ uatur anime facies lixiuio lachrimarum per virtutem sanguinis ihesu christi. La/ uerunt inquit stolas suas in sanguine ag/ ni. Secundum est per exemplarem cōuer sationem ipsius anime quedā adornatio; nam opera virtuosa sunt quedam anime ornamenta. Ad cui⁹ laudē dicitur Canti. primo. Pulchre sunt gene tue sicut turtū

cinatio que videt in ipa saltez diminuisse meritum. Ad qđ rñdet doctor sanctus sup iij. dis. iij. q cõgruũ erat virgini dñicã annũciare ꝓceptionez. Primo qz cum mens sit vicinior deo qꝫ corpus: non decebat q dei sapiẽtia virginis vterꝫ inhabitaret sine hoc q mens eius cognitõe summe sapientie splẽderet. et ideo nõ decuit eaz ignorare qđ fiebat. Secũdo qz futura erat testis certissima ꝓceptõis iusitate. iõ oportuit vt de tam magno misterio erudiret ꝑ annũciationẽ angeli: qui non ex hũana ratione ꝑsuasit: sed omnipotentie diuine. cui maxime fides innitit. Dixit enim non esse impossibile apud deum omne verbũ. et ideo meritũ fidei non minuebat. Vt ergo certius redderet angelus per corpalem visionem apparuit. Et scõm Augusti. in hũana specie choruscãs facie et rutilãs veste. Raz in his que visibiliter cernim⁹ minus decipimur. Et hec est causa qm Dyonisiũ i epla ad titũ quare diuina nobis per corporales figuras ꝓponũtur: vt vtraꝫ vita homis ꝑm suam ꝓprietatẽ diuina cognitione illumineť. scilicz sensitiua imaginatione figurarũ. intellectiua vo cõtemplatione spũalis veritatis. Et sic decuit vt virginis aspect⁹ vterꝫ suo modo nobilitaretur. scz interior per reuelatõem tanti misterij. et exterior ꝑ corpalem visionẽ angeli. Et quia in specie viri apparuit ad eius ingressuz pauebat virgo per insolitã apparitionem. Tercio denicꝫ qz deus non diligit coacta sed volũtaria seruitia. vt qui ei obsequũtur ex ipso misterio mereanť. ideo beata virgo cum tam singulariter et excellenter in dei ministeriuz eligereť. vt quem i vtero portauit: lacte aluit tẽ. decuit vt eius cõsensus angelo nũciante inquireretur. ¶ Hec igitur legatio cõdignam promens salutationem de beata virgine tria nobis ostendit viscerosis affectibus revoluenda. Primo nobis ostẽdit eam esse deo gratissimã: vtpote iam electã ex omni carne tanꝫ singulariter dignaz ad opus nostre redemptõis. non q beata virgo meruit ex cõdigno dei incarnatõem: sed suppolita incarnatiõe meruit diuina gratia coadiuuãte q per eam fieret. nõ quidez merito cõdigni: sed merito cõgrui inqntũ decebat q dei mater esset purissima et perfectissima. Vnde et ante corpalẽ cõceptionẽ adeo fuit dñs cum ea q eius animaz quodãmodo deificaret. et ab omi labe cõdidissimã cum corpore cõseruaret. Sed et ipse tam ꝓfunde deo fuit ĩmersa q nihil saperet: nihil intelligeret nisi deum per que diuino vsui cõuenientissime fuit aptata. Vnde Iero: in sermõe de eius assumptione dicit. q sicut lana candidissima naturali colore dealbata cuz inficitur in cõchilij sanguine vel miritis: vertit in purpuram. Sic spiritussanct⁹ in cõceptione filij dei veniens ad virginẽ iam dudum plenam gratia dealbatã. sine virili tactu cõuertit eam in dei matrez vt non sit omino qđ fuerat: sed purpura verissima ad indumẽtum et gloriam summi regis aptissime diuinitus dedicata: vt ea nulli deinceps vti licuisset vsu femineo nisi deo. ¶ Secũdo nobis ostẽdit eam hominibus fructuosissimaz cum de nulla creatura tam copiosus nobis fructus obuenit sicut de ea. cuius nimirũ fructus ꝓcessu quãtuz in eo est. et ad sufficientiõ omnes homines sunt redempti. Et ideo Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Vnde merito gloriat Eccli. xxiiij. dicens. Videte quontaz non solum mihi laborauí: sed omnibus exquirẽtibus veritatem. ¶ Tercio nobis innuit eam ĩ anima et corpore fore sanctissimã. et ex diuini germinis vnione quodãmodo deificataz modo supradicto. Vnde subiũxit in salutatione. Dominus tecum. Non sicut cuz ceteris: sed pluscꝫ cum ceteris etiam corporali inhabitatõe qua in ea nouez mensibus requieuit et humanã naturam assumpsit. Secũdo tangit in verbis ꝓpositis virginis deliberatio: cum dicit tẽ et vide. i. considera mente. cõceptiõis modũ qui fuit omni miraculo mirabilior. et generatiõis eius modum quis enarraret? ĩmo quis intellectus humanus sacramentũ illud in se posse perfici fide ꝓciperet nisi spũs sanct⁹ adiuuans infirmitatẽ nostram ad hanc credulitatem nos animaret. Merito igit vt

prudens tacuit cogitans qualis esset ista salutatio: si forte deceptoria et mendosa. Sic decet virginem sanctā virorꝫ alloquium semper habere suspectuꝫ. Hanc autem deliberatōnem virgo beata flore triplici decenter adornauit. Non enim respōsionem p̄cipitauit vt Eua: que legatōem serpentis cōcito p̄cipitando suscepit ⁊ ꝯsensit. Hec autem se deliberās cogitauit qualis esset ista salutatio. Secūdo nō min⁹ dubitauit vt Zacharias: qui ꝓpter nimiaꝫ incredulitatē officio lingue priuatus fuit sciens qꝛ nihil impossibile apud deū. Tercio a cōcepto virginitatis ꝓposito minime vacillauit. sicut multe virgines statiꝫ ad virorū procax alloquiū conceptū virginitatis rigorem relaxāt. ⁊ indicijs amatorijs demulceri cōgaudent. Hec aūt constanti ꝓposito. Quō inquit fiet istud quoniam virū non cognosco. O mira ꝯstātia q̄ nec diuino cōceptui cedere nouit. Tercio tangitur cōsensus eius inclinatio cum subditur. inclina aurē tuam. s. ad assensum Q.d vt pleni⁹ perficias obliuiscere populum tuū ⁊ domuꝫ patris tui. Nam virgo prudens post auditū cōceptionis moduꝫ: quia castitatē non minuit cōsensuꝫ intulit dicens. Ecce ancilla dñi. fiat mihi ſm verbum tuū. Qui cōsensus deuotiōe triplici fuit gratificatus. Primo ex ꝓfundissima hūilitate. de qua Bern. ibidem. Placuit quia virgo. cōcepit qꝛ humilis. Nimiruꝫ qꝛ tanta fuit eius hūilitas ꝙ cum eligeret̄ mater dei: regina celi: dña mūdi. humilez ancillā se nomīaret. Secundo ex plenissima credulitate. Cum eniꝫ omnia nunciata fuissent supra cursuꝫ nature: plena tamen fide rñdit. fiat mihi ſm verbū tuum. Tercio ex affectuosa charitate in v̄bo optatiui modi fiat. Unde ſm quosdā affectu deuotissimo genuflexit: ⁊ manibus expansis: oculis eleuatis cum ineffabili hūlitate ꝓtulit desideratissimū verbū: dicens. fiat ⁊c. Quarto deniq̄ tangit̄ filij dei conceptio cum subdit̄. ⁊ cōcupiscet rex decorez tuū. quā accelerauit illud humile Marie desideriū: cū spōsa dicēte. Surge aquilo ⁊ veni auster perfla ortū meū: ⁊ flu. aro.

illius. Sicut eniꝫ ſm phm ⁊ Basiliū in orto ad odorē masculine plante quē ventus defert ad feminā: imp̄gnat̄ femīa sine corruptōe. sic sine virili semīe afflatus spirit⁹ sancti diuinū amorē ad Mariaꝫ plenissimam gratia trāstulit. ⁊ eam fecundā reddidit. Sed quō fecundata sit: in questiōe inq̄ abyssali que ꝓfundari non potest dicam ꝓ modulo qd̄ sentio vobis adiuuantibus ī oratōe. tamē doctorꝫ vestigia seq̄ns Juxta quorūdam tñ opinionē ad ingressum angeli Gabrielis abstracta fuerat beata virgo in deuotissima cōtemplatōe super salutē humani generis qualiter ꝑ virginē saluari deberet: legēs illud Ysaie. vij Ecce v̄go ꝯcipiet. Ipsaq̄ deo sic spūalit̄ adunata: ingressus angelus diuinū cōceptum nunciabat. ⁊ cōtemplatōem in iubilum inexp̄ssibilem duplicabat. quo cor illud virgineū amore pariter ⁊ dulcore diuino liquebat. Et ſm Damasceñ. super illud Ecce ancilla. post cōsensuꝫ beate virginis spūssanctus supueniēs in ip̄am purgans eaꝫ. ⁊ potentiā diuinitatis verbi receptiuā preparās simul ⁊ generatiuaꝫ. et tūc obumbrauit eam fili⁹ dei. ⁊ copulauit sibijpsi ex purissimis ⁊ sanctissimis virginis sanguinib⁹ carnē animatā: anima rationali. i. intellectiua. nō seminās: sed ꝑ spiritū sanctū creās. Q.d exponēs Bonauētura dicit sup. iij. dis. iiij. ꝙ his verbis nō intendit dicere ꝙ illa caro facta fuerat ex nihilo: sed ꝙ sanguis ille purissim⁹ ad perfectionē deditus est per virtutē infinitaꝫ spūssancti ⁊ sup̄naturaleꝫ. quia licet virt⁹ generatiua a spūsancto p̄parata fuerat. ꝑ se tamē non poterat subito ꝓducere naturam illā ad actuꝫ perfectū: nisi per successionē temporis. Sed virt⁹ spūssancti subito sanguinē illuꝫ purissimū alterauit. ⁊ disposuit vt esset cōueniēs materiale principium de quo fiēda esset caro christi. Sanguis enim quē mulier administrat ad conceptū impur⁹ est ⁊ grossus: vtpote mēstruosus. Ad maiorē aūt euidentiā vt tangit Damasce. In centro cordis est ꝯcauitas quedā ꝯſuatiua ⁊ generatiua sanguinis purissimi: calidissimi: ⁊ viuidissimi. qꝛ

scdm naturales cor est fons ⁊ principium sanguinis. ex quo scz sanguis fluit ad venas: nec ad cor reuertit. qui sm dispositionem corpis ingrossat et alterat. In quo sanguinis fonte. s. cordis cētro residet anima: vt dicit Albert⁹ in cōpendio. ⁊ h substātialiter: licet virtualiter sit in toto corpore viuificato. Dicit etiā Moyses Leuitici. xvij. q aīa carnis in sanguīe est. De hoc sanguinis cordialis fonte pfluūt q̄tuor fonticuli vel riuuli sanguinis circūstantes ad modū crucis. Nam sm naturales cor ipsuz inferi⁹ habet duas cōcauitates. vnā ad partē dexterā: ⁊ aliā ad sinistraz. ac eaꝝ vnaqueqꝫ duplex habet foramē ad qd̄ de corde sanguis emittit ad corporis membra. Cum igit salutationē ingereret Gabriel archangel⁹ supueniēte spūsancto cor illud virgineū tanto gaudio ⁊ amoris dulcedine statim euectū est ⁊ explosum vt instar rose vernantis: se mirabilib⁹ formulis dilataret. In cui⁹ dilatatōe fluxerunt hi fontes sanguine purissimo et viuidissimo: velut aurū in fornace qd̄ conflatū diffluit ī v̄gas aureas. Stillabatqꝫ sanguis ille sacratissim⁹ in locū semīalis ꝯceptōis. que dicit matrix. de quo opāte spūsancto formatū est corpus hūanū distinctis liniamētis debitis. Ecce quāta dilectōis dulcedine diuin⁹ amor cōceptus est. Da veniam christe ne temerarius ī hoc arguat vel curiosus. Amen.

Ali⁹ sermo de eadē festiuitate.

Aue Maria gr̄a plēa dn̄s tecū. Verba sunt instituentis ecclesie ad salutatōez gloriose virginis ab angelica salutatōe laudabiliter assumpta supaddito nomīe Maria: ab ipsa sūma trinitate dulciflue dictata. ab angelica natura officiose pnūciata. et ab euāgelista Luca in euangelio pn̄tis dei nostre memorie cōmēdata. Ante cui⁹ psecutionē merito queri potest vtꝝ antiqui patres vel saltē beata virgo meruerūt incarnatōem christi: sicut mater eeclesia videtur innuere: cantās in iubilo de eadē. q̄ dn̄m omniū meruisti portare. Ad quod respondet doctor sanct⁹ super. iij. dis. ij. q̄ pprie loq̄ndo nulla merita: nec angelica q̄dez īcarnationē filij dei meruerūt: nec mereri poterāt. Sed vt dicit apl̄us ad Titū ij. Apparuit benignitas ⁊ hūanitas nostri dei non ex operib⁹ iusticie que fecim⁹ nos: sed sm suā misericordiā saluos nos fecit. Et hoc ppter tres ratōes. Prima qꝛ meritum homīs non extēdit se ad naturā. qꝛ vnus pro alio mereri nō potest. Cuz enim incarnatio sit quoddā medicamentū totius nature: ideo nō potest sub aliciu⁹ merito cadere. Secūda ratio qꝛ id qd̄ est principiū merendi non potest cadere sub merito. sed incarnatio christi quodāmodo pn̄cipiū est omniū meritoꝝ humanoꝝ: cū omnia merita nostra efficaciā habeāt a christo per quē gratia ⁊ veritas facta est. Tercia ratio qꝛ meritū hūanuz non extēdit se vltra humanā conditōez q̄ in hoc cōsistit vt quis mereat aliquā diuinitatis vel beatitudinis participatiōem: sed q̄ tota plenitudo diuinitatis habitet in homīe hoc excedit humanā ꝯditionē ⁊ humanū meritum. ⁊ ideo nullo modo cadere potest sub merito: nisi large meritum dicam⁹ esse preparationē ad aliquid habendū que p̄cessit in hūano genere. Vnde beata Maria pprie loquēdo non meruit īcarnationē christi. sed supposita incarnatōe christi meruit q̄ per eam fieret. non quidez merito cōdigni: sed merito cōgrui inq̄tum decebat q̄ dei mater esset purissima et perfectissima. Nam sicut Abrahā meruit pmissionez offerens filiuz suum. sic Maria susceptōem p̄parans animū. Ex hoc enim deus angelum suum p̄misit qui virginē instrueret. et ad assensuz inclinaret. Angelus autez sm Chriso. Mariā inuenit non foris vagantem. sed solitariā ⁊ cōtemplatōe vacātez. q̄ qꝛ nō q̄siuit gr̄am apud mundū. inuenit gr̄az apud deū. Deniqꝫ formauit sibi Gabriel corp⁹ hūanū ⁊ lucidū. Quia sm Augus. choruscās facie ⁊ rutilās veste virgini apparuit. Et sm Albertū magnū. flexis in terra genib⁹ salutatōez obtulit dicens: Aue gr̄a plena. Hac igit salutatōe nihil

dulcius: excellẽtius: ⁊ acceptꝰ beate virgini. in qua nimirũ ꝓ singula verba dulcissima materia reuoluũtur q̃ deus trinitas ĩ ipam optata dinoscit̃. Nam deꝰ pater ea3 omnipotencia sua ꝓfirmauit vt esset ĩmunis ab oi ve: cũ non subiacuit maledictõi quã suscepit oĩs mater: q̃ dicit̃. in dolore paries. Et quã suscepit oĩs virgo q̃ dicit̃. maledicta sterilis in israhel. Et qm̃ hãc male dictõem in benedictõe3 ꝓmutauit angelꝰ eam salutãs: merito nomen Eue mutat̃ in aue. Fliꝰ añt sua sapĩa eam illustrauit vt esset ꝓclaꝝ sydus illustrãs celũ ⁊ terram. qõ notat ꝫ nomen Maria. qõ interꝑtat̃ stella maris. Spũssanctꝰ eam sua dulcedine penetrãdo gr̃a sua ta3 gratiosa3 effecit vt oĩs qui ꝗsierit ꝓ eã gr̃a3 ĩueniet. qõ notatur cũ dicit̃ gr̃a plẽa. Sup̃ q̃ dic̃ Berñ. Ad quid putas Mariã ab angelo ita3 duci ad ĩceptionẽ plena gr̃a nũ cupata3: nisi vt supueniẽte deo ĩ vtero nobis fieret superplena? vt q̃tienscũq̃ ꝑcibꝰ licet tenuiter moueret̃ superfflueret nobis gr̃e liquorem effundẽdo. Quãuis autẽ tota salutatio sit ꝺ gini Marie gr̃issima. illa tñ clausula dñs tecũ eam potissime delectat. in q̃ recolit̃ illiꝰ ineffabilis vniõis opatio quã tota trinitas ĩ eã ꝓfecit. cũ sue carnis substãria diuĩe nature ĩ vna ꝑsona copulauit ita vt deus hõ fieret ⁊ hõ deꝰ. Cuiꝰ salutationis dulcedinẽ Berñ. exp̃mere volens: ait. Est tibi o virgo Maria q̃si osculũ audire hũc versũ angelicũ Aue. Toties em̃ osculaberis o beatissima: q̃tiens ꝓ aue deo te salutaris. Ad maiorẽ tñ euidentiam in angelica salutatiõe q̃nq̃ per ordinẽ ꝓsidero. Primo Mariã sese ꝓparantez sine oĩi rebellĩõe vel minimi peccati venialis cũ dicit̃ Aue. ꝓpter qõ prius xp̃m mẽte ꝓcepit q̃ carne: eo ꝙ hospiciolũ suũ aduenienti dño gr̃issime ꝓparauit. ita ꝙ ꝓ cunctis puris creaturꝭ ta3 angelicis q̃ hũanis excellentissimã hr̃et puritatẽ quã nulla creatura plena cognitõe sufficiẽter intueri poterit. Et ideo dicit Aug⁹. Vbi de peccato agit̃ de Maria: nullã volum⁹ fieri mentionẽ. Ea em̃ puritate nitebat sancta virgo ꝙ sub deo maior nequit intelligi. Decorauit enĩ domũ corpis sui castitate purissima. thalamũ corpis sui hũilitate gr̃issima. lectulũ mẽtis charitate plenissima: velut veste deaurata. vt diceret sponsus Jesus. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Nõ de nulla alia fas est credere. q3 nemo mũdꝰ a sorde nec infans vnꝰ diei. Secũdo ꝓsidero dñm ꝓ gr̃am coopantẽ sibi cũ addit̃ gr̃a. qui deuotis mẽtibus ad assensuz virtutũ. ad impletõez gratiaꝝ. cooperari paratꝰ semp ĩuenit̃ eodẽ ar tetãte cũ ait. Ego sto ad ostiũ ⁊ pulso. scz ꝓ gr̃am gr̃atiã vt introducã gr̃am gratuz facientẽ. si q̃s audierit vocez meã affectu cordis ⁊ aperit mihi ianuã liberi arbitrij introibo ad eũ ꝓ gr̃am gr̃az facientẽ. ⁊ cenabo cũ eo. q3 iam eiꝰ opa bona gr̃a ⁊ meritoria reddunt̃. ⁊ ipe mecũ in dulcore deuotõis. Spũs enĩ meꝰ sup̃ mel dulcis. Sz hec diuĩa cooperatio ꝓpter hũanã rebellionem in nobis ꝓpedit: ne hũana fragilitas ad summũ ꝓfectõis apicẽ ꝓducat̃. Nec tñ penitꝰ ĩgratũ deserit gr̃a gratis data. cuz nunq̃ diuĩa clemẽtia oĩno salutis instĩctꝰ ingerere desinit per q̃s opa plurima de genere bonoꝝ in dies opamur: vtpote ꝓpunctõis. ꝓfessionis. penitẽtie. misericordie. vel iustice. licet deo q̃tũ ad eternã salutẽ minime sint accepta. vt vt sic habiliteamur ad gr̃am gr̃ũ facientẽ. Nã duplex est gr̃a Prima dicit̃ gr̃a gratis data. ⁊ est donũ quo se q̃s ꝓparat ad suscipiendũ spũssancti donũ. cuiꝰ officiũ est reuocare libez arbitriũ a malo ⁊ excitare ad bonũ. ⁊ sic facit q̃ndaz habilitatẽ in hoĩe q̃ dat locũ diuine misericordie. qõ salua iusticia possit alicui ꝓferri gr̃a. q3 diuĩe misericordie fieret iniuria si tali darẽ gratia in q̃ eẽt adhuc ober gratie. s. peccãdi volũtas. Cum igit̃ ex instinctu gr̃e hui⁹ actũ peccati ⁊ voluntatẽ peccãdi deserit. ⁊ conat̃ in bonuz ꝙt est sibi possibile: tũc facit qõ in se est. Et tũc enim ꝓmeret̃ non ex ꝺigno: ex cõgruo tñ recipe gratiam gratũ facientẽ. q3 vt dicit doctoꝝ sanctꝰ sup. iij. dis. xv. Diuinã bonitatẽ decet q̃ vbicũq̃ dispositionem ĩuenit ꝓfectõem adiciat. Cũ igit̃ habilitauit se ꝓ posse ꝓ gr̃am gratis datã ad

recipiendū gratiam gratūfacientem: sine
qua null⁹ ꝓmereri potest: nec in bono ꝓfice
re secur⁹ eā expectet. q̄ non mentit̄ qui di
cit. petite ⁊ accipietis. Et q̄ beata virgo
ꝓpter summā puritatē ad suscipiendū im
pressiones spūssancti fuit aptissima: et ad
exequendū omne bonū. volūtate ꝓmptis-
sima sine omni rebellione carnis ⁊ spirit⁹.
ideo tantā celsitudinē perfectiōis impul-
su spiritussancti super om̄es creaturas est
ꝯsecuta. vt diceret Sapiens. Multe filie
ꝯgregauerūt diuitias: tu suꝑgressa es vni
uersas. ¶ Tercio ꝯsidero angelū Marie
plenitudinez nunciantē: cum dicit plena.
An non plena in qua requieuit plenitudo
diuinitatis corꝑaliter? Putasne sponsus
egrediēs thalamū suū tam singularē pre-
electū? vacuū reliquerit quē priusq̄ conci
peret̄ gratijs ⁊ virtutibus vniuersis adim
pleuit. vt ecclesia ī eius ꝑsona diceret Ec-
cl̄iastici. xxiiij. In me omnis gratia vie ⁊
veritatis. Quasi diceret. Oīs gratia vie
.i. vite hui⁹ in me est. q̄ nō solū mihi: sed et
omni homī. ꝯditiōi. statui. ⁊ etati sufficit
ad salutē. Ceteris enim ꝑpartes. Marie
ꝟo se tota sil̄ infudit plenitudo gr̄arū vt
de plenitudine eius accipiāt vniuersi. Et
hinc merito subdit ibidē. Videte quoniā
nō solum mihi laboraui: sed omnib⁹ exqui-
rentib⁹ veritatē. Angel⁹ autē qui hāc ple-
nitudinē nūciare venerat ꝟm Tho. suꝑ. iij.
dis. xliij. erat de infima iherarchia. ⁊ d̄ me
dio ordine eiusdez iherarchie. s. de ordine
archangeloꝝ. ⁊ summ⁹ īter illos. vt sic ser
uaret̄ ꝓprietas ordinuz. q̄ infima iherar-
chia habet officiū homīes dirigēdi ꝟm q̄n
dam limitationē vel vnius ꝓuincie. sic̄ or
do ꝑncipatuū. vel vni⁹ homīs in actib⁹ q̄
redundāt in totā multitudinē sicut ordo
archangeloꝝ. vel in vni⁹ hominis in acti-
bus q̄ ad ip̄m tantuz ꝑtinēt sicut ordo an
geloꝝ qui dicunt̄ minima nunciare. Et q̄
ꝯsensus beate virginis qui per annūciati-
onem requirebat̄. act⁹ erat singularis ꝑ-
sone vt in salutē redundās multitudinis:
īmo totius hūani generis: angelus annū-
cians de ordine archangelorū esse debuit
⁊ summ⁹ inter illos. Et sic intelligit̄ dictū

Grego. in omel̄. de centū ouib⁹. q̄ summū
nunciū mitti decuit qui summū omniū nū
ciaret. hoc est summū inter angelos. scz q̄
quilibet archangelus summ⁹ nunci⁹ dici po
test. Vnde p̄mittit ibidē q̄ archangeli di
cunt̄ summi nūcij. Quarto ꝯsidero vir-
tutem altissimi Marie obumbrātez. cum
dicit̄ dn̄s. Vnde beata Maria ꝯceptōis
modū inquirēte: rn̄dit angelus. Spūssan
ctus suꝑueniet in te. ad purificandū ⁊ san
ctificandū carnē dei filio vniendā. Suꝑ-
ueniet inq̄ in te vt q̄ prius eras plena mo
do eras superplena. q̄ prius ī mentē nūc
autē in ventrē venit. non solū mentē. sz et
ventrē fecundās. O q̄btatū corpus q̄d ꝑ
exuberantē mundiciā donuz anime ad se
ip̄m allexit. In singulaꝝ eniz ceteraꝝ vix
vtiq̄ anima sincera spūssancti p̄sentiā im
petrabit. nunc ꝟo caro beate virginis re
ceptaculū efficit̄ sancti spūs. Vnde meri-
to quesiuit. Quō fiet istud. Et angel⁹ exe-
quit̄. Et virt⁹ altissimi. i. xp̄us qui ab apl̄o
dicit̄ dei virt⁹ dei sapīa. obumbrabit tibi.
q̄ in ea sub vmbra hūanitatis latuit vir-
tus diuinitatis. Vn̄ ꝑ obumbratōis vo-
cabulū vtraq̄ natura saluatoris intelligi
potest. ꝟm Grego. xviij. moral̄. q̄ vmbra
a lumīe ⁊ corꝑe obiecto formari solet. Cū
igit̄ ꝟgo vtpote pura hō plēitudinē diui-
nitatis capere neq̄bat. eā virt⁹ obūbrauit al-
tissimi dū incorꝑea lux diuinitatis ī ea su-
scepit corp⁹ hūanitatis quo virginis fra-
gilitas obumbraret̄. vt ad receptionē lu-
minis illi⁹ inaccessibilis sufficiēs redderet̄
per refrigeriū mentis celit⁹ datuz. Obum
brabit inq̄. i. refrigerabit fomitem totali
ter extinguēdo. vel obumbrabit in suo in-
gressu ⁊ egressu te non ledēdo vel grauan
do. sic̄ vmbra recipientē nec ledit ne g̃uat
sed refrigeriū p̄stat. Alioquin quō suꝑue-
nientē diuine dilectōis ardorē sustinuisset
cum dicit̄. ignis ꝯsumēs. nisi ⁊ virtute di-
uina ꝯfortata fuisset ⁊ refrigerata. Qui
to deniq̄ ꝯsidero virginē affectuose ꝯsen-
tientem. cum subdit̄ tecuz. Cum enim de⁹
non diligit coacta seruitia sed volūtaria.
requirit vt qui ei obsequūtur ex ip̄o mini-
sterio mereant̄. Cum ergo beata ꝟgo tam

singulariter ⁊ excellenter in dei ministerium eligebat̄. vt quē in vtero portaret. lacte aleret. ⁊ mēbra ei⁹ infantilia dulci⁹ cōfoueret. decuit vt ei⁹ ꝯsensus ãgelo ãnūciante req̄rerēt̄. Ad quā loq̄t̄ Aug⁹. dicēs. O beata Maria seculū om̄e captiuū tuū dep̄catur assensuz. te dn̄a apud deū mundus fidei sue obsidem fecit. Noli morari virgo. nūcio festinãter rn̄de. Respōde verbuz ⁊ suscipe filiū. da fidē ⁊ senti virtutē. Ecce inquit ancilla dn̄i. habes obsequiū. vides votū. nūc fiat mihi ꝑm verbū tuuz. Nec mora. reuertit̄ angel⁹: et virginalem thalamū ingredit̄ christ⁹. Nimiꝝ qꝛ cum inestimabili affectōe genib⁹ flexis. manib⁹ expãsis. ⁊ oculis eleuatis. ac cū ꝓfundissima hūiliatōe ꝓtulit illud verbū desideratissimuz optatiui modi: fiat mihi. Nec de singularitate meriti se extulit. sed sue ꝯditiōis ⁊ diuīe dignatōis per om̄ia memor. se illi⁹ ancillā fatet̄ cui⁹ mater eligit̄. Hinc exclamat Ansel. dicens. O sublimis v̄go mater dei. o hūilis ancilla dei. quid sublimius esse pōt? quid hūili⁹ sentire potest? Nam in hac annūciatōe sup̄ omnes attollebat̄: ⁊ tn̄ in se ꝓfundissime hūiliabat̄. et ideo eius hūilitas incōp̄abilis pre oībus virtutibus ꝯmendabat̄ que tantū placuit deo vt filiū dei traheret d̄ celo: quē admodū ferꝝ trahit̄ ab adamãte. Placuit eī qꝛ v̄go: ꝯcepit qꝛ hūilis ad laudē dei. Amē.

In festo Philippi ⁊ Jacobi apostolorum.

Vos amici mei estis si feceritis q̄ p̄cipio vobis Joh. xv. Que v̄ba tractās beat⁹ Grego. in omel. quadā: dicit. Serui digni nō fuimus ⁊ amici dei vocamur. quāta est dignitas hoīm esse amicos dei. Sz audistis gloriā dignitatis: audite nunc laborē certaminis. Si feceritis inquit q̄ p̄cipio vobis. Quasi diceret. Gaudetis de culmine pensate quib⁹ laborib⁹ p̄uenit̄ ad culmen. Q̄d duz filij zebedei affectarēt audierūt. Potestis bibere calicē quez ego bibitur⁹ sum. Ipsi locū querebāt celsitudinis: mōstrabat illis semitaz itineris. q̄si diceret. Locus si delectat celsitudinis: prius vos exerceat via laboris. qꝛ cogitatio premij minuit vim flagelli. Quid mirū cuz etiā ꝓ captāda terreni principis amicicia pleriq̄ tantis se discriminib⁹ ꝯmittūt. laboribus inijciūt. sollicitudinib⁹ inuoluūt. Dn̄ Chriso. de cōpunctiōe cordis. Qui p̄ncipib⁹ seculi ministrāt ⁊ reipublice: tantū requirūt si quid lucri temp̄alis habeat milicie eius vsus. q̄d si soluz cognouerint iam null⁹ refugit̄ labor. nullū p̄iculū vitat̄. officia seruilia nō negabūt p̄egrinatōes. ꝯtumelias: mutatōes tempoꝝ. ⁊ omnē laborem sustinebūt spe lucri. Cōiugis ⁊ liberoruz absentiā tollerabiliter patiunt̄. nō patrie. nō caroꝝ molliunt̄ affectu: sed cupiditate pecunie velut amētes effecti nihil laboris sentiūt. nil laborare ītelligūt. Nos v̄o qui nō terrā sz celū querim⁹: de requie corp̄is p̄cūctamur: quoꝝ delectatio īmensa. fruitio p̄petua. Terrenoꝝ v̄o delectatio infinitis amaritudinib⁹ resp̄sa ⁊ fruitō momētanea. Et ideo q̄rulosos in via penitētie iusta redargutōne cofutat ibidem Chriso. dicens. Quid dicis o hō qui regnū celi paras īuadere ⁊ interrogas: ne q̄ tibi difficultas occurrat in itinere: ne q̄d sperni tibi accidat aut pati. Cū si tibi oīa mala occurrerēt. p̄icula. ꝯuitia. gladi⁹. ignis. ferrū. bestie. egritudo. ⁊ oīa q̄ excogitari possunt mala sup̄ te irruerēt. nōne tibi protantis ⁊ talib⁹ causis ridēda poti⁹ q̄ sperněda viderent̄? Vos igit̄ amici mei estis: ⁊ quos aīo arguo ⁊ castigo. Abraham pater noster vt dicit Jacob⁹ in canōica. c. ij. ex op̄ibus iustificat⁹ est: offerēs filium suū Ysaac. Et sequit̄. Et amic⁹ dei appellatus est. Sed anteq̄ nomē hoc sortiret̄ fidelitatem ei⁹ exp̄iri voluit dn̄s in p̄ceptis arduis p̄sertim in trib⁹. Egredere inq̄t de terra tua ⁊ de cognatōe tua ⁊ de domo p̄ris tui. ⁊ vēi ī t̄rā quā mōstrauero tibi. Gen̄. xij. vt sic cogeret̄ cū oī domo exulari ī īcertū donec mōstraret̄ ei loc⁹ ad habitandū. vt sic ostenderet̄ eius obediētia in qua et fidelis inuētus est. De hinc secundū adiecit mandatū: dicēs Gen̄. xvij. Hoc est pactum q̄d obseruabitis inter me ⁊ vos ⁊ se-

men tuũ post te. Circũdet omne masculi-
num ⁊c. Qd vtiq; periculosuz erat ⁊ pe-
nale infantilib⁹ membris. nec tamẽ cũ eta-
tus in aliquo p̃ceptuz statim adimpleuit.
Tandẽ ⁊ terciũ mandatũ adiecit Genes.
xxij. dicens. Tolle filium tuũ quez diligis
Ysaac. ⁊ offer mihi illũ super vnũ montiuz
quẽ monstrauero tibi ⁊c. O p̃ceptũ durũ
paternis affectib⁹. Et vide q̃ ꝓmpta seq̃-
tur obediẽtia. non recalcitrauit. non mur-
murauit nec vxori sue reuelauit. non excu
sauit. nõ ꝓtelauit. nec quidez expectauit.
sed eadez nocte surrexit pergẽs ad impe-
riuz dñi donec indicio dñi montẽ agnosce
ret super quẽ filiuz ĩmolare deberet: quez
dñs indicare distulit: vt sic maturiori deli
beratiõe Abrahaz oĩa reuolueret si forte
tandẽ a ꝓposito ⁊ cõcepto resiliret. sed fi
deliter ꝑseuerauit. vt habet supra ibidez.
⁊ sic amic⁹ dei appellari ꝓmeruit. Et vos
ait apl̃us amici mei estis si feceritis q̃ pre
cipio vobis. Videndũ igit̃ que h̃ sunt pre
cepta peculiaria quib⁹ diuinã attingerent
amiciciã. Que nimiꝝ quatuor esse repio.
Primo p̃cipit amplecti gratã humilita-
tem exemplo sui cũ dicit. Discite a me q̃a
mitis sum ⁊ hũilis corde. Mitis q̃tuz ad
ostentionẽ exteriorẽ. humilis corde q̃tuz
ad interiorẽ dispositionẽ. vnuz enim sine
altero deo placere nõ potest. qꝛ ꝑmũ gra-
tificat effectus. secundũ affect⁹. Quanta
autẽ Jesus hũilitate fulgebat non est no
stre facultatis euoluere. qui cũ esset gloria
vera ꝓ nobis se fecit opprobriũ hominuz.
adeo vt de se diceret. Ego sum vermis et
non homo. vt pleni⁹ patuit supra. Sz cur
hanc virtut̃ẽ tã sollicite cõmendauit apo
stolis? nisi qꝛ p̃sciebat eos in noĩe suo mi-
ra facturos in signis ⁊ ꝓdigijs: ita vt vm
bra Petri sanaret ĩfirmos. sentẽtia Pau
li feriret horribiliter longe positos. cũ tra
deret quẽdam fornicariũ diabolo corꝑali
ter possidenduz vt spũs saluus fieret. Ne
igitur eoꝝ labor a debita mercede per va-
nam gloriã vacu⁹ redderet̃. cũ his de qui-
bus ait dñs. receperũt mercedẽ suam: stu-
duit eos ad humilitatẽ inducere q̃ ꝯseru a
trix est omniũ virtutuz. sicut cortex arbo-
ris licet grossus ⁊ vilis totã vbertatez et
venustatẽ eius cõseruat. Alioq̃n nulla su-
perbia detestabilior q̃ ꝯsurgit de collatis
diuinis beneficijs et gratijs ac virtutib⁹.
Hinc ait apl̃us. Quid habes qd̃ nõ acce-
pisti? q̃ si accepisti quid gloriaris q̃si non
acceperis? Hec est vera pessima q̃ modico
momẽto dissipat virtutes vniuersas. eua
cuat oĩa merita. Sicut liq̃do figurate cla-
ruit in Ezechia: qui propter miraculũ so-
lis in vanã gloriaz euectus est ⁊ ingratus
inuẽtus: vt patet alibi. Hinc etiã aposta-
ticis spiritib⁹ motis ad detestabilẽ elatio
nem in ictu oculi iudex honorificus crude-
lem vindictã adhibuit. Et discipulis glo-
riantibus q̃ in nomĩe Jesu demonia eie-
cerãt dixit. Vidi sathanã sicut fulgur de
celo cadentẽ. Secundo ꝟo p̃cipit altis
simaz amplecti paupertatẽ: que singularĩ
cõseruatrix est hũilitatis. Vnde sequẽti-
bus se discipul̃ ait. Qui non renũciat om
nibus q̃ possidet nõ põt esse me⁹ discipul⁹
hoc est discipul⁹ ꝑfectõis. Si vis inq̃t ꝑfe-
ctus esse vade ⁊ vende oĩa q̃ possides ⁊ da
pauꝑibus. ⁊ veni sequere me. qꝛ fili⁹ homi
nis non habet vbi caput suũ reclinet. Ra-
tio ꝟo quare discipulis suis virtutez pau
pertatis tantopere cõmendauit est. quia
voluit discipulos affectu abstractos esse
ab amore terrenoꝝ ⁊ occupatõe oĩm crea
toꝝ. Alioquin eniz impossibile esset quẽq̃
ascendere posse ad plenitudinẽ charitatis
diuine: q̃ merito vinculũ perfectõis dicit̃.
Quia s̃m Berñ. Cor humanũ est glutino-
sum. ⁊ facile adheret om̃ibus q̃ frequẽtat.
Cum igit̃ apl̃os tanq̃ veros amicos exal
tare voluit ad apicẽ glorie celestis nõ me
ritis alienis: sed ꝓprijs. necesse fuit q̃ hoc
ip̃m mererent̃ ꝑfectõe vite p̃sentis. Ad cu
ius ingressuz ducit pauꝑtas volũtaria: cui
soli debet̃ potestas iudiciaria s̃m Tho. su
per. iiij. dist. xxviij. Primo rõne cõgruita
tis. qꝛ voluntaria paupertas est eoꝝ q̃ om
nibus que mundi sunt ꝯtemptis soli chri-
sto inherent. ⁊ ideo non est in eis aliq̃d qd̃
eoꝝ iudicium a iusticia deflectat. ⁊ sic ido
nei reddunt̃ quasi veritatẽ iusticie pre om
nibus diligentes. Secũdo debetur eis per

modū meriti. qz hūilitati respōdet exaltatio pro merito. Modo paupertas hoiem maxime despectum facit. qua ppter eis remittitur excellētia iudiciarie potestatis Tercio qz in pgressu ad perfectiōem inter beatitudines pmo ponit paupras: q perfectio disponit hoiem vt sit edoct⁹ oīm diuina veritate, in quo 7 decreta tenent diuine iusticie ex quib⁹ homies iudicabūtur. sicut liber in quo continet lex iudicare dicitur. Et iō solū illis pauperib⁹ potestas iudiciaria pmittit qui relinquētes omnia christū sequūtur fm perfectiōem vite. Vñ dicit Paul⁹. j. Loz. vj. Nescitis qz angelos iudicabim⁹. s. approbando sentētiā iudicis: scz de punitōe malox angeloz. 7 pmiatiōe bonox q̄tuz ad pmiū accidētale qđ recipiēt: eo q angeli mali incitauerūt homies ad malū. 7 angeli boni incitauerūt ad bonū. Tercio docuit gratā ostendere patientiā. Nam paupras vtrūq; tollerabilis est dum amicox 7 cognatox subsidio subleuat. Cui tñ ne sancti apostoli foz sitan inniterent eis perpetuū indixit exilium: dicens. Euntes in mundū vniuersum pdicate. Quasi diceret. relinquētes amicos 7 cognatos: dulce solū fugientes. inter ignotos imo 7 inimicos cōuersamī. Luc. x. Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos. Et vt nihil desolatiōis tempalis deferat: nolite portare argentū neq; auz. neq; es in zonis vestris: ne potius ppter lucrū tempale q̄ spūale pdicare videam. neq; peram ad reseruandū aliqua cibaria. neq; duas tunicas. i. vestimēta supflua vel mutatoria. Et hoc ad pscindendā omnē corporalem sollicitudinē. Neq; calciamenta scz integra: q̄ sandalia: vt habet Marc. vj. Neq; virgā vt dicit Mathe⁹. in Marco tamē dicit nisi virgā tantuz. Et ratio hoz est. qz in Matheo capit methaphorice. q̄si diceret. Nō initamī aliq̄ subsidio tpali sic corp⁹ innitit baculo. In Marco vo capit fm intellectū realē. Quia doctores hebreox in signū doctrine virgam in manu portabāt. Nam apud iudeos inoleuerat ꝓsuetudo q pdicatores in victu quidebant a populo quē docebant. vt ergo melius eos agnoscerēt quibus quidere debuerāt hanc virgam in manu portabant. Et ideo christus voluit q hec virga similiter, apostolis sufficeret pro tempali pulsiōe. qz dignus est mercēnarius merce de sua. sed hec virga tantū noscebat 7 venerabat in iudea. Dum igit mittebant in mundū vniuersuz quid subsidij secuz ferre sinebant: vbi fuerant ignoti. despecti. reprobati. irrisi. psecuti. verberati. incarcerati. 7 crudeli morte mulctati? Audite fratres quid dñs assumere iussit. In patiētia inquit vestra possidebitis aīas vestras. Cur autem solam patientiā comitez dedit discipulis 7 amicis taz pcipuis electz ex quibus quos mūdus capiebat cetera cuncta denegauit? Ni fallor hec causa potissima fuerat. Cum enī eosdez in suprem̄ amicicie gradū assumere cōuenerat. que scilicet inter sponsuz 7 sponsam respirare dinoscitur. merito decuit vt illud ab eis requireret q̄ solū modo veram 7 perfectā amiciaz ostēderet: que pfecto in psperis experiri nō potest: sicut visuz est supius. Quare dic Sapiēs Eccli. vj. Si possides amicum. i. possidere vis: in temptatiōe posside illum: quoniā omni tempore diligit qui amicus est. Et frater i angustijs cōprobatur. vt dicit Prouerbi. xvij. Denicq; nunq̄ verus 7 perfect⁹ est amic⁹. nunq̄ plena dilectio: nisi p amico deo quis aduersa cūcta non solū gratāter suscipiat: sed 7 mortem ignominiosa crudelitate inferendam innocēter affectu plenissimo concupiscat. Maiorez enīz hac dilectiōem nemo habet vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Tu domīe maiorē exhibuisti: cum p inimicis dilectā animā tuā lamandā in manib⁹ inimici tā liberaliter exposuisti. Hinc apostoli vt in illius vicissitudinē vnuz rependerēt pro decez milibus ibant gaudētes a conspectu cōcilij: quoniā digni habiti sunt pro nomīe Jesu cōtumeliam pati. 7 tandez ipa crudeli morte mulctari. Dāc enim solā de proprijs rependimus ei p beneficijs vniuersis quam precipue requirit in copula spiritali testante sapiente cum dicit. Fili accedens ad seruitutē dei sta in

iusticia ⁊ p̄para animā tuam ad temptati
onem. Eccli. ij. Scit enim ꝙ paupes sum⁹
⁊ ad nihilū pene redacti. Quid inq̄t apo-
stol⁹ habes qd̄ non accepisti. ⁊ nudos nos
recipit ad diuinā copulā diues in omnes.
hoc solū expetens: vt eius diuitijs ⁊ bene
ficijs omni tp̄e per patientiā rñdeamus in
qua sola verus ꝓbatur amicus qui potius
datorē diligit q̄ꝫ datum. Quarto deni-
q̄ꝫ p̄cepit zelosam flagrare charitatem: di
cens Joh. xv. Hoc est p̄ceptū meuz vt di
ligatis inuicē sicut dilexi vos. Et iterum.
Mandatū nouū do vobis vt diligatꝫ in-
uicez. Bene nouū mandatū quo quis pro
salute ꝓximi se totū impendit ⁊ supimpen
dit. ⁊ hic est fructus desideratissim⁹ huius
copule: quo nullū sacrificiū deo acceptius
quo Paul⁹ apostol⁹ grauid⁹. Filioli inquit
mei quos iterꝫ parturio donec formetur in
vobis christus. Siccine fidelis spōsa spō
si fruat̄ amplexib⁹ in vita cōtemplatiua. ⁊
spūalibus exuberat fructib⁹ ī vita actiua.
Qd̄ nobis adimplere ꝯcedat ecclesie spō-
sus Jesus. Amen.

In inuentione sancte crucis.

Super muros babi
lonis leuate signū. augete custo-
diam. Hiere. lj. Dicit Augus. li.
de spiritu ⁊ aīa. ꝙ quibusdā affectibus et
amicicia quadā anima corpori cōiungit̄:
quā nemo carnē suam odio habuit. Soci-
ata nāq̄ꝫ illi licet eius societate p̄grauetur
ineffabili tamen cōiunctōe diligit illud et
amat carcerē suū. Et ex hoc esse libera nō
potest. quia formidat interitū. cum tamen
mori non potest. timet defectū: que per na
turam deficere nō potest. Ex hac etiaz cō
iunctōe sensualibus allicit̄. Nam oculorū
speculatiōibus pascitur. melodijs afficit̄.
odoribus reficitur. tactibus demulcetur.
Cuz tamē anima vinculis corp̄alibus ab
soluta nullis creatis refici potest in obie-
ctuz: nisi dūtaxat visionis diuine oblecta
menta plenissime refectōis ꝑcipiēs. Qua
visione subtracta nihil in creaturis super
est qd̄ animā potest oblectare. qua rursuz
habita nihil est qd̄ valeat cōtristare. Di-
cit enim Augus. in libro de triplici habita
culo. ꝙ si facies dei videret̄ in inferno pa-
radisus esset. ⁊ damnati vidētes eam nul
lam penaz sentirent. Cuz igitur adhuc cō
iuncta corpori sensuū exteriorꝫ visu pasca
tur. Et scd̄m naturales inter alios sensus
visus est nobilior ⁊ subtilior: vtpote de re
motioribus discernens ⁊ percipiēs: effica
ciusq̄ꝫ intuentiū affectus ad obiectum op
posituz attrahens. voluit domin⁹ tempo-
re passionis sue leuare signuz crucis ad re
presentandū in eo mirabilia ⁊ amabilia q̄
operatus est in medio nobis. Nam signū
proprie est illud qd̄ aliud est in se: et aliud
ostendit de se. Sic̄ venditores vini signa
ponūt per que vina sua venialia clamant.
Ex quibus patet ꝙ signum opponitur ocu
lo corporali signatū intellectui. Dicit eti-
am Aristoteles. ꝙ ocul⁹ est in corpore. in-
tellectus est in anima. Sicut igitur ad
aspectum corporalem tria requirūtur: scili-
cet oculorū dispositio: visionis intentio:
⁊ rei vidende debita obiectio. sic etiaz ad
visum spiritualē tria req̄rūtur. Primuz ē
oculorꝫ īteriorꝫ dispositio ꝑ mundiciā de-
purantem. Hinc dicit̄. Beati mundo cor-
de quoniam ipsi deum videbunt. Et ne fi-
lijs Adam remaneret velamen excusatio-
nis reliquit Jesus euangelium sanctum:
interiorez emūdans oculum. quia in eo re
lucet omnis perfectio religionis christia-
ne. Secundo requiritur visionis attentio
per affectum inflāmātem. que reprimit in-
tentionē ne alibi deriuet̄. Propter qd̄ re-
liquit Jesus corpus suuz sanctissimuz ve
lud amoris auram affectuz nostrum inflā-
mantem ⁊ inducentem ad visus intentio-
nem. Tercio rei vidende p̄sentatio ꝑ me-
moriam opponentē. cuius gratia Jesus
reliquit crucifixi imaginem vbiq̄ꝫ in locis
sacris erigendā: vt eandez oculis fixis in-
spiciētes mēte pariter et affectu feramur
in eum cui pro nostra salute crucifixi com-
placuit. Super muros igitur babilōis.
In verbis ꝓpositis ante mentis oculos
signuz leuare iubemur: vt eo cautius am-
bulemus cordis augentes custodiā. scien-

tes nimirũ nobis non esse parcenduz vbi deus ꝓprio filio suo non peꝑcit. vt cum eo simul crucifigeret peccatũ. Hoc autem signum crucis ad nostrã instructionez est timoris incussiuũ. iusticie directiuũ. clemẽtie collatiuuz. humilitatis ostensiuũ. amoris impressiuũ. ⁊ iudicij discretiuũ. Quorum tria prosequẽtes alia tria exaltationi eiusdem seruabimꝰ. Primo igitur signuz crucis est timoris incussiuũ: cuz crudelissimã mortẽ domini reꝑsentet qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. q̃tomagis peccatores ipos horribili vindicta disperdet nisi resipiscant̃. In cuius figura ꝑcepit dominus Nume. xvij. referri virgam Aaron tabernaculum testimonij: vt seruetur ibi in signuz rebellium filioꝝ israhel. Nam vt habet̃ ibidẽ plenius. anteq̃ virga Aaron germinasset dominus horribili morte mulctauit eos qui aspirabant ad populi ꝑncipatũ ⁊ summuz sacerdotiũ cum his qui murmurabant aduersus Moysen ⁊ Aaron. Similit̃ ⁊ eos qui secũdo murmurabãt: dicẽtes. vos interfecistis populũ dñi: ita ꝙ dñs sola quadam seuerissima iusticia agitari videbat̃. Tandez vo germĩare fecit virgã Aaron: vt tali signo rebelles agnoscerẽt ꝙ Aarõ cũ suis elegerit in sacerdotiũ. ⁊ sic quiescerent querele filiorum israhel. ne simil̃r et ipsi interficerent̃. Et hoc quidẽ diuĩe misericordie fuerat iudicium vt auisati salubrius a sua rebellione desisterẽt. Verũtamen subiũxit. Refer virgã Aaron ⁊c. Sic ꝓfecto anteq̃ virga crucis germĩasset dominꝰ sola sua iusticia agitari videbatur. eo ꝙ nondũ redempti eramus sanguine suo. Nũc aũt germinãte signo crucis ⁊ fructũ ꝓferente salutiferũ: iusticia iudicis cõuersa est in misericordiã patris. Factus est in q̃ longanimis ⁊ multũ misericors. Verũtamẽ virgã reseruari ꝑcepit in tabernaculum testimonij: in signũ rebelliũ peccatoꝝ vt eiꝰ misericordia abutẽtes tãto g̃uiꝰ inde iudicent̃ q̃nto mĩaz vberiorẽ accipe poterãt. Quis ni timeat deꝑhẽsus ĩ peccatj ⁊ agnoscẽs crucis suppliciũ: cuz deꝰ pater ve oñderet eiꝰ odiũ crucifigi voluit vnigenitũ vt cũ eo crucifigeret̃ ⁊ peccatũ. Ysa. liij. Propter scelꝰ ꝓpl̃i mei ꝑcussi eũ. O dictu horribile. Si esus vnicꝰ fructus vetiti post vindictã ãnoꝝ q̃nq̃ miliũ taz crudelez ⁊ vniuersalẽ Ade peccatũ expiare non potuit: nisi ⁊ vnigenitꝰ eiꝰ taz crudeli morte succũberet ꝙ eiꝰ acerbitas oẽz hũanaz capacitatẽ excederet: ⁊ h in peccato alieno: q̃d putas ĩ futuro erit ĩ delicto ꝓprio? Hinc etiã in lege veteri ad incutiẽduz timorẽ filijs ꝑuitutis ĩ timore descẽdit dñs in datõe legis in igne. vt habet̃ Exo. xix. Et ascẽdit fumus de mõte q̃si de fornace. eratq̃ mons oĩs terribil̃. qꝛ ꝑm magr̃m in historijs. totꝰ tremuit ⁊ ceperũt audiri tonitrua ⁊ micare fulgura. Eratq̃ vox diuina tãti terroris ꝙ ꝓpl̃us ꝓcul stans valde timuit. dixer̃tq̃ Moysi. Loq̃re tu nobis ⁊ audiemꝰ. nõ loquat̃ nobis dñs ne forte moriam̃. Quibꝰ rñdit Moyses. Nolite timere. vt eĩ ꝓbaret vos vẽit deꝰ ⁊ vt terror eiꝰ essz in vobis nõ peccaretis. Sic frẽs rogo vos. terreat ista tuba celestis ꝯ peccatores ĩuehẽs ⁊ dicẽs. Rursuz crucifigentes sibimetip̃is filiũ dei ⁊ ostentui hñtes. Sup muros babilõis. Secũdo signum crucis est iusticie directiuũ. his. s. q̃ vindictã eiꝰ subterfugere q̃rũt. Dicit̃ aũt Prouerbi. xiiij. ⁊. xvj. Est via q̃ videt̃ hoĩ recta. nouissima aũt eius ducũt ad mortem: Que ẽ hec via? nisi iocũdari. delicijs vti. ĩ oĩbꝰ ꝓspari. nil aduersi pati. Bt̃m ꝓpl̃m dixerũt cui hec sunt. filie ꝯposite. ꝓmptuaria plẽa. oues fetose. boues crasse. Hinc ps. Pusillanimi ĩ se formã gerẽs q̃si lamẽtãdo dic̃. Ecce ip̃i pctõres ⁊ abũdantes ĩ seculo obtinuerũt diuitias: Et dixi g̃ sine causa iustificaui cor meũ. ⁊ laui inter ĩnocẽtes mãꝰ meas. Et fui flagellatꝰ tota die. castigatio mea ĩ matutinis. Et ꝓsequens obijcit sibijp̃i. Si dicebaz narrabo sic ecce natõez filioꝝ tuoꝝ ꝓphetaꝝ pr̃iarchaꝝ reꝓbaui. qm̃ oẽs aduersitates passi sũt. Existimabã vt cog̃scerẽ. s. veritatẽ huiꝰ rei: sz h. s. cog̃scere laborẽ añ me dõec ĩtrez ĩ sanctuariũ dei. i. intẽdã in xp̃m q̃ totꝰ ĩnocẽs passus ẽ. ⁊ etiã intelligã in nouissimis eoꝝ. i. peccatorum hic ꝓsperantiuz qui statim

in morte velut flos arescent. Quid ibi vidisti ꝓpheta sancte? Quomō inquit facte sunt in desolatiōem: perierūt propter iniquitatem suam velut somniū surgentium domine, in ciuitate tua imaginez ipoꝝ ad nihilum rediges. O fallax ꝓsperitas ⁊ vana leticia: q̄ infinitibilem secuꝝ trahit miseriaz. Et ideo Dauid ꝓsequit: dicens. Ut iumentū factus sum apud te: et ego semp tecum. Quid enī mihi est in celo ⁊ a te qd volui super terraz? Job vo super his mouet questionē domiō: dicens eiusdem. xxi. Quare viuūt impij sublimati: cōfortatiq̄ diuitijs? Semen eoꝝ ꝑmanet coraz eis domus eoꝝ secure. nec est virga dei sup illos. ⁊ cetera multa. Tandez respōdet tacite questiōi. Ducūt in bonis dies suos ⁊ in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo, recede a nobis, scientiaz viarum tuarū nolumus. Sicut ad literam cōtigit diuiti ꝓsperato, de quibus legit in legenda beati Ambrosij. Signū autem crucis viam vite demōstrat. Hoc enim signo hospiciuz christi non infernus reperit: vt dicit Bernardꝰ in Cāticj. Vnde figuratum est in scala quam Jacob in terra dormiens erectam vidit in celū. ⁊ dominū innixuz scale. vt habetur Genes. xxviij. Cuius dextera pars est austeritas penitētie. sinistra vo lenitas patiētie. Gradus autem eius sunt ascensus virtutū ⁊ affectuū Quis denicq̄ non mouebit ad penitentiā videns Jesum non in lectulis plumosis: sed in cruce quiescentē. non plumarijs: sed spinis caput inclinatū. non delicijs vacantem: sed aceto cum felle potantē. Hec est ergo via quaz Psal. postulat: dicens. Dirige me in semita recta propter inimicos meos. Reducit enim hominē ad paradisum quē gula prius abduxerat. Vnde de hoc signo precepit dominꝰ Abrahe vt sibi assumeret: dicens Genes. xvij. Circumcidetis carnem ꝓpucij vestri: vt sit signuz federis inter me ⁊ inter vos. Et subdit. Cuius prepucij caro circūcisa non fuerit: delebitur anima illa ꝺ populo suo. Quid est ergo spiritualis circūcisio: nisi carnis maceratio? Castigo inquit corpus meuz ⁊ in seruitutez redigo: nē forte ⁊c. Ve tibi miser ingrate qui penitētie signo postposito signuz qꝺ mundus offert carnis amplectaris. s. tempalis. honoris. delicioſitatis. ꝓsperitatis. vanitatis. Hi sunt ait apostolus quos sepe dicebā vobis: et nunc flens dico inimicos crucis christi. qui terrena sapiunt. quoꝝ deus venter est ⁊ gloria in cōfusione. Super muros g̃ babilōis. Lercio signū crucis est clementie collatiuum. Qꝺ lignū figura tū est per virgā aureā regis Assueri. de qua dicitur Hester. iiij. ꝓ omnis atriuz interius ingrediens non vocatus: sine cunctatōe moriatur: nisi forte rex aureā virgā ad eū tetenderit in signū clemētie. atq̄ ita possit viuere de hinc promulgata sentētia iussit omnes iudeos interfici. Hester igit regina pro populo suo preces effundere cupiēs se periculis exposuit non vocata regez adiens. Que stans contra regem ardētibus oculis furorē percrozis indicātez mutato colore corruit: et fecta exanimis. Tunc ira regis in mansuetudinem cōuersa: statim exiliuit rex de solio consolās eam. ⁊ amplectens atq̄ deosculans, ponensq̄ virgā aureā sup eam: se dare pollicit? est quicqd regina peteret. Hec autē virga figurā gerit sancte crucis. ante cui? ptensionē cuncti q̃tācunq̄ penitenciaz agentes horribili morte damnati sunt. nō solū corꝑali: sed etiaz spūali vita glorie ꝓuati. donec ad regē egrederet Hester regina. i. hūanitas christi pij amatissima. ꝓ nobis ofᵐib? petitura. in qua. s. petitione fudore sanguineo laborabat. et colore mutato. Tristis ē inq̄t aīa mea vsq̄ ad mortē. Ac susceptā idignatōe pēna ꝓ passionē ignominiosaz in mortez corruit. et a patre crucem portandā ⁊ sustinendā accepit. Tunc spiritus paterne maiestatis in mansuetudinem cōuersus per gratificam susceptionez amplexatus est eam pollicēs se daturum quicquid regina peteret. Et hinc christus accepta virga crucis cuz ea saluādos signare non desinit. dicēs. Qui vult venire ꝑ me ⁊c. Et itez. Qui nō tollit crucē suaz ⁊ sequit me nō est me dign?. In cuius figura ꝑceptuz ⁊ cōstitutū erat

Leuit. vlti. Q. quicquid sub pastoris virga transierit sanctificatū erat dño. Nam ad literaz vt dicunt doctores: pastor habebat in manu virgam sanguine tinctam. ⁊ quicq̄d decimuz de grege, transibat virga tangebat ⁊ sanguine signatuz domino sanctificabat. Sed timeāt rebelles in malo ꝑseuerātes. timeant inimici crucis christi qui signuz hoc clemētie diuine sibi vertunt in signuz inexp̄ssibilis vindicte. quia sicut hec virga nullum contemnit eius attactum sustinentez et intinctionem suscipientem. sic nulluz liberat: nullum recipit eius impulsum subterfugientez ⁊ intinctionem vilipendētem. sicut figuratuz est in virga Moysi: que sicut omnes filios israhel eductos trāsduxit: sic om̄es egyptios plagis ꝑcussos velut rebelles submersit.

In festo natiuitatis beati Johannis baptiste.

Dedi te in lucez gentiū. ysa. xlix. Querit doctor sanctus super. ij. dis. xxxix. vtrū homo velit bonū naturaliter: p̄sertim cuz id quicq̄d velit desideriose querit. sed ad modum pauci vitam eternam efficaciter querunt. ad quā tamen vt aiunt om̄es venire desiderant. Ad hoc respōdet ꝙ naturalis inclinatio in bonū inuenit̄ in omnibus hominibus. sed quia volūtas ⁊ ratio nō sunt ita fixa ad vnum quin in aliud flecti possunt. ideo potest homo velle maluz ⁊ non inq̄tum est malū: sed inq̄tum estimat bonum. Cum enim natura hūana habet impedimentū adiunctuz sibi: scilicet carnem repugnātem. ideo delectatōe cecatus abducitur a voluntate boni simpliciter in id qd̄ est apparens bonuz: refugiens verū bonum. non inq̄tum bonuz. Sed quoniaz in adeptiōe sua difficultatē habet annexaz: ⁊ ideo licet cōcupscunt: non tamē querūt ⁊ per cōsequēs nō assequūtur. Unde Augus. libro de libero arbitrio. Nihil mirum si miseri homīes non adipiscunt̄ qd̄ volūt .i. beatā vitam. Illud enī cui comes est ⁊ sine q̄ nemo ea dign⁹ ē recte. scz viuere nō videre volūt: sz illecti bonis apparētibus aptis oculis ad īferos ꝓperāt. Quos ducit ꝯcomitantiū infinita multitudo: quoꝝ exemplis quasi securi⁹ peccare videntur. cum rep̄hensorē non metuūt: ⁊ totā multitudinē perire nō ꝯfidūt. Cū igit̄ exemplo visibiliū plus mouet̄ affect⁹ human⁹ q̄ impressiōe credibiliū. ideo venturus sol iusticie christ⁹: lucē matutinaz p̄misit Johannem qui visuz internū p̄pararet: luce quasi p̄uia ꝑfecte ꝯuersatōis ⁊ doctrine. Vñ pater ad filiū Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuam qui p̄parabit viaz tuā ante te. Et ad Johannē. Dedi te in lucē gentiū. Quasi diceret. Licet inclinatio naturalis omnes hoīes etiā infideles ad appetitū ducit eterne beatitudinis: ꝑ peccata tñ elōgati ⁊ obcecati errātes vnusquisq̄ in viaz suam oēs simul declinauerūt ⁊ īutiles facti sunt: non est qui faciat bonū vsq̄ ad vnuz: adeo ꝙ sine ductore redire nō valent. qui ⁊ viam demonstret exemplo: ⁊ ad redituz incitet verbo. Dedi ergo te in lucē gentiū vt sis lucerna ardens ad inflāmandū ⁊ lucens ad instruendū. O q̄ vera ꝓphete sentētia. Dominus memor fuit nostri ⁊ benedixit nobis. Naz omnia fecit ꝓpter electos. Angelū constituit custodez corꝑis. rep̄ssorem demonis. instructorē mētis. incitatorē virtutis. mediatorē salutis. Hominē iustū ꝯstituit exemplar imitatiōis. ducē informatōis. preconē cōminatōis. Hominē impiū ministꝝ ꝓbatōis. exerciciū mortificatōis. adiutorium ꝓmeritōis Naz ⁊ si bonis oīa cooperant̄ in bonū. maxime tñ illata mala ḡtanter accepta. Sic hodie Johannē ꝯstituit q̄si speculū ⁊ lumē totius ꝑfectōis: cū dic̄. Dedi te in lucē ⁊c̄. In quib⁹ verbis quatuor notant̄ ꝑ ordinē. Primū est eius natiuitatis singularitas admirāda: cū dicit Dedi. Fuit em̄ miraculosa q̄tū ad ꝯceptionē. stupēda q̄tū ad sanctificatiōez. Videbat̄ em̄ magꝫ a deo missus q̄ nat̄ali lege ꝯtept⁹. vtpote d̄ sene ⁊ muliere sterili. Annūciat⁹ em̄ erat eodē angelo q̄ ⁊ xp̄us: sed loco sanctiori. quia christ⁹ in thalamo Johannes in templo. vbi tm̄ summo sacerdoti intrare licebat s̄m q̄sdā. ⁊ tp̄e solēniori.

vinctos tuos emisisti de lacu ĩ quo nõ erat aqua. Nihilominꝰ tñ ⁊ post baptismuz remanet aĩe nostre carcer quidam .i. fomes peccati. Quia ꝑm sanctũ Tho. sup. ij. dis. xxxij. duplex pena debetur origĩali. Vna inqꝫtum personã inficit. s. carentia diuine visionis. Nam visio quendaz actum designat. actus aũt visionis actus ꝑsone est. ⁊ ido ad eaz est reficienda. et hec pena ꝑ baptismuz tollitur. Alia enim pena cõdebetur inqꝫtuz naturã inficit. s. necessitas moriendi rebellio carnis ad spirituz. s. fomes ⁊ hmõi. que oĩa ex principijs nature causantur ⁊ totã speciem cõsequũtur: nisi miraculose cõtingat illis aliter. quã infectionem non tollit licet minuat inqꝫtum gratia inclinat ad cõtrariũ illius dispositõis. Et licet mors naturalis semꝑ maneat: est tñ in melius cõmutãda. Ex quo fomite ꝓcedunt vincula carceris huius de quibus ps. Funes peccatoruz circũplexi sunt me. Que sunt motus sensualitatis ⁊ praue inclinatiõis. delectatões. desideria. ⁊ similia. nec soluũtur nisi igne spiritꝰ sancti qui cũcta sensualia desipere facit. Sicut figuratum est in Sampsonis fortitudine Judic. xvj. qui ligatus septẽ nouis funibꝰ vt vinctꝰ traderet philisteis ad occidenduz. Quos appropinquãtes cernens irruente in se spiritu: rupit vĩcula quõ si rumpat filum de stuppa cuz ardorẽ ignis acceperit. ⁊ sic liberatus interfecit de philisteis mille viros cum mãdibula asini. Sic enĩ nos maligni spiritꝰ captiuare conãtur: captosqꝫ in profundũ maris abducere. Sed nos dirũpamus vincula eoꝝ ⁊ ꝓijciamus a nobis ⁊c. Quia reuera felix victoria que ducit ad celsitud. ẽ eterne beatitudinis. nã in hac pugna non solũ angelos: sed ⁊ ipm dñm spectatorẽ habemus. vt patet in beato Antonio. quem cũ demones spũalibus temptatõibus vincere nõ poterãt: corporalibus afflictõibꝰ debellare conati sunt: vt eum saltez vel sic de loco certaminis effugarent. Vnde taz atrociter vice quadã verberatus est: vt mortuus ab amicis putaretur. qui de loco certaminis ab eis deportatus: cunctis dormiẽtibus subito reuiuiscit. ⁊ a ministro suo ad ꝑdictũ locum se portare fecit. Vbi cum ex dolore ꝓstratus iaceret. ex virtute tamẽ animi qua potuit illos ad conflictũ ꝓuocabat. Qui denuo cõparentes in diuersis feraruz speciebus. dentibꝰ. vnguibus. ⁊ cornibꝰ crudelissime lacerauerũt. Tandem ꝟo splendore quodã mirifico fugatis omĩbꝰ eodẽ momento subito sanat̃ Antonius. Qui christuz adesse sentiẽs ait. Vbi eras bone Jesu: vbi eras? Quare a principio non affuisti vt me iuuares ⁊ mea vulnera sanares? Cui dñs. Anthoni hic eram. sed expectabam videre certamen tuũ. nũc autez quia viriliter dimicasti: in toto te faciam orbe nomĩari. Tercius ꝓinde carcer est accusans cõsciẽtia. in qua per timorez dei iniusti captiui detinẽtur cũ Job: dicente. Verebar omnia opera mea: sciens quia non parceres delinquẽti. Dominꝰ autem carceris huius ratio est que dictat ꝙ nihil remanebit impunitũ. ⁊ ideo delinquẽtez statim mittit in carcerem hunc vinculis astrictuz: que sunt penitẽtie opera vel religio. que nimirũ ligant miseruz ad artam vitã in contritõe cordis. cõfessiõe oris. ⁊ satisfactione operis. In cuius figura dicitur iij. Regũ. xxij. Mittite virum istuz in carcerem ⁊ sustentate eum pane tribulatiõis ⁊ aqua angustie. O felix carcer qui ad perpetuam libertatez vinctum eduxit. Cuius vtilitatez ꝑsciens nõ ĩmerito diceret. Domine tecuz sum paratus ⁊ in carcerez ⁊ in mortem ire. Tenet enim ne lasciuiat spiritui: ne se carnalibꝰ misceat. Sic enim Joseph licet innocens aditꝰ est carceri: ne cõmisceretur cum vxore domĩ. Sic iustus licet actũ carnis cõtemnat. se tamen mittit in hunc carcerem ne quãdoqꝫ consentiat. Sz felix incarceratio iusti que ꝓmouet ad sceptrum regni. Quartus carcer est malorum: scilicet peccatum actuale mortale. quo scilicz impij detinẽtur donec ad suspẽdium infernale deducant̃. Cuius vincula sunt diuina ꝑcepta que miseruz trãsgredientem ligant ad eternã damnationẽ. Dominus huius carceris est sathanas. Vnd̃ Luc. xiij. Hanc autez filiam Abrahe quã

ligauit sathanas decem et octo annis non oportuit solui a vinculis die sabbati. ibat enim curua: vt ptz in textu. Sic hodie vinctos tenet infinitos. annis multis: vinculis varijs. que tamen gratanter sustinent, quia futurum periculū non sentiūt. Cuius periculi figura tangitur Iere. lij. in rege Sedechia. qui postq̄ captus erat ducebatur ad regem babilōis. cui primo filios suos iugulauit in oculis eius. deinde oculos eius eruit. ⁊ vinctū eum cōpedibus et ducens eum in babilonē: posuit eum in domū carceris vsq̄ in diē mortis. Sic peccator postq̄ captus est trāsgressione diuini precepti datur ī potestate sathane. qui filios eius. i. opera bona interficit. quia mortua reddūtur q̄d diu mortali vitio subiacet. Et ne damnū suum sentiat delectatiōe peccati protin⁹ excecat. quo fit q̄ illius enormitatem non pōderat. nec recordat futurorum iudiciorum dei. Hinc vincit eum cum compedib⁹. i. vitiosis affectibus quib⁹ de cetero resistere non ualet. licet etiaz effectu adimplere non valeat: solo affectu vano ducendus in damnatōem perpetuam.

Quintus carcer est purgatorij quo ducuntur in peccato veniali post mortez deprehensi. Cui⁹ vinculo sunt inflexibilis diuina iusticia: que nihil relinquit impunitū q̄ inuenit vitiosum. imo q̄ inuenit ociosum ⁊ non bonū. Super quo querit doctor sanctus super. iij. distin. xl. vtz in humanis actibus aliquis indifferens inueniri potest: p̄sertim cuz dicit domin⁹. de omni verbo ocioso q̄ locuti fu̅. sed minus videtur esse verbum q̄ factum. Cuius solutionem vide superi⁹ in sermōe. lxxxix. Red de rationē. Hinc nimiz beatus Hieronimus pctā venialissima deflebat quasi mortalia. Sextus carcer est infern⁹ quo ducuntur in mortali decedētes. De quo dicit dom in⁹ Iath. v. Esto cōsentiens aduersario tuo. i. diuine legi. Et hoc per cōformitatem vite dum es cum eo in via. i. in p̄senti vita. ne aduersarius te tradat iudici: et iudex tortori. i. diabolo: q̄ est executor diuine iusticie. ⁊ mittaris in gehēnam. Amē dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimū quadrantē. Glo. i. p minimis peccatis in eternū punieris. sicut latius patz superius. Vnde Ysa. xxiij. Congregabūtur in cōgregatione vnius fascis in lacum ⁊ claudent⁹ in carcere. Qui carcer vocat stagnū ignis ⁊ sulphuris. Apocal. xxj. Stagnū vocat q̄ stat īmobilis ī ppetuū. ignis propter acerbitatē. sulphur propter fetorem. Vinculum carceris hui⁹ est illa terribilis fulmīatio diuine sentētie. Ite maledicti in ignem eternū. que ligabit tam demones q̄ reprobos hoīes nunq̄ resoluendos. Vnde dicit in canonica Jude. q̄ angelos qui non seruauerunt suum principatum. i. sue conditōis nobilem statū: sed derelinquerūt suum domicilij̄. i. celuz empireum. in iudiciuz magni dei vinculis eternis sub caligine reseruauit eos sub hoc aere caliginoso vsq̄ ad tempus extremi iudicij̄: tradendos vinculis eternis cum quib⁹ ligabūtur omnes reprobi vinculis inflexibilibus diuine sentētie. Que si declinare volumus funes peccatoz tunc dirumpere studeamus. Quia vt dicit Grego. Certa nis ligat pena quos modo ab operib⁹ bonis ligat culpa. Quaz stulti ergo qui peccatoz vincula non cauent quoz infinitus est numer⁹. de quibus dicit Prouerbioz. vij. Statim eam: scilicez culpā vel delectatiōe sequitur: quasi bos ductus ad victimam. ⁊ quasi agnus lasciuiens. ⁊ ignorās q̄ ad vincula stultus trahatur donec sagitta scz extreme sentētie tranffigat iecur ei⁹. Q̄d a nobis auertat ille qui est benedict⁹ in secula. Amen.

In festo sancti Laurentij.

Collegit pedes suos super lectulum ⁊ obijt. Gen. xlix. Hec verba originaliter scripta sunt de Jacob patriarcha: q̄ supplantatoz interpretat̄. qui supplantauit fratrem suum Esau. figurate nobis ostēdens q̄ q̄ victor inimicoz ⁊ supplantatoz vitioz̄ effici voluerit: colligat pedes suos. i. affectus in lectulo suo: a deo scilicet sibi naturaliter appropriato: hoc est in quadam simplici puritate diuīe dilectiōis. q̄ vt dicit Boeci⁹

ij. de consolatõe phie. Inest homini veri boni naturaliter inserta cupiditas. Alioquin affectus oberrãs: in stopulos imo in latrones incideret bonoꝝ apparentiuꝫ. sicut Boecius prosequit: dicens. Sed ad falsa deuius erroꝝ abducit. Et hmõi quidem q̃ erret ei indicat propria cõscientia. qꝝ rationalis creatura ideo est facta ad apprehẽsionem cuiuscũqꝫ boni creati: vt per ipm̃ quod perficiꝫ tanꝯ per viam ducit ad apprehensionẽ summi boni increati tanꝯ finis ultimi. et ideo coꝝ ei⁹ nunꝯ plene quiescit donec per amoroſam inhesionẽ cõplectatur: verũ q̃ summũ bonuꝫ ad qõ solum fruendum creatus est. Vnde Ioysi petenti videre faciem eius: respondit dñs Exõ. xxxiij. Ostendã tibi omne bonuꝫ. i. essenti aliter a quo omne bonuꝫ fluit q̃ participiũ sumit. Qõ vnꝯ in tria distinguit. Est em̃ bonuꝫ honestũ: vtile: q̃ delectabile. sed nõ in his requiescit seruus christi fidelis. sed potius ingemiat cum ps. dicens. Renuit cõsolari anima mea. memoꝝ fui dei q̃ delectatus sum. Nec enim reputat vt stercora vtpote veri boni impeditiua. Vnõ dicit Grego. in omel. de virginibus. Fortis est vt moꝝ dilectio. quia sicut moꝝ corpus interimit: sic ab amoꝝe rerũ corporaliũ eterne vite charitas occidit. Nam quẽ semel perfecte absorbuerit ad terrena foꝝis desideria: velut insensibilez reddit. Qõ liquido patet in beato Laurentio: cui vere ꝓposita apte cõuenit. Collegit pedes suos q̃. Ad instructõem nostram gratia brevitatis sicut sunt tria bona apparẽtia: ita triplex lectus assignari potest: quẽ beatus Laurenti⁹ refugiens in lectulo suo .i. sibi a deo appropriato pedes suos. i. affectus colligere studuit: et sic mori voluit. Primus lectus est bonum honestũ. ad qõ humanꝰ affectꝰ ingenita sua nobilitate ferꝛi dinoscitur. quia gloria q̃ honoꝛe coꝛona sit eum dñe. q̃ bene coꝛonatus erat a deo. Sed excecatus malicia verum honoꝛẽ nõ intelligens, cõparatus est iumentis. bonoꝛem angelicũ in brutalez cõmutando. Nonoꝛem enim angelicus promeretꝝ virtutibus: que nos ad diuinã similitudinẽ prouebũt. sed iã honoꝛ hũana estimatiõe transijt ab animi virtute ad reꝛ copiam. Et vt dicit Seneꝯ. Exquo pecunia i honoꝛe esse cepit verus honoꝛ cecidit. Hinc etiam in mundo surrexit tam detestabilis ambitio. que ſm Tho. ſa ſe. q. xxxj. imporꝛtat inordinatum appetitũ honoꝝis. qui scz appetitꝰ contingit esse tripliciter inordinatꝰ. Primo cum appetit testimoniũ de excellentia quã non habet. qõ est appetere honoꝛem supra suam porꝛtõem. q̃ hic vere colitur ab omnibus tam pauperibꝰ cũqꝫ diuitibus. Hinc ige mirã̃ ornamenta. cõquirunt curiosa vestimẽta. q̃ in omnib⁹ oculos humanos pascere q̃rim⁹. Verũtamẽ plus fetet i pauperibus q̃ plus regnat in diuitijs etiaꝫ iniuste ꝙquisitis honoꝝari querũt. vnde deberent potius ad legalez penam ꝯdemnari. Secũdo xo cum honoꝛẽ sibi assumunt non referẽdo illum ad deuꝫ. q̃ hoc ꝓprie contingit cuꝫ quis honoꝝat̃ pro virtutib⁹ que sunt in eo veraciter vel apparẽter pro quibus dum se cernit honoꝝari studet pro prie oblectatõi in vana gloria. vana complacentia. q̃ elatõe occulta. non referendo illud ad diuinã gloriã a quo omnia accepit Cum dicit apꝰs. Quid habes qõ nõ accepisti: qꝝ si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Et talibus quidem est virtus non solum infructuosa: sed q̃ pnicioſe. ita vt plerũ cũqꝫ talibus expedit qꝝ cadãt in aliqõ manifestũ scandalũ: vt sic reducanꝫ ad humilitatis fundamẽtuꝫ. Tercio deniq̃ cum sic appetitus eius in honoꝛe quiescit qꝝ non refert illũ honoꝛem ad aliorꝫ vtilitatem. scz cum quia honoꝝat̃ ſm illud qõ ꝑeminet alijs i aliqua excellẽtia vel dignitate spũali q̃ tempali qõ ei concedit a deo. non vt inde inflet̃. sz vt ex eo alijs prosit cum sic excellit virtutib⁹ sicut dignitatibus. Ad qõ specialiter honoꝛ ecclesiasticus inductus est: q̃ etiam tempalis honoꝛ in cõsuetudinem. q̃ ideo tales pſone velut in exemplũ omniũ ponit̃. sicut plus ꝑmerentur virtutib⁹: sic etiam plus demerentꝫ malis exemplis. Sicut de ꝑlatis ecclesiasticis dicit Augustinꝰ in epistola quadã. q̃ habetur in decretis. lxxxiij. dis. Q.ꝰ nemo

amplius nocet qꝫ qui querſe agens nomen vel ordinẽ ſanctitatis vel ſacerdotis habet. Delinquẽtem nanqꝫ hunc redarguere nullus preſumit: ⁊ in exemplum culpa vehementer extenditur quãdo pro reuerentia ordinis peccator honorat. Et iſte ẽ lectus ferreus Og regis baſan: habens nouem cubitos longitudinis ⁊ quatuor latitudinis. vt habetur Deutro. iij. per quem ſignatur lucifer: qui ſuper nouem choros angelorum ambitiõe deteſtabili requieſcere voluit. Et de quatuor ſpecialiter ſuperbiuit. ſcilicet de nobilitate nature. ſingularitate potentie. ſubtilitate intelligẽtie. et arbitrij libertate. Sic omnis ſuperbus extollit ſe ſuper nouem choros angelorum: ĩmo ſupra deum. vt dicit Bernard. Quia vult deus fieri voluntatem ſuam: et ſuperbus vult fieri ſuã. iam videtur equalitas. ſed vide male congruã portionem. Deus enim in his que ratio approbat ſuam vult fieri voluntatem. ſuperbus ẽo ſine ratione ⁊ contra rationem. Vnde deus ſe rationi ⁊ equitati ſubdit: quas ſuperbus supergredi non veretur. Et hic quidem lucifer imitando ſe ſm conditiõem ⁊ ſtatum ſuum ſemper eleuat. vel nature nobilitate. fortitudine. pulchritudine. ⁊ ſimilibus naturalibus preditus. vel ꝑeminẽtie alicuius terrene potentie: ſicut in dignitatibus cõſtitutus. aut ſubtilitatez intelligentie. ſcientie. eloquẽtie. et ſic de alijs acquiſitis. vel deniqꝫ arbitrij libertate: ſicut diuicijs ſuffultus ſi qui non eget alicui⁹ auxilio vel ſubſidio. Sed audiant quid rñdeat Bernardus: dicens. Ve mihi ſi taz dure in potente animaduerſuz eſt pro eo qꝫ elatũ eſt cor eius: hoc ei ſoluz ꝓfuit qꝫ grata eſt potentibus ſuperbia: quid erit de me miſero ⁊ ſuperbo? Nũc ergo lectulũ beatus Laurentius penitus refugit. Et cum Pſal. elegit penitus abiectus in domo dei ſui. Incuius argumẽtuz cũ poſt beati Sixti martyriuz ad pontificatus honorem eſſet veriſimiliter aſſumẽdus. ꝓpoſitum honorem quaſi paratũ lectum declinans: ex tunc cepit pauperuz habitacula ꝙquirere. pedes eoruz lauare. elemoſynas dare. eligens in humilitatis ſterquilinio requieſcere. plane demõſtrãs quãta humilitate fungebatur archidiaconatus officio. Agnouit nimirum qꝫ excelſus dominus humilia reſpicit. ⁊ ſpiritusſanctus ſuper humilem ⁊ quietum requieſcit.

B Secundus ẽo lectulus eſt bonum vtile ſm eſtimationem humanam. ſcilicet aurum ⁊ argenteuz: poſſeſſiones. in quibus confidunt homines. et velut in lectulo per affectum requieſcunt. De quibus dicit dominus Luc. xij. parabolam poſuit de homine cuius ager contulit fructus vberes: ⁊ ait. Anima mea habes multa bõa repoſita in ãnos plurimos quieſce. bibe. epulare. Sed qꝺiu miſer infelix? Nam hac nocte demones repetent animam tuam quam in diuitijs cõgregandis vẽdidiſti. Nam auaro nihil ſceleriuus. Dic enim ⁊ animaz venalẽ habet. Et que congregaſti cuius erunt? Porro lectulus iſte non tantuz periculoſus eſt: ſed et ſpinoſus. teſtante domiõ qui diuitias ſpinis compauit. Et bene quidem ſpinis compa rantur. quia corda vicioſe diligentiuz curis ⁊ ſollicitudinibus lacerant: licet miro modo auaros retinent. ne viui vel mortui donec ſpiritus eſt in naribus eas deſere re valeant. quia velut vndiqꝫ vulneratos et auaricia tabeſcentes in lectulo ſuo detinent. eo qꝫ morbꝰ eſt pene incurabilis. De quorum animaruz medicus diffidere videbatur: dicens. Facilius eſt camelum intrare per foramen acus qꝫ diuitem auarum in regnum dei. Quod apte figuratum eſt in Gyezi miniſtro Helyzei. iij. Regum. v. Nã ſanato Naaman diuite a lepza ⁊ Helyzeo rẽnuente ſuſcipere oblata: ait intra ſe Gyezi cupiditate ductus. Pepercit dominus meus Naaman ne acciperet abeo curram poſt eum ⁊ accipiaz aliquid abeo. Et ſic incurrit auariciam. Dixitqꝫ ad Naaman. Dominus meus miſit me dicens. Nunc venerunt duo adoleſcẽtes ex filijs propheterũ. da eis talentum argenti ⁊ veſtes mutatorias duplices. Et ſic mendacium incurrit. ſicut frequẽter accidit in ce-

quisitione temporaliuz emendo': vendendo. Habetur etiam in hebreo q dixit Naaman. Jura: scilicz q te misit Helyzeus Et sic iurauit: siccz periuriuz cõmisit. Reuersusz cum duobus seruis principis Naaman. Cum venissent ad domum tulit ea de manu eorum. et clam in domo reposuit ne scilicet Helyzeus perciperet. et sic furtum cõmisit. Quod etiam frequenter contingit in fraude vendentium. Quem vocans Helyzeus: ait. Unde venis? Qui respondit. Non iuit quoccz seruus tuus. Et sic addidit secundũ mendaciuz. Ecce quo modo maledicta auaricia peccata multiplicat. z miserum inuoluit ne euadere valeat. Naz in vno facto quincz grauia peccata cõmisit. scilicet cupiditatem iniustã. mendacium pernicioſum: quia deceptoriũ. periurium. furtum rei notabilis. et secundum mendaciuz. Hinc subdit Helyzeus vindictaz: dicens. Accepisti tibi argẽtum et vestes vt emas oliueta et vineas. oues z boues. seruos z ancillas. sed et lepra Naaman adherebit tibi z semini tuo in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus tanqz nix. a iustoruz consortio eternaliter separãdus. quia lepra morbus est incurabilis. Unde de talibus dicit Job xvij. In tenebris straui lectulum meuz caligine cecitatis. Quem lectulum licet paratum beatus Laurentius ascendere noluit. quia susceptos ecclesie thesauros z imperatoris die noctucz pauperibus erogare studuit. ne audiret opprobrium opprobrantium in iudicio z dicentium. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suuz: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. ¶ Tercius denicz lectulus est bonum delectabile. in quo multi velut in sterore suo requiescere querunt. Unde Sapiẽtie. v. Dixerunt impij cogitãtes apud se non recte. Exiguum z cum tedio est tempus vite nostre. z non est refrigerium in fine hominis: quasi negantes premium boni operis. nec est qui agnitus sit reuersus ab inferis. quia ex nihilo nati sum⁹. z post hec erimus tanqz non fuerimus. Venite ergo fruamur bõis. coronemus nos rosis anteqz marcescant. nullum pratum sit qõ non pertranseat luxuria nostra. Ubicz relinquam⁹ signa letricie nostre. quoniaz hec est pars nostra. Sequitur. Hec cogitauerunt z errauerunt. excecauit enim eos malicia eorum: z cetera multa. Exempli causa Salomonem producamus in medium. qui ait Ecclesiastes. ij. Dixi in corde meo vadam z affluaz delicijs. q profecto quincz sensibus hauriũtur. Unde cum esset sapientissimus ad inuestigandas delicias z ditissimus ad eas consequẽdas pre omnibus mortalibus in maximis delicijs corporalibus virisse credendus est. Naz oculis parauit quicquid animuz per visum oblectare potuit ut diceret. Omnia que desiderauerunt oculi mei non negaui eis. Unde regina Sabba licet potentissima et ditissima prudentissima dum videret oĩa que fecerat Salomon et audiret sapientiam eius non habebat vltra spiritum. Auditui xo preparauit cantores z cantatrices. omniaqz genera musicoruz. Sed quid ait? Nõ satiatur oculus visu nec auris auditu. Olfactui proinde cuncti generis arbores et herbas odoriferas parauit. vnguẽta z aromata plurima ac diuersa. Gustui autem cibaria non solum omnem fere delicioſitatem excedentia: sed et vasa aurea. non solum ex quibus potabat vel edebat: sed omnis suppellex domus. saltus fuit de auro purissimo. quia argentum non reputabaꝫ alicuius precij in diebus eius. vt merito diceretur de eo q epulabaꝫ quotidie splendide. Tactui denicz parauit delicias filiorum hominuz. id est vxores z cõcubinas. Unde dicitur. iij. Regum. xj. q fuerunt ei vxores quasi regine septingente z concubine trecente. quia ad tantã deuenerat carnalitatem q frequenter de nouo virgines habere volebat. Sicut de rege Assuero legitur. q die qualibet vnã habebat. et que ingrediebatur vespere egrediebatur mane. nec habebat licentiam reuertendi ad regem nisi vocata. Et qõ his oĩbus maius erat omnib⁹ his fruebatur

sine retractatiõe cordis: sicut assolet fieri in multis qui licet delicijs frui vidẽtur interius tamen in conscientia redarguũtur: retrahũtur: ãgustiant̃ ⁊c̃. Unde dicebat Non ꝓhibui cor meũ quin omni voluptate frueretur, quoniã adeo ꝓpter mulieres idolatras deprauatũ erat cor suum ꝙ etiam deos eaꝝ adoraret ne suas delicias. i. dilectas vxores cõtristaret. Quid igitur? Nunquid curiosus exquisitor deliciarũ in omnibus his finem optatum sortitus est? Audi nunc veram cõfessionẽ. Cum inquit me vertissem ad verius cognoscendum de istis ad vniuersa: vidi vanitatẽ ⁊ afflictionem animi. Et sequit̃. Rursusq; detestat⁹ sum omnez industriã meã qua sub sole studiosissime laboraui. Quid ergo o miser homũcio pauꝑ ⁊ modice deliciarũ coaceruabas: pro quibus spernẽdas ducis celestis delicias? Chrisos. de reꝑatõe lapsi. Quãta tẽpora luxurie? q̃ deliciaꝝ spacia cõꝑare vis eternis penis? Centũ si placet ãnis demus. adde ⁊ alios. centũ adde ⁊ decies centũ: que erit ex his ad eternã compensatio? Nonne omne tempus vite huius quo delicija frui videmur: ⁊ indulgere libidini quasi noctis vnius somnus ad eternitatis estimationẽ estimabit̃. sicut dicit p̃s. Dormierunt somnũ suuz: ⁊ nihil inuenerũt omnes viri diuitiaruz in manibus suis. Hinc beatus Laurẽtius spirituales pedes. i. affectus in ipso summo bono salubriter collegit: ne defluere in has vanitates ⁊ insanias falsas. Und̃ mirabili modo quesiuit delicias corꝑales in crathe ferrea. spirituales in charitate ignea. eternales in fruitione deifica. ¶ Primo corꝑales delicias quesiuit in crathe ferrea quã letus ascẽdit ⁊ adhuc monstrat̃ rome in horum memoriam. Et hic quidem lectulus licet ſm se durus videatur: factus est illi tamen ad modum dulcis. Quia nimirũ tacita dilectõe ferbuit in dilectuz suũ ꝙ vim illius amplius non ferens refrigeriuz querebat in tormentis. In cuius argumentuz cum Decius afferri iuberet omne genus tormentorum. ⁊ eum ad sacrificandum suaderet vt tot genera tormentoꝝ euadere possit: libera voce respõdit. Infelix has epulas semper optaui. Tormenta velut epulas reputans ⁊ amplectens. Sic Agatha glorianter ibat ad carcerem quasi ad epulas inuitata. Sic Vincẽtius ad preparatũ ignem accelerans: tortoris arguebat inertiã. O quales putamus eos in celis delicias possidere: qui tam sollicite studuerunt eas in penis querere et veraciter ĩuenire? Unde beatus Laurẽtius extensus super crathez ferream ⁊ igne supposito furcis ferreis cõpressus dixit Valeriano. Disce miser q̃a carbões tui mihi refrigeriũ prestant. tibi autem eternuz supplicium. Et tandez subiunxit. Ecce miser assasti vnam partẽ: iaz gira ⁊ manduca. Cõuersusq; ad dominuz ait. Gratias tibi ago domĩe: quia sic ianuas tuas ingredi merui. Et hoc dicens emisit spiritum. Si ergo tantas delicias ĩ penis acerbissimis ĩuenit: quãtas putamus in lecto charitatis interna cõtemplatione spirituales delicias suscepit? Nam sic̃ dicit Bernard̃. in quodam sermone. Illud est veruz ac summũ gaudiuz quod non de creatura: sed creatore concipit̃. quod cum acceperis nemo tollet a te. Cui aliũde cõparata omnis iocunditas meror est. omnis suauitas dolor est. omne dulce amarũ est. omne decoruz fetidum est. omne postremo quod delectari potest molestũ est. Sz hoc gaudium non possidetur: nisi pax et iusticia teneatur. Q⁹ si dicis: cur hoc gaudiuz non experior. Respõdeo ꝙ cor tuum putrescit ĩ infimis. voluptatur in affectibus occupatur in terrenis. delectatur in creaturis. nec possunt miseri vera vanis: eterna caducis: ima summis. Q⁹ si non vis illud putrescere stude semper sursuz leuare. Unde dicit Augustin⁹ super Psal. lxxxij. Non putrescit cor si leuetur ad deum. frumentum tuuz si haberes in inferiorib⁹: ne putresceret leuares illud ad superiora. frumento tuo mutare queris locuz: ⁊ cor permittis in terra putrescere. frumentum leuares ad superiora: cor leua in celum. Et vnde inquis possuz? qui funes? que machine? q̃ scale op⁹ sunt? Grad⁹ tuus affect⁹ ẽ. iter tuũ voluntas tua. amando ascendis.

negligendo descendis. stans in terra ⁊ in celo es si diligis deū. Hec ille. Sic beatus Laurentiꝰ in charitate ignea requieuit et per eandez in celum ascendere studuit vbi delicias eternales fruitiōe deifica obtinere meruit. Ad laudez domini nostri Jesu christi. Amen.

Sermo de assumptione beate Marie virginis.

Surrexit Salomon in occursuz matris sue. iij. Reg. ij. Sicut habetur Hester. vj. rex Assuerus quādam insomnē ducens noctē annales historias prioꝝ temporuz ante se legi iussit. Qui cum audisset in eis beneficium fidelissimū a Mardocheo sibi impēsuz pro q̄ nihil mercedis acceperat: ait ad Aman principez sup oēs ꝓuincias. Quid fieri debuit viro quem rex voluerit honorare? Cui ille. Debet indui vestibꝰ regijs. ⁊ imponi super equū qui est de sella regis. ⁊ accipe regiū diadema super caput suum. Et primꝰ de regis principibꝰ equū eius teneat. ⁊ per plateā ciuitatis incedens clamet. Sic honorabit̄ quez rex voluerit honorare. Cui rex. Festina et fac sicut dixisti Mardocheo. ⁊ caue ne quicq̄ de his q̄ locutus es p̄termittas. Ecce quid mortalis mortali glorie ꝯtulit ꝓ impenso beneficio quo regem a morte tempali p̄seruauit. O quid ergo rex reguz sue dilectissime matri in assumptiōe ꝓ illius honore ꝯtulit q̄ taz fideliter educando ei seruiuit. Vnde merito quasi temptādo summis spiritibꝰ dicere potuit cū sciret q̄d facturi essz. Quid debet fieri dulcissime matri quaz filius altissimi rex reguz honorare voluerit. Cui illi merito respōdere poterāt. Debet indui vestibꝰ regalibꝰ tanq̄ regina verissima curie celestis. ⁊ accipere regium diadema. i. coronari gloria omniū angeloꝝ ⁊ sanctorum. ⁊ imponi sup equū qui est de sella regis. i. dulciter suscipi felicibus amplexibꝰ hūanitatis christi. Et sic baiulari ad consistoriū sanctissime trinitatis. Altior eniz omnibꝰ nobis est. nec illi cederet ad honorez si vel a quoq̄ nostꝝ eius anima sanctissima deferret̄ in celum. sed hoc erit nostrū obsequiū vt equo regis sociemur. ⁊ per viam incedētes dulciter modulemur. sic honorabitur quez rex voluerit honorare. Et dominꝰ Jesus. Festinate ⁊ facite sicut locuti estis. Ac ip̄e primus omniū totus festinus ad maternā susceptionē delectabiliter ꝓperauit. Q̄d figuraliter nobis īnuitur in verbis ꝓpositis. Surrexit Salomō ⁊c̄. Que quidem a rege Salomone q̄tum ad literaz acta sunt: postq̄ cōfirmatus fuit in regem israhel. Nam ad illum accessit mater eius quippiā petitura. Q̄d videns Salomon: vt preceptū impleret dn̄icū de honoratiōe parentum: de solio suo surrexit in occursum matris. ⁊ adorauit eam. i. reuerentiaz exhibuit. Vel s̄m Josephum amplexatus est eam. positusq̄ est thronus matris regis: ⁊ sedit ad dexteram eius. q̄ hodie spiritualiter in beata virgine cōpleta gaudet mater ecclesia. Nam hodie surrexit Salomon noster de celesti solio in occursuz matris sue p̄cipue ꝓpter quatuor.

Primo vt eā honoraret obuiatiōe magnifica: scilicet cū multitudine omniū sanctoruz ⁊ angeloꝝ. Vnde dicit Bernard̄. Hec assumptio habet aliquid excellentius filij dei ascensiōe quo ad triumphalem occursuz. quia soli angeli ipso Jesu occurrere potuerunt. Matri v̄o ascendēti filius ipse cum tota curia taz angeloꝝ q̄ sanctorum omniū solēniter occurrens eaz euexit ad beate ꝯsistoriū cōsessiōis. O q̄bene nobiscū ageret̄ si vel minimꝰ angelus in hora mortis nostre aduenire dignaret̄. ad suscipiendā ⁊ ꝓtegendā aīam nostrā a rugiētibus p̄paratis ad escam. Quedā enim anime ab vno angelo deportant̄ in celum: vt paruuloꝝ post baptisma decedentiū. sicut promisit dn̄s Exod̄. xxiiij. dicēs. Ecce ego mitto angelū meū qui custodit te. ⁊ inducat in terram quam ꝓmisi patribus tuis. Vel etiam deportantur in purgatorium. Quia vt tangit doctor sanctꝰ sup. iiij. dis. xxj. Anime ī purgatoriū nō portant̄ a demonibꝰ neq̄ puniunt̄. qꝛ victores eoꝝ extiterūt. Non em̄ iustū est q̄ qui de aliq̄ triūphauit ei subijciat̄ post triūphū. Quedaz

etiam anime ꝓpter virtutū eminentiam a multis angelis assumūtur. ꝑsertim ille ꝙs angeli propter extensam charitatē supra se ꝑmiandas esse ꝑuident. sicut innuit dominus de mendico Lazaro Luc. xvj. Factum est autez vt moreretur mēdic⁹ ⁊ portaretur ab angelis in sinuz Abrahe. vt sic maiori gloria ꝑsentetur altissimo. Sed in assumptōe gloriose virginis tota curia celestis angelorum ⁊ sanctorum regine celi ⁊ matri christi obuiaz processit. Nimirū cū ⁊ ipse filius dei matri sue totus festin⁹ occurrit. Nec miruz ꝙ ad eam recipiendam in celum tota multitudo cōcurrit: cuz ⁊ adhuc in terra degenti tāta multitudo cohesit illius pulchritudine delectata: illiusq; seruitio deputata. Unde beatus Dyonisius cum ad eam videndā ꝓuocatus esset: siquidez fere tota christianitas tam gratiosam creaturam cernere cupiebat. sicut liquide testant epistole beati ignatij ad virginem misse. Cum igitur aduenies beatus Dyonisius ad eam videndaz fuisset introductus: vidit circa eam tantum splendorem ⁊ tantam angelorū multitudinem ac ipsam virginē tanta claritate vulgentez: vt dixisse referat ꝙ eam vt deam adorasset pre magnitudine glorie quam viderat nisi fuisset euangelica fide certificatus. vt refert Hubertinus. ¶ Secūdo xo matri christus occurrit vt eam salutaret adoratione mirifica. Nam occurrens eius filius etiam in deitate sua cunctis manifestauit hanc esse verissimaz genitricem suam: que ipsum cōcepit: peperit: ⁊ nutriuit. ⁊ in assumpta natura se fideliter sociauit. imo tā sollicite seruiuit. tam reuerenter educauit ꝙ nullus vnq̄ mortaliuz tantam reuerentiam exhibuit diuinissimo sacramēto sicut ipsa fecit infantilib⁹ eius mēbris. Et ideo merito filiali reuerētia vt matrez dignissimam dicitur eam adorasse: preceptū illud adimplēs. Honora patrem tuuz et matrē tuam. O bone Jesu eterne deus: quid est ꝙ mulierem adoras ⁊ tantam reuerētiam
B exhibes? Adoro inquit eam: quia duo faciunt eam adorandā. Primuz est ratione maternitatis que in ea fuit singularis efficientie. quia sine semīe virili sola ex spiritu sancto ꝓcepit. Fuit inq̄ singularis magnificentie. quia nulla preter ipsam deum genuit vel post partuz virgo permānsit. Fuit denicq̄ singularis diligentie. quia nulla vnq̄ mater filium tantū dilexit vel sollicita fuit. Secundū est meritum humilitatis quia qui se hūiliat exaltabit. Et ꝙ in humilitate non habuit equalez. ideo in exaltatione nō habeat cōsortem. sicut superius patuit de triplici gradu hūilitatis: licet de humilitate coacta. voluntaria. et honorata in sermōe de eius cōceptōe post L. Unde dicit Hubertin⁹. ꝙ quia se ꝓ humilitatem inabyssauit sub omni creatura. ideo deus non soluz eam exaltauit sup̄ homines: sed etiam super omnē angelica creaturam magnificauit. ⁊ vt suam verissimā matrem reuerēter adorans: ad eam bono re inestimabili se corꝓaliter inclinauit. O stupendum Marie priuilegiuz ⁊ inaudite celsitudinis fastigiuz. Certe isto respectu honoris nō respiceret: dei filius millesies mille millia seraphin. Nec solum sm Asophū sed etiaz amplexat⁹ est eam. O quales putam⁹ eam amplex⁹ a dño ⁊ dilecto filio pariter ⁊ oscula suscepisse. que taz sedule. tā amorose. taz dulciter in tugurio pauperatis oscula tam melliflua tenellis ⁊ infantilibus adhuc eius labijs impressit. Que denicq̄ tam crebre suspirauit illud canticū cāticoz. Osculetur me osculo oris sui. Et in hmōi amplexu dulcifluo vt pie credēdū est anima illa sanctissima demulcebat: ne mortis acerbitatē ꝓsentiret: sed sine pena carne soluta in vlnas filij delectabiliter euolaret. Si nanq̄ vt habet in vitis patz ad euocatōem anime cuiusdā pauperis in plastea mortētis missus est Dauid cū cantoribus ac vniuersis musicis instrumentis: vt animā illam sine pena corꝓorali per abundantiam symphonie dulcedinis eliceret. et ad celestem gloriam expetendam prouocaret. O quid actuz credimus in egressu anime tam sanctissime virginis? In amplexu tam melliflue filialis amoris ⁊ spiritualis inuitatōis vere dicere poterat illud. Anima mea liq̄facta est vt dilectus locutus

est. Et inter hec aīa illa purissima carne so
luta inter amplexus spirituales filij celeri
ter euolauit. Interim vero spiritus angeli
ci sollicitudine non pigri aerem istuz cali
ginosuz ab īmundis spiritib⁹ depurare fe
stināt: per quē scilicet beata virgo fuerat
ascensura. ne saltem eoꝝ incursum vel a lō
ge pateretur. Pro quo notandū qꝛ vt
dicit doctor Bonauētura sup. iij. senten.
dis. vj. ⁊ etiaz in multis locis patet ex scri
pturis. ꝙ locus demonuz post lapsum sal
tem vsqꝫ ad diem iudicij proprie loquēdo
non est locus sub terra quem nos infernuz
vocamus. Et ſm cōmunem opinionem est
in centro terre. quia ſm curiosos natura
les distat a supficie fere miliarib⁹ trib⁹ mi
lib⁹ ducētis. xlv. ⁊ quedā minuta q̄ leucas
faciunt quasi sexcētas ⁊. xxij. licet nihil de
hac distantia refert cum peccator in pun
cto ad infernū descendit si in peccato mor
tali repert⁹ fuerit. Sed aer caliginosus est
eoruz locus in quo generaliter multitudo
demonū inhabitat. Et hoc p̄sertim ꝓpter
humanū exercitium. Dicit enim Augusti.
ꝙ nunq̄ eos deus creassz quos presciebat
futuros malos: nisi pariter nosset quib⁹ bo
noruz vsibus eos accomodaret. Scit enī
bene vti malorum voluntatibus q̄uis ma
lis. Q. d̄ pulchre ostendit Origenes super
illud Numeri. xxij. Stetit angelus domi
ni cōtra Balaaz: dicens. Prouidētia dei
ita omnia disposuit ꝙ nil ociosum reman
sit. maliciam non fecit cum tamen ab alijs
inuentaz prohibere posset non prohibet.
quia si malicia non esset: virtus contrari
um nō haberet: nec claresceret: nec exami
natio fieret. Non probata vero nec exami
nata nec virtus essz. Et sequit̄. Tolle ma
liciam fratris Joseph et inuidiam: simul
dispensatiōem dei. ⁊ que in egypto pro sa
lute omniuz gentium sunt aufers. Sequi
tur. Tolle regis Balath maliciaz: ⁊ nusq̄
erunt prophete Baalim. Aufer maliciam
Jude ⁊ proditionem: auferres pariter et
crucez christi ⁊ passionem. Tolle astutias
diaboli: nec erit corona victorie legitime
certanti. si desunt obsistētes nec erūt ago
nes nec victoribus munera parent̄. Non

solum ergo bonis vtitur deus ad opus bo
num: sed etiaz malis. Hec ille. Credendū
tamen est ꝙ aliqui descendunt ad inferos
ad torquendas aīas ſm ꝙ habent inter se
determīata maledictōis officia. Nam ipi
animas damnatas vsqꝫ in diez iudicij tor
quere credūtur: que post diem iudicij sola
diuina iusticia puniētur. Hi ergo maligni
spiritus ab aere caliginoso longo depulsi
credūtur quasi territi de taz honorabili ⁊
iocunda societate. Nam sicut vulnerati
semper in luctu degentes tantam iocundi
tatem ferre non valebant. Quia vt dici
tur Eccl̄iasti. xxij. Musica in luctu impor
tuna narratio. Et quia cecati sunt a ꝓpria
malicia tantā celicam claritatez ferre nō
poterant. Sed admiratiōe ducti querere
poterant inter se. Que est ista que progre
ditur quasi aurora cōsurgens. pulchra vt
luna electa vt sol. terribilis vt castrorum
acies ordinata. Tercio proinde matri
christ⁹ occurrit vt eaz exaltaret sublima
tione altissima: ad quaz nec angelicus spi
ritus attingere valuit. et ideo a solo chri
sto baiulari debuit. Non tamen sic intelli
gendum ꝙ anima illa in eius ascensu egu
erit aliquo adiumento exteriori quo pro
ueheretur in celuz. Quia dicit doctor san
ctus super. iiij. distin. xliiij. ꝙ corpora san
ctorū dicūtur ferri baiulis angelis vel eti
am nubibus non ꝙ illis indigeant quāto
magis anima gloriose Marie: sed ad desi
gnandam reuerentiaz que etiam corpori
bus gloriosis ab angelis et ab omnib⁹ cre
aturis deferetur. Tunc enim veraciter ex
peritur in electis illud Augus. Quod pon
dus est in corporibus: hoc amor est in spi
ritibus. pondus meum amor meus. illo fe
ror quocūq̄ feror. Recepta igitur aīa ma
tris in gremio filij ⁊ processiōe beatorum
spirituum decenter ordinata procedit ce
li regina filijs vlnis sustentata. non ad ne
cessitatem vt dictū est: sed ad honoris ex
cellentiam: ita vt mirarētur etiam angeli
ci spiritus: dicentes. Que est ista que ascē
dit de deſto delicijs affluēs. qꝛ obsequio
oīm angeloꝝ ⁊ sctōꝝ deducta. Nec solū il
lis ꝯtēta est: sz etiā innixa ē sup dilectū. q̄

deductio taz bonorifica bene figurata est in archa dñi quaz adducebat Dauid cum septem choris in tubilo. vt habet. ij. Reg. vj. et. j. Paralip. xv. Et statim sequit ibidem. Q cum adiuuissz dñs leuitas q portabãt archam. vbi dicũt doctores hebrei q per istud adiutoriũ intelligitur. quia archa portabat virtute diuina seipaz: sic q portantes nullũ pondus sentiebant. Pro quo miraculo facta est illa ĩmolatio ỗ qua sic dicit ibidem. Cunctz trãscendissent qui portabãt archaz dñi lex passus ĩmolabãt bouem ⁊ arietẽ. ludebatq Dauid in organis armigatis. Hec archa beatã Mariã signat. Sicut ait Psal. Surge domine in requiem tuam: tu ⁊ archa sanctificatiõis tue. Quaz hodie Dauid noster in tubilo ⁊ clangore tube deducere dignat⁹ est. ludẽs cythara amiũ amoris in organis armigatis. Et nos fratres seqmur affectib⁹ mentis. deuotis suspirijs. sedulis oratõibus. Nam sicut super archam illam erat propiciatorium vel oraculuz quod erat operculum arche ſm dictuz ra. Sa. vel tabula aurea desuper eleuata: per cherubin sustentata ſm alios. Et vocabatur propiciatorium. quia de illo audiebãtur responsa diuine pietatis. Dicebatur etiam oraculum. quia per oratõnes impetrabatur diuinuz responsum quod inde audiebaẽ. et sic erat ibi quasi sedes dei. Sic per Mariam nobis dantur responsa diuine pietatis. quia quicquid venie: quicqd misericordie: quicquid gratie: quicquid glorie dominus nobis indulgere disposuit: totum per Mariam impartiri voluit. vt ad eam tanq̃ misericordie matrem ⁊ federis ac recõciliationis recurramus. Subleuata igitur vltra omnem creaturã tam angelicam q̃ humanã: ⁊ summe trinitati decenter presentata. Quali putas excellentia honoris et dulcedine amoris est recepta? q̃ incõprehensibilibus amplexibus a deo patre salutata? Velut spõsa vtiq̃ castissime dilectionis osculo est preuẽta: que singulari mũdicia virginitatis ita patri celesti complacuisse monstratur: vt illi filiuz suum vnigenitum daret. Unde ab eo recepit fontalẽ

D

fecunditatez ad omnes electos regenerãdos. Et etiam angelos: saltem in gustu alicuo ⁊ gradu experiẽtie diuinorum. Ex ea nanq̃ fluxit vnde etiam angelus augmentum meriti saltem accidentalis accepit. ⁊ ex hoc habet ratiõem potestatis ⁊ sublimitatis imperialis post filium super omnem creatam naturaz. Quam inexpũibili inq̃ reuerentia a deo filio suscipitur tanq̃ verissima mater illius ⁊ omni honore dignissima vicem debitam reddens tante hospite. Unde sicut a christo homine p̃sentabatur. sic a christo deo suscipiebatur vt genitrix ⁊ mater fidelissima. Suscipitur etiaz a spiritu sancto indicibili dulcore suauitatis. qui recognoscẽs eam esse sornacez sui amoris: ⁊ officinam sue mirifice operationis. Cunctis enim patefecit quicqd in gratia mirificum operatus est. Et q̃ in ea totum ignem operatõnis virtuose reclusit: q̃ nunq̃ creaturis dare disposuit. Quam tam igitur leticiam in eius aduentu exortam fuisse putemus que omnibus sic profecit. presertim cum ipa sola post ingressuz filij sui decore regio regnum illud intrasse creditur etiam angelicos ordines tam ineffabiliter supergrediens. quia ipsa plenitudine glorie sue omniuz sanctorum ⁊ angelorum gloriam excellere credenda est?

Quarto denicq̃ matri christus occurrit vt eam sibi vniret conĩctione ĩmediatissima. Et ideo dicit ĩnixa super dilectuz. Super hunc enim ſm Bernarduz. innititur mater illa felicior ⁊ aureo reclinatorio diuine maiestatis incũbens inter sponsi ⁊ filij sui brachia requiescit. Et hoc maxime angelos admirari fecit cum viderent eam ascendentem ad filium claritate cõsortij. vt sicut Jesus sedet ad dexteram patris .i. in potioribus bonis glorie paternalis: sic mater eius benedicta sederet in potioribus glorie filialis. Quia reuera hoc stupendum erat prodigium q̃ mulier sic diuine glorie plenitudinem sortiret. Ad quaz ineffabilem conĩctionem illam prouexit charitas eius intentissima et etiam purissima: qua pre ceteris omnibus incomparabiliter ferebatur in filium suum deum et

hominē. quia summā habuit dilectiōez naturalez acquisitā. ⁊ gratuitā. vel infusaz. Nam primo summā habuit dilectionē naturalem. qz summ⁹ amoz naturalis est matris ad filiū. quē amorez habuit in summo gradu: qđ sic ostendi potest. Amoz enī naturam habet ignis naturalis. q̄ quāto pl⁹ spergit ⁊ diuidit: tanto plus minuit ⁊ debilitatur. quāto ↄo plus adunatur: tanto plus augmētat ⁊ vigorat. Sic ⁊ amoz q̄nto plus cōiungit in vno obiecto: tāto magis indensat augmētatur et purificat. Et hec est causa p̄cipua cur dñs suis sequacibus p̄cepit abrenunciare terrenis. ne talibus. s. corde ⁊ affectu turpiter inhererēt. quia coz humanū facile adheret omnib⁹ q̄ frequētat. Nunc autē cetere matres q̄ vi ros cognouerūt amorē diuisum habuerūt ad maritos. filios filias. amicos ⁊ notos. ⁊ terrenas facultates. Hec ↄo nec virum nec aliū filiuz. nec domū. nec agrū habuit. sed sicut Jesus nō habuit vbi caput suuz reclinaret. vt sic coz suū cum omni virtute naturali in filiū suuz trāsfunderet. Sic pari modo de dilectōe acquisita prudens lector filogizare debet taz in eius actiua vita qua Jesu sedule ministrauit: q̄ etiā in cōtemplatiua qua nunq̄ coz suū abstractū a deo habuit. Jugiter aūt per memoriaz in re dilecta dulciter occupari ⁊ pure delectari: multū incendūt ipm amorem. vt patet infra. Sic ⁊ in dilectiōe infusa cunctis p̄cellebat: sicut etiaz p̄ ceteris omnib⁹ a deo plus gr̄e accepat. Mirū cū ⁊ ipsuz amorē nouem mensib⁹ in vtero corpaliter portauerat: ita q̄ fiducialiter dicere potuerat. Ego mater pulchre dilectōis. Ad laudem dñi Jesu.

Sermo secūdus de eodē festo.

Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ sancte spei. Eccl̄asti. xxiiij. Hec verba mater eccl̄ia dulciter applicat matri xp̄i: q̄ taz excellēti virginitate ⁊ singulari fecūditate deū ⁊ homiez ac ꝓpriuz edidit creatorē. peccatorib⁹ veniaz. iustis gratiā: infirmis medicinā. ⁊ ↄmunē omnibus leticiā pariēdo. Quia christ⁹ Jesus sicut vnic⁹ est dei patris fili⁹ naturalis fm diuinitatē per quē in creatiōe multos filios adoptauit ⁊ acq̄siuit. s. angelicos spūs in gr̄a stabilitos. Sic etiā fm hūanitatez vnic⁹ est Marie fili⁹. cui scz matri dedit. ī recreatōe multos adoptiuos filios p̄ gratiam repatos. Hi sunt oīes electi dei inter quos Jesus p̄mogenitus vocatus est Luc. ij. q. ipe p̄mogenit⁹ ex ea dedit ⁊ multos filios adoptiuos. vt esset ipe primogenitus ī multis fratrib⁹. Nos igit oēs Jesus matri dedit in filios in cruce suo p̄cioso sanguīe recreatos sub typo Johānis: dicens. Mulier ecce fili⁹ tuus. q̄si diceret Vide mater dulcissima q̄ntū p peccatoribus patior vt recōciliatos in fratres ⁊ heredes accipiā. Et quotiēs in postea exigēte mea iusticia. ꝓpter iniq̄tates suas dānari oporteat. Tu mee recōmendatiōis tpe passiōis tibi facte non īmemor illos mihi surripias. ⁊ fideliter p eis tanq̄ filios interpellas. Et in hoc fratres christus ostēdit circa nos viscera misericordie sue quibus tam multipharie querit occasionē miserendi. Hec enim recōmendatio dulcissime matri taz profunde dinoscitur īmersa q̄ ipsa sua liberalitate se cunctis pie inuocantibus benivolā exhibet ⁊ benignaz: vt sic securū peccatoz accessum ad deū habere se gaudeat. vbi filiū habet ante patrem latus ⁊ vulnera p̄sentantez. ⁊ matrē ante filiū pectus ⁊ vbera p̄ferentē. vt verificet illud p̄s. Quoniā tu dñe suauis ⁊ mitis ⁊ multe misericordie omnib⁹ īuocantib⁹ te. Verūtamen licet interuētu sue mītis oīb⁹ misericordiā exhibere desiderat: ipa tñ edocta spūsancto ordinatōe iustissima inq̄rit vt ad illā p̄cipiendā dispositi q̄ntuz in nobis est ⁊ hūiles īueniri studeam⁹. Quā vtiq̄ dispositiōem et habilitatem in verbis p̄positis euidenter enunciat. Quasi diceret. Qui per pulchram dilectionez. laudabilē timorē. verā agnitiōez. et sc̄am spē se diligēter dispōit. illi⁹ ego mater singulariter ero. eidē affectū ⁊ p̄ociniū exhibēdo mat̄nū. Ego mē pulchre dilectōis et

timoris ⁊ agnitōis et sancte spei. i. mater
sum pulchrā dilectionē timorē et agnitio-
nem ⁊ spem habentiū. eo ꝙ accidētia non
sunt nisi in subiecto disposito. Et hoꝝ qui
dem q̄tuor beata virgo mater esse dignat̄
maternis subuentōibus. visitatōibus. cō
solatōibus. ⁊ benedictōibus sedule p̄ueni
ens. Primo nāq̄ mater est eorum qui pul
chrā in se dilectionē copulare laborāt: cū
nimirū primogenitū suū amore cōceptum
īmo fontem amoris enixa diuīo amore to
A ta redūdat. Ad cognoscendū ergo pul-
chruz amorem sciendū est ꝙ aliquid dicit̄
esse pulchꝝ tripliciter. Primo dicitur esse
pulchꝝ ex puritate. sicut vitrū vinū aqua
⁊ similia dicūtur esse pulchra quādo sunt
pura. Secundo dicit̄ aliquid esse pulchrū
ex ordinabilitate. sicut homīes imagines
animātia ⁊ similia dicunt̄ esse pulchra qn̄
partes vel membra ꝓporcionabiliter ad-
inuicem sunt ordinata. Tercio dicit̄ aliq̄d
esse pulchrū ex nobilitate. sicut imago vel
vasa aurea aut argentea dicūtur esse pul-
chra quasi scemate vel lapide aliquo facta
Et hec tria pariter in dilectōe pulchra cō
uenire debent vt illa dilectio pulchra dica
tur que ꝓcedit ex puro subiecto cū affectu
ordinato in obiectū nobile. Primo de-
bet esse pulchra ex puro subiecto. i. ex pu-
ra anima: que scilicz ꝓpter suam dilectio-
nem omniū peccatoꝝ prauitatē detestet̄.
Non enim dn̄s tantuz respicit dilectionē
sensualē ⁊ affectualē que ex natura potissi
me vigorem sumit: nisi diuino amore dul-
cius irrorata origini sue pro posse se peni-
tus in volito cōfirmet. q̄ntū respicit intel-
lectualē amorem ex mera dilectōe diuina
diuino beneplacito se cōformantē. alioq̄n
maculā habet ⁊ non est accepta deo. Naz
qui dicit qꝛ diligo deum. ⁊ mandata eius
non seruat mendax est. Inde respexit do
min⁹ ad Abel ⁊ munera eius. ad Cayn au
tem non respexit. quia qui diligit deum fe
da cōsciētia: offert ingrata munera. Mo
dicum enim fermentū totam massam cor-
rumpit. Secūdo debet esse dilectio pul
chra ex ordinato affectu. vt scilicz ad sua
diligibilia iustū seruet ordinē diligēdi. de

quo sponsa gloriat̄ in Cantic̄: dicēs. Or-
dinauit in me charitatē. Hic enim est debi
tus ordo diligendi: ꝙ cū oīa diligibilia or
dinant̄ in deum tanq̄ in suam originē: eti
am oīa propter deū diligant̄. Dn̄ Bern̄.
Ordinauit deus in rebus diligendis cha-
ritatem: vt sciam⁹ quid prius: quid poste-
rius: quid min⁹: quid mai⁹: quid per se: q̄d
per aliud diligat̄. Sunt enim temp̄alia di
ligenda propter corpus: ⁊ corp⁹ propter
animā. Valet enim aīe corp⁹ sanū ad pe-
nitentiam. infirmū ad meritoꝝ cumulatio
nem. mortuū ad requiē. resuscitatū ad cō-
summationē. ⁊ ideo ꝓpter animā corp⁹ est
diligendū. Anima v̄o propter deū ad cu-
ius imaginē facta est. Deus autē propter
se. qꝛ nihil digni⁹ vel vtilius diligi potest.
Nihil inq̄ digni⁹ quia prior dilexit nos: ⁊
īmeritis sese dedit pro nobis. Nihil etiaz
vtilius. qꝛ ex huius amoris virtute nobis
omnia coop̄ant̄ in bonum. Porro dile
ctio fm Bern̄. duplex est. scilicz affectua-
lis: ⁊ actualis. In dilectōe affectuali pre
ponēdus est deus ꝓximo: vt plusq̄ ꝓxim⁹
diligat̄. īmo vt ꝓximus solum ꝓpter deuz
diligatur. Quia sicut anima affectiue be-
ne ordinata dilectōi ꝓximi dilectio dei p̄-
ponitur sicut etiam in creaturis. q̄nto ma-
gis participāt de bonitate dei: tanto ma-
gis sunt diligende vt in ipsis homībus p̄-
fectiores infirmiorib⁹ celum terre. eterni-
tas tempori. anima carni p̄ponat̄. Verū-
tamen in dilectōne actuali bene ordinata
oppositus ordo semp̄ obseruatur. quia cir
ca curam ꝓximi plus vrgemur ⁊ infirmio-
ribus fratribus plus assistim⁹ ac languori
bus corporis postpositis cura anime quo
tidie inseruim⁹. orantē hominez deo loqui
quis dubitet? Quotiens tamē in charita-
te abducimur ⁊ euellimur propter eos qui
nostra indigent opera vel loquela? Ter
cio debet eē dilectio pulchra ex nobili ob-
iecto in qd̄ ordinat̄. Vnd̄ amor qui fertur
in hominē bonū ⁊ iustuz melior iudicat̄ q̄
ad hominē malum. est etiam potior amor
celi q̄ terre. Dilectio igitur ad obiectum
ordinata qd̄ deus est pulcherrima iudica-
tur. maxime cū ꝓpter se deus pure diligit̄

non propter aliqd cōmoduz iam consecutum vel in posterz ꝯsequendū. nec propter aliqd incōmoduz declinandū vel p̄cauendum. Unde quātuz intentionis extranee ille se cōmiscet: tantū a vera ⁊ pulchra dilectōe desipit. Hanc igitur dilectōez qui puram ⁊ ab omni cōmixtiōe defecatam in diuinū obiectū sustulerit gloriosaz virginem fidelissimā defensatricē. dulcissimam cōsolatricē. pijssimā interuentricē. ⁊ tanq̄ filiꝰ ad eterne adoptōis spiritualē genitricem habebit vt feliciter experiat̄. Ego mater pulchre dilectōis. Secundo vo mater est eoꝝ qui pulchꝝ timorem habere studuerūt. Additur aūt pulchꝝ ad differētiaz fedi timoris: sicut timor mūdanꝰ quo mundo quis innitit̄ tanq̄ fini. ⁊ ad eiꝰ fauorem cōsequendū vel contumeliā declinandā. aut multa cōmittit mala: vel omittit bona. sed qui hominibꝰ placent confusi sunt: quoniā deus spreuit eos. vel sicut timor humanꝰ propter quem p̄icula ⁊ damna corporis. vel rez p̄cauenda diuīa quis cōtemnit p̄cepta. aut etiaz p̄termittit ingredi ardua sicut penitentiā religionē: timens in corpore deficere ex discretōe carnis nō ratōis. Cōtra primū dicit̄ Math. x. Nolite timere eos q̄ occidūt corpꝰ. De secūdo Job. vj. Qui timet pruinā veniet super eum nix eterne damanatōis. quia timet pruinā. i. modicuz penitētie laborem. Vel deniq̄ sicut timor seruilis qui coactꝰ euitat mala ⁊ facit bōa timore supplicij vl̄ spe p̄mij. Sed hos timores sollicite repellat qui beatam virginē in matrem habere desiderat: vt sic timorem pulchꝝ introducat. quia pulchri timoris mater est. Dicit̄ autez timor pulcher p̄sertim ex obiecto timorem causante qd deus est. in nobis efficiens tria bona dum timoris affectio debite ordinata fuerit. Primo nāq̄ puritatē in nobis operat̄. quia respiciens deum iudicem ⁊ vindicē omniū maloꝝ. eo q̄ nihil est contrariū deo nisi peccatū timoris puritatem causat. qꝛ peccatū expellit. Eccl. j. Timor domini expellit peccatū. Nimiꝝ cuz talis timor maxime diuinā refugit offensam: eius indignationē metuens q̄ p̄priaz damnationē. Unde timore huiꝰ verecundia motus Esdras filijs israhel recidiuātibus orauit dicens eiusdem p̄mi. ix. Domine deus meus cōfundor ⁊ erubesco leuare faciem meam ad te. quoniā iniquitates nostre mltiplicate sunt super caput nostꝝ: ⁊ creuerūt vsq̄ ad celuz. Vides qꝛ timor iste cuz laudabili verecūdia coronatus est vt tanto reddatur acceptior. Unde dicit Ambrosiꝰ de morte Abel ⁊ Cayn Erubescere debemꝰ ⁊ cōdemnare peccatū non defendere. quia pudore culpa minuit̄ defensione cumulat̄. Timor enim peccatū amaricat: ⁊ verecūdia deo mentez gratificat. qd naturali docemur exemplo. Naz timor naturaliter reuocat sanguinē ad īteriora. ⁊ ideo fit homo pallidus cū timet Sic timor dei spūaliter per detestatōez reuocat sanguinē. i. vitam humanaz: que in sanguine cōseruatur ab his que ſm carnez carius amplectit̄. Sed verecūdia sanguinem reuocat ad exteriora. ⁊ hominē gratiosum reddit. Dicit enim Boetius sup̄ cathegorias Aristotel. q̄ cuz homo penitet ex aliquo delicto sanguis amicꝰ nature q̄si delictū coopturus ad exteriora tendit̄. ⁊ hec est causa quare homo fit rubeus cuz verecūdat̄. Secundo vo bonitatē operat̄. qꝛ respectꝰ ad deū tanq̄ benignissimū patrē bonitatē in bonis causat: et ad omnia bona opera p̄uocat. Hinc dicit̄ Eccli. xv. Qui timet deū faciet bona. Nimirum qꝛ timor filialis sicut refugit offensam: sic aspirat ad paternā complacentiaz: sciens scriptum de christo in trāsfiguratiōe sua. Hic est filius meus dilectꝰ in quo mihi bene cōplacui. Quare? quia filius nō potest facere quicq̄: nisi qd viderit patrem facientem. vt qualis pater talis filius inueniatur. Pater eniz maxime complacet̄ similitudine: sicut ⁊ dissimilitudine maxime irritat̄. Hinc etiam ad oñimodam conformitatem nos allicere volens Math. v. dicit. Diligite inimicos vestros. benefacite his qui oderūt vos. ⁊ orate pro p̄sequētibus ⁊ calūniātibus vos: vt sitis filij patris vestri. qui solem suū facit oriri sup̄ bonos ⁊ malos. Et hec est bonitas que opat̄

in nobis. Tercio denicꝫ diuini beneplaciti voluntatem in nobis operat̄. maxime quātum ad liberā sui resignatiōem in omni tribulatōe ⁊ aduersitate. Eccli. ij. Qui timent deū inquirēt que beneplacita sunt ei. Et p̄s. Beneplacitū est dño super timētes eum. Hec autem opatio tam acceptabilis diuini beneplaciti causat̄ ex eo ꝙ deum tam infinite maiestatis qui cūcta verbo creauit. qui respicit terrā ⁊ facit eā tremere sua dignissima charitate respicit ꝓ nobis redimēdis hūana natura vestitum. pro nobis instruēdis in mūdo trigintatribus annis cōuersatum. pro nobis abluendis plagis liuidū ⁊ effusiōe sanguinis torridum. pro nobis in sponsas suas cōsecrādis tā horribili mulctatū morte: ⁊ sic animarū nostraꝝ fidelissimū sponsuz effectū. Pro quo plenius adipiscēdo omnē volūtatem suam taz inexp̄ssibili agonia dulcissimo patri in tam duro mandato liberalissime resignauit: dicens. Verūtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. An non merito fratres hec resignatio omnē nostraz volūtatem sibi vendicabit? Sic igitur ī nobis operatur diuini beneplaciti volūtatē. Et ex his tribus effectibus quos in nobis deus operat̄. hunc timorē pulchruz esse dicimus. Et illum habentiuz dei genitrix mater fidelis esse dignatur. Tercio ꝟo mater est pulchrā agnitionē habentiū. Pro quo sciendū ꝙ triplex est agnitio nobis ꝑ utilis. ex qua tres virtutes necessarie nobis oriuntur. Prima igitur est agnitio diuine reuerentie. ex qua nimirū veram dilectionem cōsequimur. quia quāto deum cognoscim⁹: tanto necesse est vt eū diligam⁹ Ipse nanꝫ bonitas est tam ineffabilis. ⁊ dulcedo tam inexpugnabilis ꝙ eum odire nemo potest. aut agnitū non diligere. sed quātum cognoscit̄ tantuz diligit̄. Et ideo vita cōtemplatiua q̄ maxime ꝓficit ad veram cognitiōem. etiam maxime ꝓuocat et ingerit ad visceralē dilectiōem. Quia s̄m Richardū supet. iij. iugis ꝯtemplatio rei dilecte ⁊ pure delectari in re dilecta vehementer intendūt ⁊ incendūt actum diligēdi. Secunda ꝟo est cognitio ꝓprie insufficientie ex qua ꝯsequimur humilitatē. qz quāto verius ad interiora cōuertimur: tāto perfecti⁹ ⁊ verius mala nostra vidētes propriā vilitatem agnoscim⁹. Unde profundi⁹ hūiliemur. Hinc ait Bern̄. Tu quicunꝫ es etiam si sanctus es. si te ad lumē veritatis intus in anima sine dissimulatione inspicias non dubito: quin tu humilieris in oculis tuis. Unde singularis illa pietatis officina que virtutū omniū arcez obtinuit. ⁊ nullam peccati maculaz admisit in agnitione ꝓpria se humiliauit: dicēs Ecce ancilla domini? Et ideo respexit humilitatez ancille sue. Sic̄ igitur ex cognitione diuina dilectio: sic ex cognitōe ꝓpria humilitas generat̄. Tercia autem est cognitio materne clemētie ex qua spem ⁊ fiduciaz cōsequimur. ita ꝙ si propter dei reuerentiā. ⁊ peccatorū nostroꝝ defectuūꝫ multoꝝ cumulatōem. ⁊ meritoꝝ insufficiētiam faciem nostrā leuare non audem⁹ diuinam clementiā erubescētes: ad virginē matrem cōfugiamus de illius clemētia cōfidentes que nos in gratiā recipiēs ꝑ materna beneficia diuine gratie clemēter recōciliabit. qz hec est pulchra cognitio cui⁹ beata virgo dignatur esse mater. Quarto denicꝫ mater est habentiū sanctā spem non vticꝫ spem inutilē vel p̄sumptuosam. Spes ꝟo īutilis est que de reb⁹ transeūtibus cōcipit̄. sicut impijs imꝓperat p̄s. dicens. Ecce homo qui non posuit deū adiutorem suū: sed sperauit in multitudine diuitiarū suarum ⁊ p̄ualuit in vanitate sua. Sed quid in fine rn̄dit sapiens Sapiē. v. Spes impij quasi lanugo q̄ a vento dispergitur. Spes ꝟo p̄sumptuosa est que de diuina bonitate concipit̄ nullis meritis suffragantibus. īmo quib⁹ ip̄a spes est occasio ignauie vel crasse negligētie. aut etiaz maioris ruine. ⁊ sic esset peccatuz in spiritum sanctū. De q̄ spe dicit̄ Job. xj: Oculi impioꝝ deficient ⁊ refugium peribit ab eis. ⁊ spes eoꝝ abomīatio ē anime. Spes autē sancta est expectatio certa future beatitudinis ex gratia dei et meritis ꝓprijs ꝓueniens. Unde tria sunt que spem nr̄am sanctificant et beate virgini gratificant.

Primus est q̄ propter eam a peccatis cel
semus. Nam in eo frustra q̄s sperat q̄diu
peccando illū puocat in quez sperat. Vnde
dicit Psal. Spera in deo et fac bonitatez
et pasceris ī diuitijs eius. Et hoc est quod
dicit Johānes in canōica sua. Omnis q̄
spem habet in deo. s. sanctā: sanctificat se
sicut ille sanctus est. Secundū est q̄ spem
nostrā solum in illā ⁊ filiū eius ponamus.
nec de nostris viribus vel meritis p̄sumā
mus. q̄ maledict⁹ qui ponit carnē brachi
um suū. O felix Hester que licet erat regi
na potētissima super centū vigintiseptem
p̄uincias: fiducialiter ait ad dñm. Spem
nunq̄ habui in aliū p̄ter ī te deus israhel.
Tertiū est q̄ ipam virginē bonis operib⁹
⁊ exercitijs quibus possum⁹ honorem⁹. q̄
fiducialiter tunc speram⁹ si spem nostram
per operis exhibitiōem cōprobamus. Et
his tribus cōcurrentibus erit spes nostra
sancta. cuius mater esse dignet virgo bea
ta Amen.

De sancto Bartholomeo.

Vnathas expolia
uit se tunica sua qua erat vestit⁹.
⁊ dedit eam Dauid ⁊ reliqua ve
stimenta sua. j. Reg. xviij. Querit do
ctor sanct⁹ ba se. q. xcvij. vtrū liberalitas
sit virtus: p̄sertim cum nulla virtus p̄tra
riatur inclinatōi naturali. Inclinatio au
tem naturalis est ad hoc q̄ aliquis plus si
bi q̄ alijs quideat. cuius cōtrarium perti
net ad liberalē. Quia vt dicit p̄bus in. iiij
Ethicoz. Liberalis est nō respicere ad se
ipm: ita q̄ sibi mīora dereliquit. ⁊ ideo nō
videtur esse virtus. Nec etiam videt esse
cōnexa virtutibus alijs sicut cetere virtu
tes cōnexionē habent adinuicē. quia mul
ti sunt virtuosi qui non possunt esse libera
liter dant vel expendunt qui tñ alīs non
sunt virtuosi. Ad hoc rñdens adducit Au
gustinū de libero arbitrio: dicens. Q̄ be
ne vti bis quib⁹ male vti possum⁹ pertinet
ad virtutē. Possum⁹ autem bene vti ⁊ ma
le non solū bis que intra nos: sed etiaz bis
que infra nos sunt. s. rebus hui⁹ mundi no
bis ad sustentationē cōcessis. Cum igitur
vti bene rebus illis ad libertatez ptineat:
cōsequens est q̄ liberalitas sit virt⁹. Ad
cuius euidentiā sciendum q̄ licet sm p̄m
iiij. Ethicoz. ad liberalē ptineat emissiuū
esse non retentiuū. ita q̄ illud q̄ aliquis a
se emittit q̄dāmodo a sua custodia ⁊ dñio
liberat. ⁊ animū suū ab eius affectu liberū
esse ostendit. Non tamē liberalitas ppie
attendit in quātitate dati: sed potius ī af
fectu dantis. Affectus ergo dantis dispo
nitur sm passiones amoris: ⁊ per cōseqūns
delectatōis vel tristicie ad ea que dantur
⁊ non res exteriores sunt obiectū quidem
ipsaz passionū: sed materia īmediata libe
ralitatis sunt passiones interiores sm q̄s
homo afficit circa res exteriores. et iō ad
liberalitatez p̄cipue ptinet q̄ ppter in
ordinatā affectionez ad res exteriores q̄s
non phibeat a quocūq̄ debito vsu earuz.
Ex quibus verbis duo cōcludunt. Primū
est q̄ virtuosi licet sint pauper: tamē p̄nt
esse liberales. q̄ non cōsistit in multitudi
ne datoz: sed in dantis habitu. Secundū
est q̄ vt dicit p̄bus in. iiij. Ethicoz. Illi
qui multa cōsumunt in intemperātijs libe
rales non sunt: sed potius pdigi. Et simi
liter quicūq̄ effundūt q̄ habent ppter que
cunq̄ alia peccata. Vnde Ambrosi⁹. j. de
officijs. Si adiuues eum qui possessiones
alioruz eripere conat non phat largitas.
nec perfecta est liberalitas si causa iacran
tie magis q̄ misericordie largiaris. Et iō
qui carent alijs virtutib⁹ licet in alia ope
ra multa expendāt: non tñ sunt liberales.
nec p̄hibet aliquos multa ī bonos vsus
expendētes habitū liberalitatis non ha
bere sicut ⁊ alia⁹ virtutū opera faciūt an
teq̄ habitum virtutis illius habeant. licz
non eo modo quo virtuosi: Que quidem li
beralitas notat in verbis ppositz. Vnatas
expoliauit se. In quibus ad nraz
instructionē vel informatōem sex sunt no
randa per ordinē per que summa liberali
tas creature rationalis ad deū suum fide
liter exhibet. Primus est expoliatio inue
terate iniquitatis per penitētie assumpti
onem. Nā Adā se primo tunica origīalis

culpe induit cum se originali iusticia denu
dauit. In cuius argumentū vt dicit Ge-
nes. iij. fecit domin⁹ Ade et vxori eius tu-
nicas pelliceas. i. de pellib⁹ mortuoꝝ ani-
malium. ⁊ induit eos vt signuz sue morta-
litatis secum ferrent. Et ait domin⁹ in per
sona trinus ⁊ in essentia vnus. Ecce Adā
factus es quasi vnus ex nobis. Yronice lo
quitur. quia voluit esse vt deus: sciens bo-
num ⁊ malū. sed propter peccatuz magis
excecatus est cum posteris suis. quia exce
cauit eos malicia eoꝝ. ⁊ hoc propter affe-
ctum in eis corruptū: ⁊ ad omnia mala ꝓ-
cliuū. de qualibus dicit apostol⁹ ad Ro. j.
Qui veritatem dei in iniusticia detinent.
Nam veritas diuina quātum in se est pa-
rata est se manifestare. sz malicia hominū
impedit in eis hanc manifestatiōem. ⁊ sic
quodāmodo detinent eaz sicut impediēs
cursum aque dicit eam detinere. Et sic vt
ibidem prosequit apostolus. Obscuratuz
est insipiens cor eoꝝ iusto dei iudicio. Di-
centes eniz se esse sapientes temporaliter
scz ad faciendū malū. stulti facti sunt spiri
tualiter ad faciendū bonum. Unde que-
rit Alexander de halis super hunc locum.
Quō gentiles phi ⁊ doctores mūdi dicū-
tur esse stulti. p̄sertim cum sapientia est co
gnitio primaꝝ causaꝝ. quam vtiqꝫ docto-
res ⁊ philosophi non solum christiani: sed
etiam infideles habebant. quia deū in cre
aturis cognoscebāt. Ad cui⁹ responsiōem
assignātur ibi tres ratōes. Prima ratio
est. quia sapientes videbātur in scolis. stul
ti autez in templis. Dicit eniz August. de
vera religiōe. ꝙ scolas habebāt a populo
separatas: in quibus docebāt illos quos co
lebant non esse veros deos. ⁊ templa com
munia cuz populo in quibus eis sicut dijs
sacrificabāt. Secunda ratio est. quia ad
ratōem vere sapiētie requirit ꝙ cognosca
tur deus: ⁊ via ꝑueniendi ad eum. quā vi-
am non cognouerūt philosophi gentiles ⁊
refutauerūt phi fideles. s. profundā chri-
sti humilitatē per quaz solum peruenit ad
deum. De qua via sic dicit Augusti. Chri
stus via est apud patrem. ipse eniz ad nos
veniendo factus est homo. Ambula ꝑ ho-
minem ⁊ ꝑuenies ad deum. per ipsum va-
dis inq̄tum homo: ad ip̄m vadis inq̄tuz
deus. Tercia ratio est. qz sapiētia non so-
lum requirit cognitōez speculatiuā: sz eti-
am aliquo modo ꝓximi operatiōem. Isti
ergo siue fideles fuerint: siue infideles di-
cunt insipiētes. quia licet deuz cognoscūt
glorificandū: tamē in opere aliud contra-
rium ostendūt. ⁊ in cogitatōibus suis eua
nescunt de sola cognitōe superbiētes. Un
de Augus. ad hmōi loquens. Inuenisti in
duit deum ⁊ coluisti idolum vel peccatuz:
quō insipiens factus es? Et de his proseq̄
tur apostol⁹. ꝙ reuelata est ira dei in filios
diffidentie. i. iusticia ⁊ vindicta de celo su
per omnē impietatē. Est autez pietas cul
tus deo exhibitus s̄m Tuliuz. Sequit. Et
iniusticia hominū. i. peccatū contra proxi
muz cum quo iuste viuendum est. Sequit.
Eoꝝ. s. qui veritatem dei in iniusticiā de-
tinent. Qd si d̄uis querat quid sit veri
tatez in iniusticia detinere. Respōdet Ha
lis ibidem ꝙ ille veritatē in iniusticia de-
tinet qui operat contrariuz eius qd habet
in cognitiōe. Nam veritas cognita mani
festatur in opere. Qui ergo non soluz non
operatur qd cognitio suadet: sed etiā ope
ratur cōtrariuz illius veritatē cognitā de
tinet. ⁊ q̄si violētat ne in op⁹ ꝓrūpat. Odi
entes igitur iuxta consiliū Iude apostoli
eam que carnalis est maculatā tunicā infe
cte nature. Et iuxta apostolū Colo. iij. Ex
poliantes vos veterem hominē cum acti-
bus suis induite nouū hominem per habi-
tum virtutū qui renouat magis ac magis
ꝓficiendo in agnitionē dei per augmentū
fidei charitate formate. et hoc s̄m imagi-
nem eius qui creauit illum. s. s̄m partē in-
tellectiuam in qua est homo ad imaginem
dei. Secunduz ꝟo est expoliatio terre-
ne nobilitatis per voluntariā abiectionē.
sicut christus qui cum in forma dei esset se
exinaniuit formaz accipiens serui. Cuius
vestigia sequens Bartholomeus: qui sol⁹
inter apostolos nobilis habebatur. muta
torijs non vtebatur per voluntariā abie-
ctionem. xxvj. annis ⁊ eo amplius easdez
vestes ⁊ sandalia portabat: que nec vete-

rascebant: nec sordidabãtur. Et Joseph electus inter filios Jacob huius humiliationis figuram elegãter expressit cum se denudari permisit. Vnde habet Gen. xxxvij. q̃ nudauerunt eũ. s. fratres sui inuidia moti tunica: talari: & polimita. miseruntq; in cisternam que non habuit aquam. Et hec est gloria nominis christiani. quã qui refutat christũ negat. scilicz humiliari. vilipẽdi. iniuste psequi. opprobrijs affici. Et q̃a vt dicit Grego. in dialogo. Nõnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatẽ mentis: ita vt minus in hoc mundo se despiciant qui pl9 se ceteris aliquid fuisse meminerint. Ideo tam paucos nobiles & potentes & sapientes dominus ad discipulatũ vocauit. Vnde etiam dicit apostol9. j. Corinthiõ. j. Videte vocatiõem vestram fratres quia non multi sapientes sm carnem. non multi potentes. non multi nobiles: sz que stulta sunt mũdi elegit deus & que nõ sunt. vt que sunt destrueret. & non glorietur omnis caro in cõspectu eius. Tertiũ autem est expoliatio fede cupiditatis q̃ abnegationez. quam omnes perfecti cariusamplectũtur: ne terrenoz affectibus inuisceantur: vel eorum occupatõibus prepedi antur. iuxta illud Cãticoz. v. Exui me tunica mea: quomõ induar illa? Laui pedes meos: quomõ inquinabo illos? Nimiz auditerat enim vocem imitantis amici. Si vis perfectus esse vade & vende ossia que habes & da pauperibus: & veni sequere me: Cui Petrus. Ecce nos reliquim9 omnia & secuti sum9 te: quid ergo erit nobis? Et dominus. Amen dico vobis q̃ vos qui secuti estis me in regeneratiõe cum sederit filius hominis &c. Hic merito suadet Augustin9 de verbis domini: dicens. Fecundus est ager pauperuz. cito reddit donãtibus fructũ. Via celi est paupertas: per quã venitur ad patrem. incipe erogare si nõ vis erare. Quartuz est expoliatio lubrice sensualitatis per continuã oratõem. Nec aurem tunica prauc cõcupiscentie que magis viscosa est. & ideo ceteris iã dictis diffacilius exuenda. Vnde Bernard9. sermone. ix. super Cantica. Discus quidaz pra-

ui desiderij & terrene delectatõis animam volare non patitur. & citius retrahit mentem si forte aliquãdo subleuat. Notandum tamen sm Hiero. super illud Matth. Qui viderit mulierem ad cõcupiscendum eam. Q9 inter passiones & ppassiones hoc interest. q̃ passio reputatur in vitiũ. propassio licet initij culpam habeat: tamẽ nõ tenetur in crimen. Ergo qui viderit mulierem: & aĩa eius titillata fuerit hic ppassione percussus est. Si vo cõsenserit. & de cogitatione affectuz fecerit. sicut scriptũ est in Dauid. Transierũt in affectum cordis. i. de ppassione transierũt ad passionem. Et huic non voluntas peccati deest: sz occasio. Verũtamẽ vtraq; miserabiliter retrahit a profectu & sapore spirituali. nec sinit mentem ad superiora sustolli. Cuius si liberationem obtinere desideras: cõtinuum oratiõis refugiuz non omittas. Quia dicit Ysidor9 de sũmo bono. Hoc est remedium eius qui vitiorum temptamẽtis estuat: quotiens quolibet modo tangitur toties orationez fundat. quia frequẽter oratio impugnationẽ vitioz extinguit. Hinc legitur de beato Bartholomeo. q̃ cẽties flexis genibus per diem orabat. & centies per noctem. Cuius oratões tam ignite fuerant q̃ quidam demon in obsesso clamaret: dicens. Apostole domini Bartholomee incendũt me oratões tue. Cui apostolus. Obmutesce et exi ab eo. statimq; liberatus est. Secundum vo potissimum remedium est occasionis fuga & ocij. quia obiecta mouẽt potẽtias. Et in desiderio est omnis ociosus. Hinc in figura vt dicitur Genes. xxxix. dum Joseph impetebat ab impudica domĩa: relicto in manu eius pallio fugit: & egressus est foras. Reputauit enim tollerabilius subdi squalori carceris q̃ deseruire cõcupiscẽtijs meretricis. Mirum cum dicitur Job. xxx. Qui me comedunt non dormiũt. i. concupiscẽtie male que coz meuz dilacerant nunq̃ cessant. a multitudine eorum cõsumitur vestimentum meum: scilicet innocẽtie. quia induũt vestez ĩmũdicie. Sequitur. Et quasi capicio tunice surrexerũt me. Quitũ pinde

est expoliatio proprie voluntatis per ple-
nam conformatiōem. Et hec vestis interi
or est difficillime expoliatōis. Ad cui⁹ evi-
dentiā dicit Hieronim⁹ in epistola ad De
metriadem. ꝙ voluit deus rationalem cre
aturam voluntarij boni in minimo ⁊ libe-
ri arbitrij potestate dotare. vt boni ac ma
li capax vtrūq; vniuersaliter posset: et ad
alterū voluntatez deflecteret. Licet quip
pe nobis eligere. refutare. probare. et re-
spuere. nec est quo magis rationalis crea-
tura ceteris preferr̄: nisi ꝙ omnia alia cō
ditionis tantuz ⁊ necessitatis bonum ha-
bent. hec sola habet ⁊ volūtatis. Et ideo
sicut nihil offertur deo ditius bona volū-
tate. sic profecto nihil execrabilius q̄ pro
pria voluntas possidetur. Dicit eniz Ber
nardus in sermone quodaz. Cesset volun-
tas propria ⁊ infernus non erit. In quez
enim deseuiet ignis ille: nisi in propriā vo
luntatem? Nam propria voluntas deum
impugnat: ⁊ aduersus eum extollit̄. Ipa
est que paradisum spoliat. infernuz ditat.
sanguinez christi euacuat. ⁊ ditioni diabo
li munduz subiugat. Q⁹ si queris que vo-
luntas dicitur propria vel curua. Audi su
per hoc sententiaz Augustini dicentis su-
per Psal. xxxv. Justicia dei est aliquādo
vt san⁹ sis. aliquādo vt egrotes. Si quā-
do sanus es dulcis est tibi voluntas dei. ⁊
quando egrotas amara est tibi voluntas
dei: non recto corde es. quia non vis diri-
gere voluntatē tuam ad voluntatem dei:
sed dei vis curuare ad tuaz. illa recta est:
sed tu curuus. volūtas tua corrigenda est
ad illam: non illa ad te. et rectum habebis
cor. Alioquin vt dicitur Ysa. xxviij. Coa-
gulatum est stratum: ita vt alter decidat.
⁊ ad pallium breue vtrūq; operire non po
test. Quomō inquis igitur expoliabit̄ vel
potius īmutabitur tunica ista? Profecto
in vino diuine dilectiōis. ⁊ in sanguine do
minice passionis. sicut dicitur Gene. xlix.
Lauabit in vino stolam suam. in sanguine
vue pallium suum. Sextum est expolia
tio corporee necessitatis per carnis exco-
riationez: qd̄ ceteris omnibus penali⁹ est:
Et ideo dicitur Job. ij. Pellez pro pelle:
⁊ omnia que habet homo dabit pro anima
sua. Qua beatus Bartholome⁹ pro chri-
sti morte et amore se spoliari sustinuit. q̄a
post intollerabilia tormenta decoriat⁹ fu-
it. Unde cōuenienter dicere potuit illud
Canticoꝝ. v. Percusserunt me ⁊ vulnera
uerunt me. tulerunt pallium meū custodes
murorū. Verūtamen ne nudus appareret
ex his omnibus sibi vestem nuptialez inte
xuit vt anima eius fieret circūdata vari-
etate. Ad laudem domini. Amen.

In festo decollatōis sancti Jo hannis baptiste.

Male tractauerūt eū
qui ex vtero matris sue consecra
tus est ꝓpheta. Ecclīastici. xlix.
Que verba q̄tum ad literam scripta sunt
de ꝓpheta Hieremia: qui fuit sacerdos ex
vigītiquatuor sacerdotibus. et in matris
vtero ꝓphpeta sanctificatus: dicente do-
mino. Priusq̄ te formarem in vtero noui
te. ⁊ anteq̄ exires de vulua sanctificaui te
⁊ prophetam in gentibus dedi te. qui ad-
huc puer exorsus est vaticinari ꝑmanens
in virginitate sua. Hic ergo talis ac tan-
tus post mlta ac diuersa que passus est ab
impijs propter testimoniuz veritatis. tan
dem ductus est ab his qui fugerunt in egy
ptum. vbi redarguit mulieres hebreorum
eo ꝙ sacrificabant dijs alienis ⁊ omni mi
licia celi. Que se excusare conantes dixe-
runt. Nunquid sine viris hoc facim⁹? Cuz
ergo durius viros redargueret: responde
runt. Quando fecimus hec in vrbibus iu-
da saturati sumus panibus ⁊ bene erat no
bis. exquo autem cessauimus indigemus
omnibus. ⁊ gladio ⁊ fame cōsumpti sum⁹.
Tunc respōdit Hieremias. Hec dicit do-
min⁹ deus. Ego iuraui in nomine meo ma-
gno. quia omnes viri iude qui sunt in ter-
ra egypti gladio ⁊ fame peribūt donec pe
nitus consumētur. Et insurrexit populus
aduersus Hieremiaz. ⁊ lapidauerunt euz
quē egyptij honorantes sepelierunt iuxta
tumulū regū. Qui manifeste beati Johā-
nis baptiste typum tenet. Hic enim sacer-

dos fuit in vtero sanctificatus. ad ꝓphe-
tanduz missus. virginitate preditus. pro
veritate captus. ab Herode male tracta-
tus. ac morte turpissima ad requestum me
retricis decollatus. Et hec sapientia tua
domine Jesu qua tibi dilectissimos in re-
gno tuo sublimare disposuisti: vt sic humi
litas sublimius exaltetur. ⁊ iusticia glori-
osius coronetur. Hec gloria nominis chri
stiani. hec via potissima regni. quia opor-
tebat christum pati. ⁊ ita intrare in glori-
am suam tam propter ꝓpriaz exaltationē
q̄tum ad corpus quaz sic ꝓmeruit: q̄ pro-
pter humanam redemptōem. quia posuit
in eo pater celestis iniquitatem omniū no
strum. Male ergo tractauerunt eum ⁊c̄.
Sicut dicit Chrisostom⁹ in sermone diei
huius. Hodie nobis Johānis virtus He
rodis feritas cum refertur cum fertur con
fusa sunt viscera corda tremuerūt. caliga-
uit visus. tabuit intellectus. aufugit audi
tus ⁊ quicquid constat in sensibus huma-
nis: quādo perdidit virtutum magnitudi
nem criminū magnitudo. Unde ad euidē
tiaz thematis sciendū ꝙ quatuor sunt ꝑn
cipaliter que fuerunt causa tam turpissime
mortis in Johāne. Primum est zelus
diuini honoris in Johāne. qui tantuz scā
dalum in populo dei sustinere non potuit.
A sed sedule redarguit Herodē: dicens. Nō
licet tibi habere vxorem fratris tui. Pro
quo notandū ꝙ scandalum actiuū ꝑm Hie
ronimuz est dictum vel factum minus re-
ctum prebens occasionem ruine. Dicit au
tem dictum vel factum. quia verbo vel fa
cto peccatur contra dilectionez ꝓmini. nō
autem cogitatu. quia proximū scandaliza
re non est nisi ex eo quod videt vel audit.
Gerens enim odiuz in corde contra pro-
ximuz in via spirituali sibi: non ꝓximo po
nit obstaculuz. Dicit v̄o minus rectuz. qz
vel de se maluz est: vel speciem mali habz.
vtroq̄ etiā modo occasio ruine prebetur
proximo. Nam quādo quis facit in palaz
quod ꝑm se mortale est vel speciem morta
lis habet. aut etiam si leuibus signis que-
rit ruinam primi in aliquod mortale. tunc
semper est mortale peccatū et contra cha-
ritatem ꝓximi. quia dilectio proximi sem-
perquerit profectū ꝓximi: p̄sertim spiritu
ale. Sed scandalizās proximuz ex intenti
one: aut ex verbi vl̄ facti qualitate: parat
ruinaz ꝓximi. ⁊ sic obuiat charitati. Et lo
quor de scandalo pusilloruz ⁊ infirmorū.
a quo ꝓhibet domin⁹: dicens Math. xviij
Qui scandalizauerit vnuz de pusillis mi-
nimis ⁊c̄. Perfecti nāq̄ non de facili scā
dalizātur. eo ꝙ firmiter adherent rei im-
mobili. scilicet deo. ⁊ ideo de facili ruunt
impingētes ad obstaculuz positū per acti
ue scandalizātem. Q⁹ si obijcitur de chri-
sto illud Math. xv. qui scz discipulis dicē
tibus. Scis quia pharisei audito hoc ver-
bo scandalizātur: protin⁹ respondit. Sini
te illos: ceci sunt ⁊ duces cecorū. Et ideo
scandaluz non videtur esse cōtra charita-
tez. Ad hoc respondet Alexāder de halis
super ad Roma. viij. ꝙ scandalū passiuuz
quādoq̄ oritur ex infirmitate ꝑm ignorā-
tiam. ⁊ tale scandaluz cauendū est. ⁊ ideo
dixit domin⁹ Petro Math. xvij. vt autē
nō scādalizem⁹ eos: vade ad mare ⁊c̄. Ni
miruz cum prosequit̄ ibidem. xviij. Vide
te ne contemnatis vnum de pusillis istis.
Aliquādo etiam oritur ex certa malicia il
lorum scz qui scandalizātur: qui bonuz im
pedire volunt scandalū cōcitando. ⁊ tunc
non est dimittendū bonū propter hoc. nec
cauenduz est tale scandalū. Hinc domin⁹
phariseoꝝ maliciaz attendens ait. Sinite
illos ⁊c̄. Generaliter tamen ꝑm Hieroni. B
quicq̄d fieri potest salua triplici necessita
te propter scandaluz proximi p̄termitten-
dū est. scilicet primo salua veritate vite q̄
spectat̄ ad omnes. quia hec propter scan-
dalum ꝓximi non debet p̄termitti: cuz nul
lus negligere debet seip̄m ⁊ salutē propri
am peccādo: ne alius peccet eo ꝙ quilibet
tenetur magis diligere seip̄m q̄ proximū.
Unde querit Alexander de halis super il
lud ad Roma. ix. vtruz quis velle debeat
separare a deo per minus peccatuz ne ali
us faciat maius. sicut apostol⁹ velle vide-
tur ibidem: dicens. Optabaz ego ipse esse
anathema. i. separatus esse a christo ꝓ fra
trib⁹ meis. Ad qd̄ respondet ꝙ non debet

quis velle facere minus malū: vt alius vti
q̄ maius euitet. quia Augustin⁹ tractans
illud Loth. qui exposuit filias suas ne so-
domite facerent maius peccatuz. Primo
querit ibidem vtruz admittenda sit huius
modi cōpensatio. ⁊ videtur concludere q̄
non. nec in hoc imitandus est Loth: sed fa
ctum eius magis tribuenduz est turbatio-
ni q̄ consilio. Et licet Loth in hoc cōmen
detur q̄ hospites recepit: istud tamen nō
cōmendatur. Unde Augustin⁹ libro. v. su
per Geneſiz. ⁊ habetur. xxij. distin. c. Q.
autez. Dicit q̄ periculosissime admittitur
hec cōpensatio: scilicz q̄ fiat minus malū
vt euitetur maius. ¶ Secundo vo salua
veritate doctrine que spectat ad prophe-
tas ⁊ p̄dicatores. Nam licet veritas vel
doctrina veritatis sit aliquādo ad temp⁹
occultanda vel differenda in his que scan
dalum generarent infirmoz̄: non tamen
simpliciter est dimittēda propter scanda
lum quoz̄cunq̄. ¶ Tercio denicq̄ salua ve
ritate iusticie q̄ spectat ad p̄sidētes vel
p̄latos. que scilicz iusticia cōsistit in coz
rigendo. quia cozrectio fieri debet etiaz si
nō sperat emendatio: scilicet ne maiuz ma
neat impunitū. ⁊ vt alij per hanc cozrecti-
onem terreātur ⁊ a similib⁹ arceātur. De
rūtamen peccāte multitudine cesset huius
modi cozrectio si timetur maius scandalū
scilicet scismatis vel similiuz. Dicit enim
Augustin⁹ in epistola ad Aureliuz. q̄ cum
multitudine peccantiū agenduz est magis
monendo q̄ minando. in illis tamen veri-
tas iusticie tunc exerceri debet quādo per
ipsam speratur cozrectio. ¶ Secundū au
tem principale qō fuit causa moztis eius
erat machinatio pessima ipsius Herodia
dis. Nam herodias timens q̄ ad predica
tionem Johānis Herodes peniteret: ⁊ il
laz fratri suo redderet: excogitauit modū
quo Johanne absq̄ populi seditōe inter-
ficeret. ⁊ oportunitate nacta de optiōe fi
lie: nil inquit aliud petas nisi caput Joha
nis. Suader impia mat. assencit detestan
da filia. et in necem iusti iniqua voluntate
conspirāt. Unde merito dicit Valeri⁹ in
epistola ad Rufinū volentem nubere. Ex-
emplum harum experiētium accipe q̄ au-
dax est ad omnia que cūq̄ amat vel odit fe
mina. et artificiosa est nocere cui vult. Et
prosequit. Lege aureolū Theofrasti ⁊ me
deam Jasonis: ⁊ vix pauca inuenies im-
possibilia mulieri. Hinc diabolus qō per
se non potest illa mediāte perficit. Per il
lam enim Adam de paradiso expulit Da-
uid p̄cipitauit Sampsonez excecauit. Mi
mirum cuz dicit Ambrosi⁹. q̄ ianua diabo
li. via iniquitatis. scorpionū percussio. no
ciuūq̄ genus est femina. cum proximuz fi
mulat. ignem accendit. et flāmigero igne
percutit cōscientiā. Nam vt dicit Vale-
rius in epistola ad Rufinuz. Sol hominū
Salomon. thesaurus deliciaruz. sapientie
domi. singulare domiciliū. crasso tenebra-
rum. fuscatus atramēto. lucem anime sue.
gloriam domus sue femina⁹ facinore ami
sit. ⁊ postremo curuat⁹ coram Baalim ex
ecclesiaste domini mutatus est in membrū
zabulon. ¶ Terciuz vo quod erat moztis
causa fuit complacētia detestāde filie: taz
ī pudico ornatu q̄ in lasciuo saltu. De pri
mo autem dicit Anselm⁹ in libro de virgi-
nitate. Collum cathena cōstringit. pedes
compedes includūt. nil refert an coz⁹ au-
ro ligetur an ferro. si ceruix premit: signa-
tur incestus. nil preciū iuuat nisi q̄ vos mu
lieres estis mirabiliores q̄ qui publico iu-
re damnantur. illi optant exui vos ligari.
mulier sic ornata domus est omniū demo-
num infernalium. Hec ille. ¶ Ad cui⁹ euī
dentiam queri potest vtruz licitum est mu
lieribus se fardare ⁊ crines adulterinos ad
ornatum vsurpare: p̄sertim cum licitū est
q̄ se ornent ad complacenduz viris suis.
Ad hoc respondet Alexander de balis in
iij. q̄ tales grauiter ⁊ mltipliciter peccāt
Primo nanq̄ peccant in deuz. quia tales
picture fiunt in contumeliaz summi artifi
cis. ⁊ in prouocatiōem indignatōis eius.
Unde Ambrosi⁹ in Exameron. Deles pi-
cturam dei mulier si vultum tuum natura
li candore obnubilas: si exquisito rubore
perfundas. Quid enim tam vanuz q̄ co-
lorare crines. planare cesariez. tingere ge
nas. vngere faciez. componere supercilia.

corpus adornare. ⁊ animā sordidare. Tales enim inq̄ntum in se est verbum dei contemnūt ⁊ infirmant. Hinc dicit Cyprianus ad illas. Dominꝰ tuus dicit non potes facere capillum tuuz album vel nigrū. ⁊ tu ad vincendā domini tui vocem vis te esse potiorē. ⁊ audaci ornatu capillos iaz tibi flāmeos auspicaris. Secundo v̄o peccant contra proximū per fictōem ⁊ mēdacium: inducētes errorem ex certa scientia. Quibus ait Cyprianus. Si deformis es cur te formosaz esse mētiris. nec tue cō scientie. nec alieni gratiaz erroris habitura. nec enim voluntas placendi maritis illas excusat a mortali. qꝛ modus per quez placere intendūt nec deo placet: nec etiam maritis. Quia dicit Augustinꝰ ad Presidium. Fucare pigmentis quo vel rubicundior appareat adulterina fallacia ē. qꝛ nō dubito ipsos maritos se nolle decipi quibus solum permittende sunt femine ornari scd̄m veniam. non scd̄m imperium. Execranda autem est superstitio ligaturarum que non solum ad placendum hominibus: sed ad seruiendū demonibus adhibentur.

Tercio deniq̄z peccant in seipsis. quia faciunt iniuriaz proprie nature. Nam s̄m Cyprianuz. licet vilis mulier non alteri: sibi tamen peccat. Primo quia in propria natura adulterium facit: De quo dicit Augustinus. Quāta amentia est effigiem mutare nature: picturam querere. tollerabiliora prope modum in adulterio crimina sunt. ibi enim pudicicia: hic natura adulteratur. Secundo quia ipsam naturam inficit veneno peccati. De quo dicit Hieronimus ad Eustochium. Si vir vel mulier se ornauerit: ⁊ vultus hominū pro se reuocauerit. ⁊ si nullum sequatur damnuz: iudicium tamen patietur eternuz. quia venenū attulit si fuisset qui biberet. Et ideo cōcludit ibidem Alexander de halis. ꝙ siue solute sint: siue cōiugate mortaliter peccāt huiusmodi insistentes abusiōibus. Quia habitus naturalis productiōis dati sunt a natura et non ab humana prouidētia. et ideo illis aliter vti q̄ eo modo quo sunt a natura accōmodata ⁊ ab opifice nat̄e concessi: fiunt adulterine vsurpatiōes que licite non sunt. secus tamen est de visu habitus humane prouisiōis. de qua vide alibi.

Ceterum de saltu lasciuo chorearū queri potest vtrum talia exercentes peccent mortaliter. Ad quod dicendum est scd̄m Alexandꝝ de halis in. iiij. ꝙ choreatrices quibus innotescūt mala que ex vsu chorearum proueniūt siue ex propria industria: siue experiētia vel ex predicatōe. ⁊ nihilominus illud exercent consuetudinarie aut cū gestibꝰ ⁊ cantibus se ⁊ alios incitāt ad lasciuiā multipl̄r ⁊ grauiter mortal̄r peccant. quia sabbata que sunt obseruāda et in dei cultu expendenda: in cōtumeliā creatoris expendunt. colludentes ⁊ assistentes ad luxuriam prouocando multipharie multisq̄z modis. Si v̄o mulier aliqua raro se īmiscet ⁊ inuite: huiusmodi coreatricibꝰ non audeo diffinire ꝙ peccet mortaliter. nec illam a peccato mortali assecurare cū ingerat se periculo prouocādi assistentes ad libidinem. ⁊ videatur vitiuz ac consuetudinem coreatricū approbate. Estimo tamen inquit ꝙ quādoq̄z aliquas excusat a puccato mortali simplicitas. innocētia. et puritas intentōnis. vtpote illas que non intendūt nisi ludum. penitus etiā ignorātes aliquod periculū ex tali ludo alicui ꝓuenire.

Quartum deniq̄z causa existēs mortis sue fuit in Herode excecaca libido fedi amoris: quo aspirabat ad mortem iusti: ne suas delicias cōtristaret. Sicut Salomon ex eadem causa cogebatur ꝙ idola vana adoraret. Nimiruz cū vt dicit Tulius. ij. rethorice. Qꝛ nihil facilius ad maleficiuz q̄ turpis amor ⁊ intemperās libido cōmouere potuit. Hec enim tribuz beniamin pro vxore leuitis deleuit. filios Hely in bello prostrauit. Vriam occidit. ⁊ infinitos in infernum damnauit. Vnde merito Prouer. vij. dicit̄. Ne abstrahat̄ in viis illiꝰ mens tua. neq̄z decipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit. ⁊ fortissimi q̄q̄z īterficti sunt ab ea. In cuiꝰ argumētū oēs qui propter illā coreā continuādā Johēz male tractauerūt ecōuerso a deo mali tractati fuer̄t. Nā Herodes

in exilium fuit missus ⁊ miserabiliter mortuus. Herodias autem ſm quosdaz dñi caput Johānis manu teneret et sibi insultaret: diuino iudicio in eius faciem diabol⁹ insufflauit. ⁊ subito mortua corruit. Alij tamen dicunt ꝙ cum Herode miserabiliter exulauit. ⁊ mortua sit. Puella vo dum super glaciem ludendo curreret: glacies sub pedibus frangit. ⁊ illa submergitur. Julianus apostata qui eius ossa disperſit ⁊ in parte combussit ex inuidia. Nam legit in ecclesiastica historia ꝙ cum ad eius tumulum multa miracula fierent: iubente Juliano apostata gentiles eius ossa sperserũt Et cum miracula non cessarent post in magna parte collecta ⁊ igne cõcremata i pulueres redigerũt. ⁊ p agros sperserũt. Sic ergo Julian⁹ totus plaga percussus. ⁊ ab hostib⁹ exoriatus. de corio eius regi persarum scabellũ efficitur. vt impleat quod scriptum est. Mihi vindicta ⁊ ego retribuam. Ad laudem dñi. Amē.

In natiuitate beate Marie virginis.

Sicut sol oriens in altissimis dei: ita mulier bone fame in ornamentum domus eius. Ecclesiastici. xxvj. Cuz nulla creatura reperi possit in qua sint omnes ꝓprietates designãtes Marie virtutes. ideo sacra scriptura diuersas creaturas ⁊ earum multipharias ꝓprietates adducit quibus illaz assimulat vt aliquas virtutes inde eliciat Pozro cuius nulla similitudo eam pfecte cõmendat. a scriptura tamen varie similitudines ad informandũ intellectus nostri tarditatem introducunt. Nam aliquãdo similitudo introducit a natura inferiori: vt radicis virge flozuz specierũ arborum ⁊ similiũ tanq̃ a principio totius pulchritudinis ⁊ fertilitatis. Aliqñ vo a natura media. sicut nebule nubecule roꝛ pluuie: tanq̃ ab estu solis iusticie. i. furoris diuine refrigeratiue. Verũtamē inter oĩes creaturas excellentioꝛ a sole metaphoza accipitur. vtpote qui est corpus excellentissimũ ⁊ virtute efficacissimũ. Est eniz quasi dea totiꝰ nature. Et ideo dicit philosophus ꝙ homo generat hoĩem et sol. Hinc etiam dicit Bernard⁹. in quodaz sermone. Attendite hanc similitudinez in qua nulla in rebus mundi potest esse similioꝛ. Nichil enim habet spiritꝰ sanctus in visibilib⁹ creaturis excellentius cui virginis excellẽtia comparetur. Nam Marie ꝓsentia totus illustratur orbis: adeo vt ipa superna ciuitas clarius rutilet virginee lampadis illustrata fulgoribus. Et ideo soli rutilanti totumq̃ mundũ illustranti merito compatur. quam ita diuina dignatio pelegit: vt fiducialiter p̃diceret Psal. In sole posuit tabernaculum suum: ⁊ ipe tanq̃ sponsus ꝓcedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ꝛc̃. Et ideo non incõueniẽter Ecclesiasticus afflatus sancto spiritu virginis nascentis excellentiaz sub merapho ra solis orientis describit: dicens. Sicut sol oriens ꝛc̃. Dicit beatus Bernardus in sermone quodam. Nihil est ꝙ tantum me terreat. nec est aliquid quod tantũ me delectet sicut de beata virgine sermonem habere. Terret inquit me indignitas ꝓpria: sed me delectat virginis laus ⁊ excellentia. Verũtamen vt in eius laudem solis excellentiam et ꝓprietatem exequamur sex sunt p̃cipue in sole cõmendanda: ac excellentie virginali pet similitudinem appropriãda. Primum est ꝙ sol habet in substantia puritatem. Nec miruz. quia in sua essentia summam habet simplicitatez nec ex contrarijs compositam. sicut elemẽta inferioza. ⁊ ideo perpetuaz habet permanentiam. quia cõpositio ex contrarijs est principium ⁊ causa corruptionis: vt dicit Aristotiles. Habet ergo puritatem et tantaz ꝙ inter corporalia omnia nihil habet purius inueniri. adeo vt omnium intuentium hominũ visus ex illius puritate refundatur. Et ex hoc habet ꝙ sit ipso splẽdoze perlucidius. ita ꝙ corpus solare taz magnum nullam habeat partem tenebꝛositatis: sed est lucidum totum. Que ꝓprietas aptissime disignat virginalem puritatem: que pre ceteris creaturis vniuer-

sis: tam angelicis q̄ humanis. tam excel-
lētissima puritate fulget q̄ nulla creatura
plena cognitiōe sufficiēter illā app̄hēdere
poterit. Hinc dicit Augustin⁹. Q⁹ vbi de
peccato agitur Marie nulluz volumus fi
eri mentionem. Ea enim puritate nitebat
sancta virgo qua sub deo nequit maior in-
telligi. Cuius causam refert in libro de na
tura ⁊ gratia: dicens. Scim⁹ eniz q̄ ei pl⁹
collatuz fuerit gratie ex omni parte cōtra
peccatū que cōcipere ac parere meruit eū
quem cōstat nullum habuisse peccatū. Cui
cōcordat Bernard⁹ in sermone quodā: di
cēs. Puto q̄ copiosior sanctificatōis be-
nedictio fuit in Maria q̄ in alijs ab vtero
sanctificatis. que non solum ipsius sancti-
ficaret ortum: sed etiam eius vitam dein-
ceps ab omni peccato custodiret īmunez.
quod alteri nemini in natis mulieruz cre-
ditur esse donatuz. Si ergo tam excellen-
ter cōmendat scriptura q̄ Sara filia Ra-
guelis speciosa parētibus vnica septemq̄
veris tradita taz mundā conseruauit ani
maz q̄ Thobie. iij. fidenter diceret verbū
vtiq̄ memoria dignuz: quia rarū. Tu scis
inquit domīe q̄ nunq̄ cocupiui virum. et
mundaz seruaui animā meam ab omni cō
cupiscentia. nunq̄ cum ludentibus me mi
scui. neq̄ cum his qui in lenitate ambulāt
participez me p̄bui. Quātomagis ista be
nedicta virgo laudabilis est que mundam
seruauit animā suam etiam ab omni pecca
to veniali quātūcūq̄ minimo. Nescio q̄d
mirabili⁹ de ea credi: dici: vel p̄dicari po-
test. Quā vtiq̄ mirabilem īmunitatē Sa
lomon in spiritu preuidēs: ait. Tota pul-
chra es amica mea ⁊ macula non est in te.
Secundū est q̄ sol habet in sua rota q̄n
titatem. Excedit eniz omnia lumīaria cor
porum celestiū in quātitate. Pro quo sci
endum q̄ s̄m traditiōem Alfragani diffe-
rentia. xxij. sol maior esse dicit̄ omnib⁹ cor
porib⁹. Deinde quīdecim stelle: que in pri
ma magnitudine inter stellas fixas ab ip̄o
ponūtur. Tercio v̄o loco Jupiter. Quar
to Saturn⁹. Quinto omnes stelle fixe su-
is ordinibus posite: q̄s diuidit in sex gra-
dus magnitudinis. Sexto Mars. Septi-
mo terra. Octauo Venus. Nono Luna.
Decimo Mercuri⁹. Sic etiā beata Ma-
ria sanctos vniuersos excedit in magnitu
dine bonitatis. Dicit enim Dyonisius. q̄
in his que nō mole magna sunt: idē est ma
gnuz esse quod bonuz. Q⁹ autem excedat
omnes bonitate sic ostēdi potest. Quoni-
am adhuc in terris posita supemīebat om
nes in gratijs virtutib⁹ deuotiōibus. Nā
de gratijs gloriat̄ Ecclesiasti. xxiiij. dicēs
In me omnis gratia vie ⁊ veritatis. qua
si diceret. Omnis gratia vie. i. vite huius
que non solum mihi: sed omnium hominū
statui ⁊ omni etati sufficit. Nimiruz cum
ceteris per partes Marie v̄o totam se si-
mul infudit plenitudo gr̄arū. Vnde Hie-
ronim⁹ in sermone dicit. Ceteris virgini-
bus per partes prestatur gratia. Marie
v̄o se totam infudit plenitudo gratiarum
que fuit in christo: quanq̄ aliter et aliter.
quia in christo fuit plenitudo gratie tanq̄
in capite influente. in Maria v̄o tanq̄ in
collo transfundēte. Et beatus Bernard̄.
Ad quid inquit putas Mariaz ab angelo
iam dudum ante cōceptionem plena gra-
tia nunciatā: nisi vt supueniēte deo in vte
ro nobis fieret superplena. vt quotiēscun
q̄ p̄cibus licet tenuiter moueret̄ superflu-
eret nobis liquorez glorie effundendo. ita
vt merito subderet̄ ibidem in Eccl̄iastic̄.
Videte q̄ non solū mihi laboraui: sed om
nibus exquirētibus veritatem. Secun
do supemīebat virtutibus. quia supremuz
in virtutibus est om̄es habere virtutes in
summo sine vitiorū impugnatiōe: quod in
alijs quātumcunq̄ sanctis minime reperi
ri potuit. Nam virtus in nobis mediū te
net vitioꝝ. ita q̄ nulla virt⁹ in nobis enu-
tatur quin de vitio cōtrario impugnatur.
Maria v̄o sic omnes virtutes habuit: vt
de nullo vnq̄ vitio temptaretur. Et ergo
s̄m Abrosiuz libro de virginitate. Sit no
bis tanq̄ in imagine descripta v̄ginitas
vita Marie. in qua velut ī speculo fulget
species castitatis ⁊ forma virtutī. Ter
cio superemīebat deuotōnibus. quia tan-
to deuotio cuiuslibet est altior ⁊ acceptior
q̄nto subiectū de q̄ ꝓcedit ⁊ obiectū in qd̄

agitur nobilius et purius est. Cum igitur Maria purissima fuit, et purissime in purissimum obiectũ. s. deum agebatur: quem pre ceteris alijs purius apprehendit. ideo omnis eius deuotio semp extitit in summo ita q merito dicere potuit Ecclesi. xxxiiij. Ego in altissimis habito. et thronus meus in columna nubis. Ceterũ si (sm Augustinuz de laude charitatis) nõ numerositas operum, non diuturnitas temporz: sed maior charitas meliorqz voluntas auget meritum. planũ est q omnes sanctos pcellit merito sic ⁊ charitate ⁊ bonitate. Tercium est q sol habet in splendore claritatem qua delectabiliter lucet. ⁊ plucet omnem superiorẽ ⁊ inferiorem regionẽ. in aliis quoqz principiũ est luminis. vt dic Aristotel. libro de pprietatibus elementorz ⁊ planetarz. Et ideo dicit sol quasi solus lucens. sicut a simili videmus in hoĩe qui dicitur minor mũdus q vnuz membrz scilicz cor influit omnib⁹. Et ideo necesse est cum sit principiũ luminis plus habeat de splẽdore: ⁊ cor de vitali virtute. Hinc etiã cũcta lumĩaria celestia in comparatõe splẽdoris solaris non lucent: ĩmo nec penitus videntur. Sic beata virgo principiuz est luminis gratie: ĩmo ⁊ glorie. qz in vtero portauit verũ lumen animarz ad reuelatiõem gentiuz. De quo dicit Johãnes. j. capl̃o. Erat lux vera que illumĩat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. q̃tum ad sufficientiam: licet non q̃tum ad efficientiaz: eo q in ppria venit ⁊ sui eum non teceperũt. Venit enim lux in mundũ. ⁊ dilexerũt homines magis tenebras q̃ lucem. vt sic iuste in tenebras exteriores proijciãtur. Et quia beata virgo principiũ est luminis spiritualis. ideo tam excellenter omnẽ creaturã in vite sanctitate supemicat q in ei⁹ comparatiõe omnes sancti ⁊ angeli q̃si non sint: vt ita dicam. ⁊ extincti videãtur. taz excellenter sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus. Et licet sm Bernard. in ei⁹ cõparatiõe nihil esse vel apparere videãtur: non modicuz tamen eius fulgore illustrantur: vt in eius p̃sentia tota celestis curia ⁊ vniuersa eius milicia clari⁹ cond[illegible]at. Sicut omnia luminaria a sole quidem splendorem habent. nec tamẽ in eius p̃sentia lucent. Sicqz patet q omnes sancti ex Marie presentia lucidius lucent. et tamẽ eius comparatione quasi non luceant latent. Ceterum hic accedit q sol habet pulchritudinem in aspectu. ⁊ ideo delectabile est oculis videre solem. vt dicitur Eccl̃s. xj. Nã sm Ambrosiũ in examerõ. Sol est oculus mundi. iocunditas diei. pulchritudo celi. mensura temporuz. virtus ⁊ vigor omnium nascentiuz. dominus planetarz. ⁊ perfectio omnium stellaruz. Sic beata virgo licet clarissima: tamen delectabilis est ad videndum radians in corpore per virginitatem. in corde per humilitatez. in mente p flagratissimã charitatẽ. q̃ fuit decorata ⁊ deaurata tã int⁹ q̃ extra. sic archa federis cui desuper eminebat diuinũ propiciatoriũ. scientib⁹ eniz legẽ loquor. Quartum est q sol habet in suo motu cõtinuitatem. ita q nec ad ictuz oculi requiescit: nisi ex dispensatiõe diuina. sicut tẽpore Josue stetit sol ĩmobilis d̃o obediẽte voci hominis spacio diei vnius artificialis. Et de hinc cursu naturali pperauit ad occasum. ita q dies illa fuit duplicata. Et potest pbabiliter dici q hoc accidit in medio mense Junij vel circa: qñ dies artificiales habet. xviij. horas. q̃ duplicata faciũt. xxxvj Sub Ezechia ꝟo rege triplicata. quia sm Dyonisiuz in epistola ad Policarpuz. sol retrocessit decem horas. ⁊ per alias decez redit ad locum pristinum. ⁊ sic ad diem illuz q̃ duodecim horas habuit addite sunt hore viginti. Sic ⁊ Maria fuit ĩ motu cõtinuo meritorie actionis. Quicquid enim agebat hoc ad debitum finem semper dirigens cum tanta reuerentia et disciplina faciebat q in omnib⁹ suprema merita cumulabat. siue manducabat. siue bibebat. siue dormiebat: oĩa in gloriã dei faciebat. ⁊ sic omnia reddebãtur meritoria. Sicqz pfectissime verbuz illud apostolicũ ꝯsecuta est. bonis omnia coopant̃ in bonum. in his scilicz qui sm ppositũ vocati sunt sancti. sicut econtra malis fere omnia cooperant̃ in malũ ppter radicẽ p̃uitatis in eis

radicatā. nec solū illi cooꝑabant̄ in bonū sed etiaz in vnoquoq; oꝑe cumulauit summa merita ꝟm genus suū ꝓpter perfectissimaz intentione. ⁊ purissimā intentissimāq; dilectionē. In cuius figura sol nō soluz habet motus cotinuitatē: sed etiam velocitatē. qꝛ cōtinue mouetur citius q̄ sagitta ꝓsilens de balista: licet aspectui nr̄o q̄ntitatis velocitas subterfugit visuz nostrū Sic Maria in motu obedientie omniumq; virtutū exercitioꝝ ⁊ opeꝝ fuit velocissima. De qua dicit Ambroꝝ. li. de virginitate. Virgo erat non solū corpore: sed ⁊ mēte. corde humilis. verbis grauis. aīo prudens. loquēdi parcior. legendi studiosior. non incerto diuitiaꝝ: sed in prece pauperum spem reponēs. intenta operi. verecūda sermone. arbitrū mētis. nō hominē sed deum querere. nullum ledere. omnib⁹ bene velle. maioribus assurgere. eq̄libus nō inuidere. iactantiā fugere. ratōez sequi. virtutez amare. Quādo ista fastidiuit hūilē? qñ risit debilē? qñ vitauit inopem? Nihil ī oculis toruū. nihil in verbis procax. nihil in actu inuerecūduz. Nō gest⁹ fractior. nō īcessus sollicior. nō vox petulātior vt omnis corꝑis species simulachꝝ fieret mētis figuraq; ꝓbitatis. Hec ille. Sicut tangit Augus. in li. ad sacras virgines. Dominica virgo publicos aspectus ⁊ plateaꝝ frequentiā debet euitare. ⁊ ī domo posita lanifico labori vel diuīe lectiōi insistere. nec ornatu capitis. nec oculis rectis aut letis sed ad terrā cuz vultu directis ꝓcedat: ne in se viles amores īducat. ⁊ si nō ꝑeat aliis causa perditiōis existat. Debet inq̄ ab omni inuerecūdo sermōe vel risu se penit⁹ abstinere. ⁊ cū silentio ⁊ disciplina omnez vitam ornare. Alioquin vt de viduis apostol⁹ docet. Virgo sermōe garrula aut loquacitate verbosa: vel curiositate suꝑflua casta non potest iudicari. sed quasi ꝓstituta ad luxuriā magis attēdi. Et si corpore quidē virgo ꝑmaneat: eius tñ virginitas corā deo laudabilis non reddit̄. qꝛ nō debito modo seruat̄. cuz debuerit habere firmuz ꝓpositū perpetue cōtinēdi ꝓpter deum. s. ad vacandū liberius rebus diuinis.

quia virginitas ordinat̄ ad bonuz anime ꝟm vitaz cōtemplatiuā: qd̄ est cogitare ea que dei sunt: vt sit sancta corꝑe ⁊ spiritu. Et ideo dicit Augus. libro de virginitate. Nec nos virginibus p̄dicam⁹ q̄ virgines sint: sed q̄ deodicate pia continentia virgines. ¶ Quintū est q̄ sol habet influētia sua fecunditatē. ita q̄ nihil sub sole sine illius influētia fecundari potest. Omnia nāq; viuificat. ⁊ omnib⁹ rebus vitā spem et formā administrat. Nam poros terre aperit ⁊ virtutez latentē in radicib⁹ ad actuz perducit. qꝛ solaris radi⁹ ad interiora radicum ⁊ seminū suo vigore ⁊ colore subintrans humidū terre dissoluit. ⁊ vi sua attractiua qd̄ semini ⁊ radici simile est de illo attrahit. ⁊ in nutrimentū terre nascentium cōuertit. sicq; terre superficiem herbis. frondibus. floribus. ⁊ fructibus reuocat. exornat. ⁊ fecundat. Sic beata virgo cunctis christifidelibus fecunditatē tribuit in virtutibus ⁊ gratia. sine cuius auxilio nullus vnq̄ ex se fructū saluificū facere potuit. Hinc ait Bernard̄. Qꝛ filius dei qui dicitur sol iusticie Mariaz velut alterum solē induit. Et quēadmoduz ille super bonos ⁊ malos oritur indifferēter: omnibus sine differentia cūcta fecundās. Sic beata virgo nō discutit merita. sed omnibus sese exorabilem: omnibus clementissimaz prebet. ⁊ necessitates nostras amplissimo quodam miseratur affectu. Vnde Hieronim⁹ in sermone de eius assumptiōe dicit. Celestis plane ymber in virgineuz vellus placido se infundit elapsu: ⁊ tota diuinitatis vnda se contulit in carnem: quādo verbum caro factum est. ac deinde per crucis patibulum expressuz: terris omnibus pluuiam salutis effudit. ⁊ stillicidia gratie humanis prestitit mentibus. ¶ Sextuz deniq; est q̄ sol habet in effectu suo caliditatem. Cum enim non sit subiectiue calidus: mirabili tamen modo virtutez habet calefactiuam: inflāmatiuaz: ⁊ vritiuam. Naz ex motu radiorum ⁊ eorum confractione: multiplicatōe: ⁊ ꝯcursu in suꝑficie obiecti calor generat̄. maxime si corp⁹ obiectū speculare fuerit ⁊ politū vt d̄r ī ꝑspectiua. ita

q̄ si circa speculuz concauū, diometraliter radijs solaribus oppositū in splendore solis stuppa faciliter inflāmatiua ponat̄ a calore solari generato tandez incendit̄. Sic beata virgo que tota subiectōe calida est: amore diuino puras mentes ⁊ deuotas q̄ sunt tanq̄ specula mūda sibi per rectā intentionē ⁊ veram dilectōem frequētemq̄ supplicatōez diometraliter suppositas ad dei dilectionē magꝭ inflāmat. De quo singulariter gloriat̄: dicens. Ego mater pulchre dilectionis. Unde ⁊ cum sole virtutem habet cōseruatiuā. Naz sol planetas ⁊ elementa adinuicez cōtraria in effectib⁹ suis cōciliat ⁊ vnit. tantā eniz cōtrarietatem ⁊ mutuā repugnātiaz habent adinuicem q̄ se mutuo destruerēt: nisi per virtutes celestis p̄cipue solis influentiā conciliarent̄. ⁊ sic in esse debito saluarentur. Sic beata virgo principiū est ⁊ origo recōciliationis humane. quia quicq̄d maledictionis: quicquid repugnātie: quicq̄d contrarietatis per Euam infusuz erat: totuz abstulit benedictio Marie. Et ideo ſm Bernardū in sermone quodā ad beatam Mariaz sicut ad mediū. sicut ad archanū dei. sicut ad rerū causaz. sicut ad negociū sanctorum respiciūt qui sunt in celo. et qui in inferno habitant ⁊ nos p̄cesserunt. ⁊ nos qui sumus ⁊ qui sequētur. ⁊ nati natoruz. ⁊ qui nascētur ab illis. illi qui sunt in celo vt restaurētur. ⁊ qui in inferno vt eripiantur. ⁊ qui p̄cesserūt vt ꝓphete fideles īueniantur. ⁊ qui sequentur vt glorificentur. Hanc ergo virginem amem⁹ fiducialiter: hanc salutem⁹ dulciter. hanc inuocem⁹ frequenter vt per eam gratiam acceptemus salubriter et eternam gloriaz intremus feliciter. Amen.

In exaltatōe sancte crucis.

Super muros babilonis leuate signū: augete custodiaz. Hiere. lj. Dicit Augustin⁹ super illud ad Galat. vj. Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce demini nostri Jesu christi. Q⁹ crucem vt ī ea gloriemur domin⁹ suo gestans humero pro virga regni nobis cōmendauit. qd̄ est grande ludibrium impijs. grande misterium pijs. Unde enim mūdi ph̄us erubuit vbi apostol⁹ thesaurum reperit. qd̄ illi visum est stultitia: apostolo factuz est sapientia ⁊ gloria. Nimirum quia dicit Bernard̄. super Cātica tractās illud Psal. Scapulis suis obumbrabit tibi. Sub his scapulis quatuor nobis beneficia conferūtur. sub his etiaz abscondimur. sub his ab incursu accipitrum ⁊ miluoruz ꝓtegimur que sunt aeree potestates. sub his vmbraculuz salubre nos refrigerat. et nimiꝝ solis ardorem repellit. sub his quoq̄ alimur ⁊ fouemur. his virtutum gēmis quatuor cornua crucis ornantur. Veruz cū tu fidelis christiane. tu monache: si vere fructum crucis expiri velis: abnega temetip̄m. ⁊ tolle crucem tuam et sequere cruce pendentē. Quia dicit Maximinus in sermone de martyrib⁹. q̄ crux non solum dicitur que tempore passiōis ligni afflictione cōficitur: sed que totius vite curriculo cunctarum disciplinarum virtutibus coaptatur. vt non solum intelligatur crux ligni patibulum: sed etiam pie vite virtutisq̄ ꝓpositum. Unde omnis christiani vita qui ſm euangeliuz vixerit crux est atq̄ martyrium. Hinc dicit Gregori⁹ omelia. iij. super euangelia. Quāuis occasio persecutōnis deest: habet tamen ⁊ pax nostra martyriuz suū. quia et si carnis colla ferre non subdimus: spiritali tamen gladio in mēte desideria carnalia trucidam⁹ Et iteruz in alia quadā omelia dicit. Mori a persequēte matyrium in aperto opere est. ferre ꝟo cōtumelias et odientem diligere martyriuz est in occulta cogitatione. Et sic veraciter adimplet̄ illud Hieremie. Super muros babilonis ⁊c. Per signum istud crux sancta denotatur. que scilicz in cordibus fideliuz exaltari debet per venerationem ⁊ spiritualez imitatiōem. ac per fidelem tam interiorem q̄ exteriorē hominis custodiā. Unde ad nostrā instructōez exaltatio sancte crucis ī cordibus nostris sextuplicez operatur virtutem in salutez. Sz qꝛ de trib⁹ p̄dictū est in īuentōe eiusdē alia tria ꝓsequamur. Est igit̄ crux signum

humilitatis ostensiuū. Nam crucis supplicium erat illo tempore genus mortis turpissimū. Hinc etiam ob maximā humiliationez quā suscipere voluit mundi saluator crucem elegit. Unde super illud ad Philippēn. ij. Mortē autez crucis. dicit Bo. Ecce humilitatis exemplum. superbie medicamentū. Quid ergo superbis terra et cinis? princeps tuus est hūilis ⁊ tu superbus. Pendet ille non vestibus ornat⁹: sed nudus. non rosea serta redimitus: sed spinea corona. facie sputis maculata. non cerusa. non stibio linita. nō calcijs rostratis sed pedibus pforatis. His eniz insignijs animā tuam redemit. O detestanda superbia quam tu pcio vili diabolo vendere deliberas: cum eidez elatiōis hospicium paras. Tu vo fidelis amica vis agscere christum inhabitantē: accipe signum angelicū. Et hoc vobis inquit signū inuenieris infantem: ecce innocentiā. pannis inuolutū: ecce vilitatē. ⁊ positum in psepio: ecce paupertatem. quia nō erat ei locus in diuersorio. Sed huic signo cōtradicit fere a toto mundo vsq adeo. nam se dilatauit superbia q iam non peccatū: sed honestas dicitur ⁊ reputat. Cum tamē christus vt eius execrandā impietatē plenius ostenderet: cuz cesar Eraclius adepta victoria a Cosdre rege qui partem crucis de iherusalem sustulerat: tandem partez cum leticia magna reportaret. ⁊ equo regio ac imperiali ornatu intrare vellet portam quā dominꝰ passurus cum asello intrauerat: repēte lapides porte superiores quasi ratiōis capaces descenderūt. ⁊ inuicez q̄si paries vnus in porta se clauserūt. Cunctis igitur ad hoc stupentibus apparuit angelus signuz crucis tenens: ⁊ dicens. Cuz rex glorie p̄ portam hāc intraret non cultu regio: sed asello ingrediēs: cultoribus suis humilitatis exemplū dereliquit. Quo dicto statim disparuit. Tūc rex infusus lachrymis se discalciauit. ⁊ vestimenta vsq ad camisiam deposuit. ⁊ sic crucem vsq ad portam humiliter baiulauit. Moxq mirū duricia lapidum celeste p̄sensit imperiū ⁊ liberū aduenientibꝰ patefecit ingressuz. Audiāt hec qui tam pōpatice frequētant ecclesiaz dei in superbia ⁊ abusione humilē Jesum oraturi. Virum q̄ lapides ecclesie cōglobati sacrum templū a taliuz ingressu non defendunt: qui vel que ad suggestionē sathane nō vt nobiles: sed vt lenones ⁊ meretrices ornate p̄cedunt. Utinaz in domo consisterent: vel saltem ad diabolica dūtaxat spectacula tam lasciua superbia se ostentarent: vbi solum filij sathane cōueniunt. Esset enim ferendū vtrūq lenius. Nunc autem p̄occupant ⁊ impudēter illud vnicum deotoz refugium. Et vbi diabolica virtꝰ orationū vigore cōfringitur: tibi ad capiē das animas detestabilez ornatum magis ostentare conātur. O vitij huius inestimabile pondus. Quot eniz laqueis suis capiunt effectu ⁊ affectu: vel etiam a suis orationibus impediūt aut etiam ad temptationes alliciūt: tot animarū interfectoz ⁊ interfectrices cōprobātur. Q; si nullus sumpserit nocumentuz aut p̄auitatis venenum. nihilominꝰ tamen ipi ruūt in mortale p̄cipiciū. Quia dicit Hiero. in epistola ad Eustochiū. Si vir vt mulier se ornauerit. ⁊ vultum hominū ad se p̄uocauerit: ⁊ si nullū inde sequat dānuz: iudiciū tamē patietur eternū. quia venenū attulit si fuisset qui biberet. Unde cōqueritur dominus Hiere. xj. Quid est q̄ dilectus meꝰ in domo mea fecit scelera multa. Nunc autē quidam allegāt patrie cōsuetudinez. quibus respōdetur in decretis dis. viij. q̄ mala cōsuetudo non minus q̄ pernicioſa coruptela vitanda est. que nisi citius radicitus euellatur in priuilegioz ius ab impijs assumitur. Alij vo generis allegant nobilitatem. Nūquid ergo in signuz nobilitatis aliquādo deus creauit homīes cornibus ornatos vel caudis. aut certe pedibꝰ rostratis. Nequaq̄ fratres mei nequaq̄. sed bestie talibꝰ mōstruositatibus insigniri solēt. Quappē cōueniēter Amos pphe tales vaccas nomīare statuit ca. iij. dicens. Audite verbuz domini pingues qui habitatis in monte samarie. Et bene quidem ad mulieres principaliter sermonem dirigit que talibus frequēter abuti solēt.

Q. si de nobilitate causent: audiant Hester reginā potentissimā, vtpote centū vigintiseptez ꝓuinciaꝝ in oratōe sua se excusantem. ⁊ domīo dicente eiusdez. viij. ca. Tu inquit scis necessitatē meam ꝙ abominer signū suꝑbie ⁊ glorie. s. diadema regni qđ ē suꝑ caput meū in die ostētatōis mee. scilicz coram rege Assuero. Nam corā eo non audebat apparere: nisi cum ornamentis regalibus. ⁊ tamē verebat ne deꝰ forte ꝓpterea illam non exaudiret. ⁊ ideo detestabat in corde talez gloriā. Quid ni detestaret signū diabolice subiectōis qui est rex super omnes filios suꝑbie: quam tamē necessitas excusabat. qꝛ tantū ad regē ingressura signum illud imponebat. Nostre vo sathanisse secus faciūt. quia se preparant ad capiēdas animas dum intendunt frequētare cōuiuia et spectacula. īmo potissime dum ecclesiā frequētare p̄sumunt: ad rogandū humilē Jesum pendentem in cruce nudū. ⁊ spinea corona coronatū. inimice ⁊ ꝑsecutrices christi crucis: ꝓuocantes sanguinolēta vulnera Jesu christi ad acclamandā vindictā deo patri. Ac tāta pompositate in humili stola Jesu ceteris p̄cellere querūt que nec ip̄o inferno digne sunt: nisi dūtaxat infimo loco tanq̄ feces omniū peccatorū. In cuius etiam figura Jezabel impia regina totius suꝑbie ꝑmiceria. vt dicit. iiij. Reg. ix. audito introitu Jehu qui duos reges illo tempore interfecerat. ⁊ super israhel regnauit. ad cōplacenduz illi depinxit oculos suos stibio ⁊ ornauit caput suū. respiciensq̄ extra fenestram se ostētauit. Quaz illico iussit ab alto p̄cipitari: p̄cipitatāq̄ vngule equoꝝ ꝯculcabant. ⁊ comedebant canes carnes eius vt stercus terre. dignam sue superbie mercedem accipiens. Est etiam crux signum amoris imp̄ssiuū. de quo dicit. Ysa. xj. In illa die erit radix yesse. i. amoris. quia interp̄tatur īcendiū qui stat in signuz populoꝝ. Sed quale signū? nisi de quo dicit Treñ. iij. Posuit me. s. pr̄ q̄si signuz ad sagittam. Nullū enim humano cordi tam vigorosum incentiuū ⁊ attractiuū obijcit obiectuz sicut obiectuz amoris. Nam obiecta cetera sicut pulchritudinis visui: vocum dulcedinis auditui: suauitatis gustui ⁊ sic de alijs allicere quidez possunt ⁊ oblectari. sed amor efficacia sua totuz vendicat sibi qđ est ⁊ qđ habet. Et ideo sapientia diuina tale nobis obiectum opposuit ⁊ in cruce tandez in assumpta natura p̄sentauit: quo nihil amorosiꝰ humanis cordibꝰ ingerere potuit. Hic enī serpēs ille eneus in veteri lege figuratus. O serpēs callidior vniuersis. non tamē venenū: sed balsamnz in ore portans. nō sibilans deceptionem: sed instruens ad salutez. q̄dulciter afficis intuētes: q̄uiuaciter attrahis diligentes. Vnde discipulus in horrologio signuz hoc amoris intuēs questionem ingerit: dicens. O eterna sapientia quid obsecro sibi vult tantus amor ꝙ taz amara pati voluisti? Cur tibi ꝓpitius tibi non fuisti cum leuius id fieri licuisset si tibi placuisset. Pro cuius respōsione inter alia tres rationes assumit ab ipsa sapiētia. Prima fuit amoris magnitudo quaz in assumpta natura voluit ostendere diuina dignatio in passionis illius acerbitate. Nam amor quo ferebatur ad humanā naturā: omnez angelicā ⁊ humanā capacitatē excedebat Et hanc tam excessiuo dolore cōmendare voluit. non tñ quātū erga nos ferbuit: sed quātum passibilis illa natura pati potuit. Nam si christus habuisset tot corpora q̄t homīes ab initio fuerūt ⁊ omnia tam horribili morte exposuisset. Necdum tñ propter inexp̄ssibilem amoris excessum minimam eius partez plenarie demonstrasset. Hinc etiam nullus vnq̄ moriturꝰ vitā cūctis mortalibus optataz sic affectauit sicut christꝰ sitiuit ex amore peccatores saluos facere. et eis se amabilem exhibere.

Secunda fuit vt per illam ostensionem amorem nostꝝ ad se tāto efficacius traheret: cum ictum patris ferientis tam crudelem pro nobis tam liberaliter excepit. et nos illesos abire ꝑmisit. Hinc etiaz in cruce ponendus corpꝰ suū voluit habere (innumeris doloribus quasi quibusdā amorꝝ signaculis) tam mirabiliter cōsignatuz ꝙ non inueniret in eo spacium vnius puncti

ꝙ non amore et dolore singulari reluceret vt vel sic intuentes moueret ad cōpassionem. excitaret ad deuotōem. ⁊ efficaciter attraheret ad amorez. O vere cor aīale ⁊ insensibile qō ad reamandū ardenter non excitatur. Tercia denicz fuit vt ex eminentia passiōis amarissime peccatoribus ingereret spem venie cum recolerēt ꝙ non corruptibilib⁹ auro ⁊ argento: sz proprio sanguine tanto sudore nos redemit dignatio diuine clemētie. ꝙ non īmerito gaudere debeat de nostra cōuersiōe ⁊ ad veniaz esse facilis: adeo ꝙ si totus mundus esset globus igneus ⁊ in medio eius de stuppa li ni pugillus vnus. hec est ex inclinatōe sua naturali: non tam cito recipet flāmarum incendia sicut abyssus miserationuz Jesu christi penitentē ⁊ cōuerti volentē. Et hui⁹ quidez amoris crux ipa signuz est euidentissimū. Est enim tercio crux signū iudicij discretiuū. Nam in futuro iudicio vt dicit Jath. xxiiij. Apparebit signū filij hominis. Vnde dicit Chrisost. in omel. de cruce ⁊ latrone. Q⁹ sicut imperatorez legalis pōpa p̄cedit ⁊ militaris ordo precundo vexillū humeris portare consueuit ⁊ his insignijs eius declarat aduentus. sic domīo de celo aduenīēte cetus angelorum ⁊ archangelorū multitudo signū illud hūeris excelsis portabunt ⁊ regalem eius nobis aduentū nunciabūt. Tunc enim discernentur cultores crucis a cultorib⁹ carnis. Et implebit illud Ezechiel. ix. Transite p ciuitatem ⁊ p̄cutite. non parcat oculus vester nec misereamini. senem. adolescentulum. ⁊ virginē. paruulū ⁊ mulieres interficite vsq; ad internitionē. Omnē autem super quem videritis signū thau ne occidatis. ⁊ a sanctuario meo incipite. Q⁹ si quis hoc signo merebit insigniri. Respondeo ꝙ frontes virorū gementiū. sicut ibidem ait domin⁹. Transi per mediam ciuitatem in medio iherusalez. ⁊ signa thau super frontes virorū gementiuz ⁊ dolentium super cunctis abominationib⁹ que fiūt in medio eius. Aput clarius patet textū intuentib⁹. O q̄ gratū erit tunc cum domīo crucē portasse penitētie quā miseri sensuali-

bus illecti facere refugiūt. De quibus dicit Bern. Nudi stabūt ante tribunal christi vt audiant vocem iudicij qui obturauerunt aures suas ad vocē p̄silij. Quid enim loquit? Agite penitentiā. Multi tamē dissimulāt. multi p̄tinent aures suas ⁊ dicūt durus est hic sermo. Nō sic impij nō sic cū intonuerit dur⁹ sermo verbū asperū. Ite maledicti in ignem eternuz. Et hoc innuit domin⁹ in euāgelio: vbi dicit. Nisi penitē tiam egeritis simul oēs peribitis. Nūc ergo p̄cedam⁹ ad componendū nobis crucem penitētie salutarez. Nam sicut illo tē pore tres pariter crucifixi sunt. duo scz latrones: vnus ad dexteram ⁊ alius ad sinistram. medius xo Jesus. sic in nobis moraliter tria sunt crucifigēda. scilicz mund⁹ ad sinistrā partem cuz latrone sinistro dānandus. ⁊ caro in parte dextera cū altero latrōe feliciter saluāda. In medio xo spiritus noster spiritui diuino tam ineffabiliter q̄z inseparabiliter vniend⁹. Vnd⁹ enim cū latrone sinistro crucifix⁹ sicut in sua pfidia p̄manet: sic ⁊ salutem nō obtinet. Caro xo cuz latrone dextero sicut ⁊ patitur sic ⁊ cōregnabit. Crux ergo mūdi hui⁹ est p̄udētia. que fm Aug⁹. libro. lxxiij. questionū. est cognitio reruz appetendaꝝ ⁊ fugiendarū. nec illi soli cognitio sufficit: sed etiam opere cognitionem p̄sequi satagit. Vnde dicit doctor sanct⁹ Ba se. q. xlvij. q laus p̄udētie non sola cōsistit in cōsideratione: sed etiam in applicatiōe ad op⁹. Est enim p̄udētia electio p̄consiliati. ⁊ sic duo complectit. scz consiliū bonum in ratōe. et electōem in appetitu quā per consiliū dirigit de his que sunt per nos agenda in ordine ad finem debituz. Huius ergo crucis partes sunt. spes sursuz de futuro gaudio ⁊ eterno bono. cui⁹ compatiōe vilipendit p̄sentia tam anxie querere: raz sollicite cōseruare que p̄uidet esse transitoria ⁊ pene nulla. Timor xo deorsum quē concipit ex cōsideratōe futuri supplicij mundi cultoribus p̄parati. Nam mūdus cū diabolo pactum iniit de traditiōe homīs mūdani: sic Judas cum iudeis de traditiōe sui magistri: dicens: Quemcūcz osculatus fuero.

diuitijs delicijs vel honoribus q̃ sunt oscu
la mundi. ipe est: scilicz quem tradere cen
suerim. tenete eũ ⁊ ducite eũ caute. Amor
ꝟo virtutis a dextris. Nam opera bona
semp operãtem hilarez efficiunt in p̃senti
⁊ p̃miabunt in futuro. quare prudentia di
ligentiã adhibet vt ea perficiat. Dolor au
tem de peccatis a sinistris: eo ꝙ voluptas
cito transijt. maculã reliquit. reatũ impo
suit. ⁊ cõscientie stimuluz acuit. nihilq̃ re
mansit q̃ꝫ ꝙ fetidũ est ⁊ amarũ. Felix apo
stolus qui sic crucifixus erat: cum aiebat.
Mihi mũdo crucifixus est et ego mundo.
Crux ꝟo carnis est digna penitẽtia. Faci
te ergo dignos fructus penitẽtie ait Jo
hãnes: vt sic possitis fugere a ventura ira
Nam qui christi sunt carnẽ suam crucifixe
runt cum vitijs ⁊ cõcupiscẽtijs. scilicz de
certando ⁊ ea ꝯculcando. Cuius similiter
quatuor sunt cornua abstinentia in omni
superfluo ac non necessario quãtum vali
tudo corporis admittit. ⁊ ab omĩi gustabi
li delicioso ⁊ voluptuoso. Vigilie ne mẽs
somni torpore dissoluãtur: ⁊ sic ad illicita
pertrahatur. Terciũ est asperitas in vesti
bus lectis disciplinis ⁊ similib⁹. Quartũ
ꝟo est labor corꝑalis vel spiritualis vt ini
micus eũ semp occupatũ inueniat. nec ca
ro per ocij inerciaz in praua desideria de
fluat. qꝛ in desiderijs est omĩs ociosus. Fe
lix apostol⁹ qui sic carnem suam crucifige
bat: cũ dicebat. Sic curro non quasi in in
certũ. sic pugno nõ quasi aerez verberãs:
sed castigo corpus meũ ⁊ in seruitutẽ redi
go: ne forte cum alijs p̃dicauerim: ipse re
probus efficiar. Denicq̃ crux spirit⁹ est pie
tas. quam describit Hugo in libro de clau
stro anime: dicens. Pietas est ex benigne
mentis dulcedine grata omnibus auxilia
trix affectio. ⁊ diuini cult⁹ religiosa deuo
tio. Et hui⁹ eque crucis quatuor sunt par
tes. scz in imo dolorosa cõfessio: que respi
cit seip̃m. In summo ꝟo frequẽs oratio:
que respicit deum. In dextera viscerosa
cõpassio: que respicit ꝓximũ patientez vel
errantez. In sinistra sincera remissio. scz
iniuriaꝝ que respicit proximũ iniuriantẽ.
Et hec q̃tuor sumunt originẽ ex ipso deo.
quia pietas p̃sertim cum est donuz spirit⁹
sancti semp mouet̃ ex aliquo diuino: sicut
misericordia proprie mouet̃ ex aliquo hu
mano. Sic crucifix⁹ erat spũs apostoli: cũ
dicebat. Christo cõfixus sum cruci. Quo
modo sancte apostole? Viuo inq̃t ego iaz
non ego. viuit ꝟo in me christus. Christũ
eniz totaliter induit ⁊ seip̃m exuit vt non
esset surdus auditor. Super muros babi
lonis leuate signũ ⁊c̃.

In festo sancti Mathei aposto li ⁊ euangeliste.

Statim relictis bo
bus cucurrit post Helyam. Scri
buntur hec verba originaliter. iij.
Reg. xix. Que quidez verba ad literã po
sita sunt de Helyzeo. quem sequẽtem ara
trum suũ vocauit Helyas per impositõez
pallij sui. Qui figuratiue tenuit tipũ chri
sti Matheũ ad apostolat⁹ gradum vocan
tis. Quia dicit ibidez Glo. ꝙ super Hely
zeum ꝓphetam palliũ suũ misit: cum domi
nus populũ suuz fide catholica induit. iu
xta illud Ad Galat. iij. Quicunq̃ in chri
sto batizati estis christũ induistis. quia sci
licet ei ꝯformes facti estis. qd̃ vtiq̃ vobis
magnus honor. Nam ex hoc a christo dici
mur christiani. Verũtamẽ hec ꝯformitas
induitõis vsq̃ ad sacramẽtoꝝ perceptio
nem nobis non sufficit ad futurã gloriam
vbi similes ei erimus. quia videbim⁹ eũ si
cuti est postq̃ ad annos discretõis ꝑueni
mus. Sed etiã requirit̃ vt eum induamus
vsq̃ ad vite nostre sanctificatõem per de
bitam sue cõuersatõis imitationẽ. Vnde
dicit Aug⁹. de vita christiana. Qꝛ christi
ani nomen ille frustra sortit̃ qui xp̃m mini
me imitat̃. Quid enĩ ꝓdest tibi vocari qd̃
non es ⁊ nomẽ vsurpare alienũ? Sz si xp̃i
anũ te esse delectat q̃ christianitatis sunt
gere. ⁊ merito tibi nomen xp̃ianitatis assu
me. Vnde Paulus ad Roma. xiij. Nõ in
cõmeationibus et ebrietatibus. non in cu
bilibus ⁊ impudicicijs. non in cõtentione
⁊ emulatõe: sed induimĩ dominuz Jesum
xp̃m. De quo gloriabit̃ Petr⁹ in persona

omniū apostoloꝝ: dicēs. Ecce nos reliqui
mus oīa ⁊ secuti sumus te: quid ergo erit
nobis? Parum enīz est relinquere omnia
nec hoc requiritᷣ ad salutē licet dirigat ad
perfectionē. sed magnuz est sequi dñm qō
in baptismo omniū credentiū vt renūciāt
diabolo ⁊ pompis eius. ⁊ hoc innuitur in
verbis ꝓpositus in vltima clausula cuz di
cit. Statim relictis bob⁹ cucurrit post He
lyam. Domin⁹ deus post vocatōem Hely
zei per figurā ostendit in Helya. que spū
aliter agunt in peccatore se ꝙuertente fin
cursum cōmunē vt cōuerti volentes sciāt
quibus se potissime occupare debeāt. Nā
pri⁹ fugit Helyas a facie Jezabel impie
regine, ⁊ dormiuit subtus vnam iuniperū
vbi ab angelo bis cibat⁹ est pane subcine
ricio. quo ꝓfortat⁹ ambulauit vsqꝫ ad mō
tez dei oreb. i. synai. Et vt dicit rabbi Sa
lomon. mansit in spelunca in qua pri⁹ stete
rāt Moyses cum ante illam gloria domi
ni trāsibat. Et ait dñs ad Helyam. Quid
hic agis Helya? Egredere. s. ad ostiuz spe
lunce et sta coram domīo. Quo egrediēte
ecce spūs fortis ⁊ grandis. i. ventus: ad li
teram cōterens petras et subuertēs mon
tes impetu suo. Non enim erant ibi arbo
res quas subuertere potuissz. sed nō ī ven
to illo erat dñs. Post hoc ꝟo fuit cōmo
tio magna. i. terremotus magnus: sed nō
in motiōe domin⁹. Post cōmotionem ꝟo
transijt ignis. i. splēdor visibilis et feruor
maximus. sed nec in igne dñs. Illa tamē
tria ꝓcesserūt aduentū dominicū ad incu
tiendū reuerentiā ⁊ timorem qui sunt pri
mordia salutis hūane. Hinc etiam vt ha
betur Exod. xix. ante datiōem legis cepe
rūt audiri tonitrua. micare fulgura. vt ple
nus patet super⁹. Post ignem ꝟo transi
it aura quedaz lenis quasi sibilus. i. vent⁹
tenuis ⁊ suauis: ⁊ tūc in ea dñs. ꝓpter qō
Helyas pallio vultū suum operuit ex reue
rentia nolens ad dñm respicere. Sicqꝫ lo
cutus est ad eū dñs. Et finaliter iussit euz
dñs vngere tres personas. scz Azael in re
gem syrie. et Jehu in regez israhel. et He
lyzeum in prophetam pro se. Sed duo pri
mi sicut adhuc multi de sua vocatiōe fue
runt ingrati. Tercius ꝟo scz Helizeus so
lus gratus inuētus est: peccatorez veraci
ter cōuersuz significās. qui primo fugiens
a facie Jezabel. i. carnalis voluptatis. vt
ab omni occasione recidiuādi in peccatū.
Quiescit per memoriā subt⁹ iuniperum. i.
crucem dñicam. Sanducat panē subcine
ricium. i. dolorose cōtritōis. Ambulat vs
qꝫ ad montez dei: cōsiderans diuina man
data que ibi fuerūt data. Ingredit ꝑ di
ligentem cōsiderationē speluncaz vitioꝝ.
Euocat ad os spelunce. i. ad exitum vite:
quādo de cetero his vitijs ⁊ cōcupiscētijs
frui non licebit. Vnde dñs per inspiratio
nes horribiliter intonat: dicēs. Quid hic
agis o peccator in fecibus vitioꝝ ⁊ dāna
tionis baratro? Egredere memorare no
uissima tua. Nam ibi inuenies hec tria te
expectātia. Nam per ventū grandē intel
ligitur amara mors cuncta cōminuens et
omniū oblectationū delicioſaꝫ finem cō
stituens. nec vlli parcit qz cōterit petras
. i. naka fortes: iuuenes: ac robustos. Sub
uertitqꝫ montes. i. magnates: diuites: et
superbos. īmo simul in vnū senem et iuue
nem. diuitem ⁊ pauperē eadem lege ꝓstrin
git. Et vt dicit Grego. in moral. Hoꝝ vl
tima idcirco dñs noster voluit esse īcogni
ta vt mors semper possit esse suspecta. vt
dum illam ꝑuidere nō possum⁹ ad illā sine
intermissione ꝑparemur. Qui enim consi
derat qlis erit ī morte: semper pauid⁹ erit
in operatōe. atqꝫ inde in oculis suis quasi
non viuit. Dñ veraciter in oculis sui crea
toris viuit. nil qō transeat appetit. cūctis
vite ꝑsentis desideriꝭ cōtradicit. et pene
mortuū se considerat. quia morituꝝ se mi
nime ignorat. Post ipm ꝟo sequitur com
motio. i. generalis resurrectio: cū spiritui
vnita caro mouebitur ad reddendū ratio
nem in iudicio. Nā tanta tunc vigebit di
strictio ꝙ nec latebit: nec indiscussa mane
bit minima cogitatio. licet fuerit tm̄ inuti
lis. quid ergo erit ꝺnocuis? Post cōmoti
onem sequit ignis gehēnalis in reprobis.
de quo latius patet alibi. Primuz igit̄ in
gerit incertitudinis pauorem. Secunduz
equitatis timorem. Terciū autem penal⁹

litatis horrorem. Per que tria timor domini qui seruilis dicitur cōgerit̄. sed nō in his domin⁹ donec quartuz sequat̄: scilicet sibulus aure tenuis. i. afflatus suauis diuine dilectionis. Hinc est ꝙ licet multi in fine videntur de peccatis cōteri. dolore primi suppliciter confiteri. finalis tamen penitentia est rara auis in terra. eo ꝙ nō ꝓcedit de fonte amoris: sed incumbētis penalitatis ⁊ subsequētis calamitatis. Nā hic sibulus īmutat affectum. rectificat ꝓpositum. inflāmat animuz. innouat visuz. Et vere percipit seruulus. qꝛ p̄sens est dominus. Sicut beatus fecerat Mathe⁹ relictis bobus. i. rebus temporalib⁹. cucurrit post Helyam. i. christū. In quib⁹ verbis p̄cipue tria sunt per ordinem consideranda. Primū in domīca vocatiōe obdiēdi ꝓnitas: cum dicit̄. Statim relictis omnibus. Non enim cōuersionez suam ꝓcrastinauit. sed audita iussiōe Jesu statim relictis om̄ibus secutus est eum. Tum tamē genus illud hominū difficillime ad cōuersionem duci potest. Naz ⁊ aliquādo ad īiusti lucri cōmouent̄ cessionē: rarissime tamen ad restitutiōem vel abrenūciationē. Sicut ait dominus Hiere. xiij. Si mutare potest ethiops pellez suam ⁊ pardus varietates suas ⁊c̄. vt supra. Hinc dicit Glo. Math. ix. super istam vocationē. ꝙ Matheus refert vocationē suam inter miracu
B la. Magnū enim miraculū fuit ꝙ publicanus tante cupiditatis fact⁹ fuit subito tante perfectōis ꝙ meruit celsitudinē apostolatus. sicut dicit Hieronim⁹ super hunc locum. Certe fulgur ip̄e ⁊ maiestas diuinitatis occulte ad se trahere poterat in p̄mo aspectu. Si enim in magnete lapide hec esse vis dicit̄ vt ferrum trahat quāto magꝭ creaturaꝝ domin⁹ sua virtute sp̄ualiter h̄ facere poterat. Unde ⁊ princeps publicanorum Zacheus Jesum videre cupiens: hac ip̄a virtute attractus fuit ꝙ iniusta in quadruplū redderet. ⁊ dimidiū bonorum suoꝝ pauperib⁹ erogaret. Sed quid dicturi sumus ⁊ nos fratres quos eisdez oculis totiens respicit: quotiēs instinctu spiritu ali nos ad se reuocare nō desinit. Ego sto inquit ad ostiū ⁊ pulso. Verūtamen ꝓch dolor dulcius sonat in auribus nostris vt dicit̄ Sophonie. ij. Vox cantātis in fenestra. i. in corporalib⁹ sensibus coruus in superlimīari. Hic autem coruus niger ⁊ fetidus diabolus est ⁊ qui cantat in respōsione nostra cras cras. Et ne miseri p̄caueamus futura ꝑicula auertit oculos n̄ros mētales ab eis. ⁊ reflectit ad terrena. Psal. Oculos suos statuerūt declinare in terraz ⁊ velut pater mendacij se mentitur habere diuitias ⁊ gloriam in sinistra. vite ꝟo longiturnitatē in dextera. Et sic oculū vnum intorquet ad huius mundi leta ⁊ prospera cum potius ad aduersa p̄uidenda consideratio nostra īuigilare deberet. Eccl's. vij. Cor sapiētis vbi tristicia est. ⁊ cor stultorum vbi leticia. Sic iherusalē ad leta direxit oculos. sed aduersa futura p̄uidens dominus fleuit super illā: dicens. Quia si cognouisses ⁊ tu vtiq; fleres. Sic o peccator ⁊ si ventura cognouisses non tantū fleres sed timore marcesceres et merore deficeres. Porro secundū oculum intorquet ad ꝓmissionem longioris vite. sicut dicit̄ Ecclesiasti. xxix. Reꝓmissio nequissima multos perdidit diligentes. Dicitur autē promissio nequā. quia sibi vsurpat: qd̄ solius dei est: scilicz de futuro tempore disponere. ⁊ quasi sit ī nostra potestate ad penitētiam reuerti postq̄ ad volituz peccauim⁹. Est ꝟo nequior quia temp⁹ infiniti valoris expendens inutiliter stolide p̄sumit ꝙ sibi deus adhuc multum temporis datur⁹ est. qui tñ tpe Noe de tempore penitentie mundo cōcesso breuiauit s̄m Strabuz. xx. annos. quia videbat ꝙ in malis excecati penitere nolebant. Hec idem dicit Hieronim⁹. ⁊ ponitur de peni. dis. j. c. p̄dixerat. Qualiter igitur p̄sumendū ꝙ nobis ī peccatis perseuerātibus tempus non promissum largiet̄. Et ideo dicit. Vigilate qꝛ nescitis diem neq; horam. Nequissima deniq; quia tempus indultuz non soluz perdit sed etiam in cōtumeliam largitoris expendit. et adhuc in futurum peccando expendere cogitat. Qua fronte igitur longaz sibi spospondit vitam qui vita ipsa iudicat̄

indignus. Non ſic beatus Matheus: qui ad vnicam vocatiõem ſtatim reliquit omnia, non excuſans, non pcraſtinãs. Secundum vo eſt in quoridiana cõuersatione bene operandi agilitas. cum addit̃ cucurrit, ſicut ait Pſal. Viam mandatorũ tuorũ cucurri cuz dila. cor meũ. Quidam autem licet ad penitentiã cõuerti videantur: tam lente tamen proficiũt ꝯne dicam deficiunt ꝯ ipm deum cõuersionis auctorem ad nauſeam puocant. Sicut ait Apocal. iij. Quia nec̃ calidus es, implens voluntatẽ meam amore charitatis, nec̃ frigidus deuitans offenſas timore penalitatis, ſed repidus. i. ocioſus ꝛ accidioſus ad bonum: incipiã te euomere quaſi quoddaz abomiabile de ore meo. Nam licet huiuſmodi maiora ꝛ aperta vitia cauere videãtur fornicatiões, cõmeſſationes, ſpectacula, iniuſta negocia ꝛ ſimilia, per deteſtabilem tamen deſidiã intus grauiter feriũtur a carne per impugnatiões diuerſorũ deſideriorum ꝛ cum delectatiõe: reuolutiões veterum delictorũ ſpiritui repugnãtes: a diabolo per amaricationes cordis, detractiões, temeraria iudicia, a primo per impatientie ſtimuluz, ex quibus omnibus relinquitur male ſecura cõſcientia, turbatio cordis, ꝛ obnubilatio mẽtis, quo fit ꝯ ad ſpiritualem profectum diuine familiaritatis tanc̃ indigni non admittuntur. Sicc̃ diabolus eos ſaltem ſub menſa vitioz venialium paſcit: quos necdũ ad banc plene ſaturare ꝑualet, vtpote timore domini repercuſſos: aut eius gratia ad tempus preſeruatos. Et hoc bene figuratum eſt Judic. j. in Adonibezech rege, qui ptz ſupra. Et ſic cibis virulentis paſcũtur venialiuz peccatorum. nihilomin⁹ tamen vacui ꝛ famelici ſemper permanẽt. Eſuriunt enĩ aures nouitates: vanitates, oculi curioſitates, guſt⁹ voluptates, ꝛ ſic de alijs. Et impletur illud Prouerbioz. xxiij. Per agz hominis pigri tranſiui, ꝛ per vineam viri ſtulti ꝛ ecce totuz repleuerũt vrtice, ꝛ operuerunt ſuperficiem eius ſpine. Filo, quia in corde negligentiũ pruriẽtia terrena delideria ꝛ punctiões pullulant vitioz. In deſiderijs eſt enim omnis ocioſus. Nõ ſic beatus Matheus: qui totam ethiopiã circuiens ꝛ ſua predicatiõe ſeminans: horridos ethiopes agnelli vellere fidei chriſtiane veſtiuit, ꝛ euãgeliũ dominicũ ĩ hebreo primo cõſcripſit: vt eandem ſollicitudinẽ in aggregandis diuitijs ſpiritualib⁹ oſtenderet: quã ꝛ pro terrenis cõſequendis adhibuerat. Vnde illius euangeliuz pre ceteris ĩ eccleſiaſtico officio frequẽtatur: ſicut ꝛ pſalmi Dauid ꝛ epiſtole Pauli. Licet enim hi tres magni peccatores extiterunt: tamen in ſuis cõuerſatiõibus ꝛ penitentie operibus tantuz deo placuerunt ꝯ non ſolum eorũ culpas ignoſceret: ſed etiam in eis dona ſua ſpiritualia multiplicaret, vt in quibus abundauit delictum: ſup abundaret ꝛ gratia. Quorũ dicta frequẽter recitantur in eccleſia, vt nullus qui cõuerti voluerit hec conſiderãs deſperet de venia. Terciũ eſt in perfecta chriſti imitatione ꝓficiendi ſtudioſitas, cum ſubiungitur poſt Helyam. Que perfectio figuratur. iiij. Reg̃. ij. in his que fiebant ante aſſumptiõem Helye per currũ igneum. Cuz enĩz Helyas ꝓperare vellet ad locum vbi aſſumendus erat fuerunt pariter in galgalis: qui locus reputabat̃ ſanctus eo ꝯ ibi primo filij iſrahel tranſito iordane caſtra poſuerũt: ꝛ ſeipos circũciderũt: ac paſca celebrauerũt. vt dicitur Joſue. v. Helyas vo volẽs Helyzeo celare quid de eo facturus erat domin⁹: ait ad eum. Sede hic quia miſit me domin⁹ in bethel. Qui reſpõdit. Viuit domin⁹ et viuit anima tua, ꝙa non derelinquã te. Recognouit etiam per ſpiritum ꝓphetie illa die dominũ ſuuz a ſe tollendũ. Simili modo fecit iturus ĩ ibericho, ꝛ ſic faciens circuituz reuerſus eſt ad iordanem, quia galgala erat ad iordanẽ. Ad quem cuz reuerſus fuiſſet inuoluit pallium ad percutiendum aquam: que diuiſe ſunt, ꝛ ambulauerũt pariter quaſi per ſiccum. Cumc̃ ambulando pariter fabularẽtur ecce angelico miniſterio vel diuina virtute paratus aduenit currus igne⁹ ꝛ equi ignei, ꝛ diuiſerũt vtrũc̃. Aſcendẽſc̃ Helyas aſſumpt⁹ eſt paradiſuz. Helyas ergo

christum signat: qui interp̄tatur ascendēs
domin⁹. Helyzeus v̄o Matheū aperte fi
gurare dicit̄. qui primo venit cum christo
in galgalis: que interp̄tatur collis circūci
sionis. quia circūcisus fuit ab omni posses
sione rez labentiuz vt secure dicere possit
Ecce nos reliquim⁹ omnia. Q.d magnum
erat: p̄sertiz in homīe in affectu terrene cu
piditatis emirato. Deinde sequebat̄ eum
in bethel: qd̄ interp̄tatur habitaculū dei.
Q.d vtiq; p̄cipue fundatur in virtute hūi
litatis. eodem attestāte qui ait. Sup̄ quez
requiescet spiritus meus: nisi super humi
lem ⁊ quietum. Quā humilitatez secutus
est Matheus adeo sollite. q̄ cum alij euan
geliste propter verecūdiā ⁊ euāgeliste ho
norem in euāgelijs suis euz vulgato nomi
ne ponere noluerunt: sed eum leui vocaue
runt. ipse se Matheū vocat manifeste. vo
cat ⁊ publicanū. non erubescens peccator
reputari. Quappter a deo tantā gratiaz
p̄meruit q̄ euāgelista pariter ⁊ apostolus
eligeretur. Post hoc secutus est euz in ihe
richo q̄ vno modo odor interp̄tat̄. Quez
nimirū odorem in canticis affectabat spō
sa dicēs. Trahe me post te: currem⁹ in odo
rem vngentoz tuoz. Qui odor signat cō
templationē diuinoz. Ad quā assequēdaz
primo petit trahi. sciens qz primo vim pa
titur mens hūana visibilibus assueta deli
cijs anteq̄ ad spirituales delicias p̄ueha
tur. ⁊ ad celestia per cōtemplatiōem sapo
rosam transferat̄. qua cōtemplatiōe degu
stata fastidit omne qd̄ prius dulcius oble
ctabat. Et hec quidez cōtemplatio potis
sime comp̄atur odori vngentoz. quoniaz
inter omnia delectabilia sensuū sola odo
ris flagrantia hominē reficit: corpus non
aggrauās. fastidiū non inducens: sz appe
titum p̄uocans. Hinc ergo diuine cōtem
platiōi postmodū dulciter inhesit quo ter
rena derelicta vilescerent. et celestia semp̄
ad profectū virtutum incitarent. Tandez
v̄o secutus est eum ad iordanez. per quem
signatur desideriū martyrij. Nam pallluz
Helye signat corpus hoc mortale quo ve
stitur anima. Hoc ergo percutit̄ aqua ior
danis cum passionib⁹ et tormentis subdi
tur. Quib⁹ in morte diuisis ⁊ iordane mor
talitatis trāsito statim adest currus igne
us. i. angelicuz ministeriū: quo victrix ani
ma representat̄ domino feliciter coronan
da. Vnde beatus Mathe⁹ non soluz pro
fide: sed ⁊ pro castitate. nec tantū sua sed
etiam alterius cōseruanda martyrij glori
am adeptus est. Et tunc veraciter audire
merebat̄. postula a me qd̄ vis ⁊ faciam ti
bi. Nam ea que tunc receptura est aīa bea
tificanda excedūt omnez sensum. omne de
siderium. omnē capacitatē. vt vere dicere
possz. Non sunt cōdigne passiones huius
temporis ad futurā gloriam que reuelabi
tur in nobis. Q.d nobis ꝯcedat ⁊c.

In festo sancti Michaelis arch angeli.

Angelis suis man
dauit de te vt custodiāt te in oī
bus vijs tuis. Psalmo. xc. Dicit
Bern̄. in sermone hui⁹ festi. Angeloz me
moria hodie celebrat̄ et debitum exigitis
pro tanta solēnitate sermonez. Sed quid
de angelicis spiritibus viles loquētur ver
miculi? Credimus sane diuina eos presen
tia ⁊ visione beatos sine fine letari in bo
nis domini que nec oculus vidit. nec auris
audiuit. nec in cor hoīs ascenderūt. Quid
ergo d̄ his homo loquet̄ hominib⁹ que nec
oculus vidit. nec auris audiuit. nec ip̄e co
gitare. nec illi saltē audire sufficiūt? Et in
fra. Si tamē supra nos est ip̄is īmo in deo
suo nostris sup̄eminēt cordibus. de ea ta
men loq̄mur quam nobis exhibent gratia
⁊ charitate. Nō solū enim ī ip̄is dignitas
admirabilis. sed ⁊ dignatio amabilis īue
nitur. Dignuz est ergo vt gloriā non capi
entes. tanto magis misericordiaz ample
ctamur qua cōstat abundare domesticos
dei ⁊c. Testat̄ hoc ille qui raptus ad terci
am iherarchiā eoz meruit interesse secre
tis. Et dicit q̄ omnes sunt administratorij
spiritus: missi in ministeriū propter eos q̄
capiunt hereditatē salutis. Nec mirū cuz
⁊ ip̄e domin⁹ angeloruz sua dignatiōe vili
cinctorio p̄cinctus venit ad nos. non mi

nistrari: sed ministrare in labore ⁊ sollicitudine. in fame ⁊ siti. in frigore ⁊ nnditate. tandēq; dare dignatus est animā suam pro multis redimēdis in mortem ⁊ passionem acerbissimā: vt merito nulli angelorū ministeriū illud vilescat qđ sua dignatiōe exequi dignat⁹ est. etiam ille cui milia milium ministrare legūtur ⁊ decies cētena milia assistere. p̄sertim cū ⁊ angelis suis mādauit. Quis? deus. De quo? de te o homo Quid? vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. Super quo verbo dic̄ Bernard̄. O q̄ntam tibi debet hoc verbuz inferre reuerentiam. afferre deuotionē. conferre fiduciā. pro p̄sentia reuerentiam. pro beniuolētia deuotionē. pro custodia fiduciam. in quouis diuersorio. in quouis angulo: reuerentiaz exhibe angelo tuo. ne audeas illo presente qđ me vidēte nō auderes. assunt enī tibi vt p̄sint. Angelis ergo suis ⁊c̄. In quibus verbis tria per ordinē sunt cōsideranda. Primo qui sunt qui mittunt̄: quia angeli. Secūdo ad quos: quia ad homīes. Tercio ad quid: quia vt custodiant. Primo nāq; sunt angeli qui mittūtur. Unde dicit Grego. in omel̄. quadaz. ꝙ angelorū vocabulū est nomen officij nō nature. Nā sancti illi spirit⁹ celestis patrie semp̄ sunt spiritus: sed semper vocari angeli nequaq̄ possunt. Tunc solum sunt angeli cū per eos aliqua nunciātur. Unde Psal̄. Qui facit angelos suos spiritus. Hi ergo q̄ minima nunciāt angeli. qui v̄o summa nunciant archangeli vocātur. Hic ergo queri potest vtrum omnes angeli mittūtur in ministeriū nostrum: sicut sonare videntur verba apostoli dicentis. Omnes enim administratorij spiritus sunt missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiūt salutis. Ad qđ respondet Bonauētura super. iij. distī. j. dicens ꝙ duplex est missio. Prima dicitur exterior: que scilicet est ad nos. ⁊ sic non cōpetit omnib⁹ angelis hec missio: sed tm̄ inferiori iherarchie. Quia dicit Dyonisi⁹. ꝙ agmina illa sūma q̄ p̄mient vsuz exteriorī officij nunq̄ hn̄t. Secunda v̄o missio dicit̄ interior: que scilicet est ad inferiores angelos: sed propter nos. et sic mitti cōpetit om̄ibus. quia superiores mittuntur ad medios. ⁊ medij ad infimos dum reuelando purgāt ⁊ illumināt ea que nobis expediūt. Et ideo notāter dicit apostolus ꝙ missi sunt propter eos: sed nō ad eos. Unde ⁊ angelus missus ad Ysaiaz p̄phetam vt habetur eiusdem. vj. non dicitur fuisse vnus de seraphin p̄pter hoc ꝙ esset de summo choro: sz quia mittebatur vt purgaret ⁊ incēderet calculo ignito labia eius. Et hanc quidem missionē gratanter adimplēt tum p̄pter diuini mandati debitā executōem. tum propter ruine sue desideratam restauratiōem. tum propter premij saltez accidentalis augmētatiōez quā pro exhibitiōe sui ministerij consequūtur. Porro licet angeli superiores ad nos ministrandos non emittātur. quia tamen inferiores angeli per eos in suis ministerijs regulant̄. ideo meritum eorū respectu premij accidentalis cōmune erit. Ad cuius euidentiaz queri potest vtruz ex beatificatione hominis custoditi gaudiuz accrescere potest angelicis spiritibus. sicut sonare vidētur illa verba domīca Luc̄. xv. Gaudiuz est angelis in celo super vno peccatore penitentiā agente. Quātomagis eo celeste regnuz intrante. Ad qđ respōdet Bonauentura super. iij. dis. xj. ꝙ gaudium in celo crescere angelicis spiritibus potest intelligi dupliciter. Primo extensiue. scilicz quāto quis de pluribus gaudet. et sic doctores cōmuniter sentiunt ꝙ eis semp̄ accrescit gaudiuz quāto plures homines saluantur. Secundo v̄o intelligit̄ intensiue. hoc dupliciter. Primo quātum ad premium essentiale qđ est gaudiū de bono increato qđ habet angelus de deo ⁊ in deo. In quo gaudio quia perfecte beati sunt: nihil eis accrescere potest. Et ideo vt dicit doctor sanctus super. ij. dist. xxix. ꝙ angelis data est gratia ad determinatū gradū s̄m determinatū ordinem p̄merendum. supra quem ordinez quibuscūq; fulgeant operibus vel hūanis seruitijs sublimari nequaq̄ possunt. nec per illam gratiam aliquod essentiale premiuz adaugere. Secundo q̄ntum ad premiū accidentale qđ est gaudiū

de bono creato: siue proprio siue alieno. et hoc gaudium in eis accrescere potest etiaz intensiue: tam ratiõe boni proprij q̃ ratione boni cõiuncti. quia ministrãdo alijs bona faciunt in quibus premiuz accidentale ꝓmerentur. ⁊ etiam cõciues suos ad beatitudinem perducũt super quibus absq̃ dubio gaudent ⁊ cõgratulãtur. ¶ Secundo querit ibidem Bonauẽtura vtruz ex damnatõe hominis custoditi incurrit angelus detrimentum: ꝑsertim cum gaudere debuisset de eo saluato quo gaudio iam frustratur. Ad qd̃ respondens declinat ad hanc opinionem q̃ angeli ex hoc nec incurrunt gemitũ nec glorie detrimentũ. Primũ nõ patiunt̃ propter plenitudinẽ gaudq quod adeo perfectuz est vt nullo modo suclipiat ad mixtionẽ contrarij. Et quia angel⁹ beatus est susceptibilis gaudij: ideo nõ tristicie ideo gaudere potest de salute licet non tristetur de damnatiõe. Non etiam patiuntur detrimentũ glorie. nec respectu salutis iam habite. nec etiam habende. quia quãtũcũq̃ ille dãnet̃ qui custodiẽ: nihilominꝰ tamẽ angel⁹ suũ ꝓmiũ saluũ habet tam q̃ntum ad gaudiuz qd̃ habet in deo: q̃ q̃tum ad gaudiuz qd̃ habet in seipo siue de bono proprio. quia gaudet de bõis opibus que circa illum fecit quem custodiuit. Et etiaz ad gaudium qd̃ habet in alio. quia cũ vnꝰ cadit alter coronam suam accipit. Dem. q̃ nec tales custodiuit inuite. quia q̃nis sciant se frustra laborare ad perficiendũ eos ad salutem: tamẽ sciunt se fructuose laborare ĩ hoc qd̃ retrahũt eos ne incurrãt maiorem damnatiõem. ¶ Secundo ꝯo notatur ad quos mittũtur: scilicet ad homĩes. quia angelis suis mandauit de te. Vñ dicit Hiero. super illud Matth. Angeli eoꝝ in celis. Magna est dignitas animarũ vt vnaquaq̃ habeat ab ortu natiuitatis ĩ custodia sui angeluz delegatuz. Et Origen. dicit super libz̃ Nume. omel. lxvj. Videst etiam vnicuiq̃ nostruz etiam minimis qui sunt in ecclesia dei angelus bonus. angel⁹ domini qui regat. qui moneat. qui gubernet. qui pro actiombus expoſcẽdis quotidie videt faciem patris qui in celis est. Et notanter dicit Hiero. ab ortu natiuitatis quia vt tangit doctor sanctus in ꝑma ꝑte summe. Puer q̃diu est in vtero matris nõ est totaliter a matre separatus: sed ꝑ quãdam colligatiõem est quodãmodo aliquid eius: sicut fructus pendens in arbore est aliquid arboris. Et hic probabile est q̃ diu proles est in vtero ab angelo matri deputato custodit̃. Vnde ad maiorez euidẽtiaz prosequit̃: dicens q̃ angeli singuli singulis hominib⁹ in custodiam deputantur. Cuius est ratio. quia angeloꝝ custodia est quedã executio diuine ꝓuidentie circa homines: cuius maxima cura est circa creaturas illas que perpetuo manent. Nec mirum cum ⁊ circa ea que transeunt ꝓuidentia dei est. in q̃tũ scilicz ea ordinat ad res perpetuas scz homines. Qd̃ etiam innuit domin⁹ in euangelio: dicens. Nonne quinq̃ passeres veneunt dipondio ⁊ vnus ex illis non est in oblitione coram deo: sed ⁊ capilli capitis vr̃i omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis. Talis ergo custodia singulorũ pertinet ad ordinez angeloꝝ. quoꝝ fm Grego. est minima nũciare. videtur enim minima eos ꝓcurare cum ꝓcurant ea que pertinẽt tantuz ad salutẽ vnius homĩs. Exquo colligitur q̃ ĩnumerabilis est fere numer⁹ angelorum qui ex verbis ꝓdictis numeꝝ omnium hominũ mortalium excedere videanẽ. ¶ Porro ad maiorem euidentiã dicit doctor sanctus super. iij. dis. iij. q̃ infima ierarchia habet officium homĩes dirigendi fm quãdam limitatiõem: scilicz vel vnius ꝓuincie: sicut ordo ꝓncipatuũ. de quo ordine supremꝰ esse creditur sanct⁹ Michael. qui prius ꝑfuit synagoge. sicut liquido paret Daniel. iij. ⁊ nunc ecclesie christiane ꝑsens dicꝰ specialiter sanctificat̃. quia frequẽtius circa salutez ⁊ profectũ christianitatis occupari dinoscit. Vel habent officiuz dirigendi actus vnius homĩs: qui tamẽ actꝰ redundat in totã multitudinẽ. ⁊ hoc ꝓprie ꝑtinet ad archangelos qui medij sunt inter ꝓncipatus et angelos. de quo ordine summꝰ erat Gabriel archangel⁹. Nam q̃

cõsensus beate virginis qui per annũciationẽ requirebat̃ erat actus ꝑsone singularis vt in multitudinis salutem redũdãs imo totius generis hũani. ideo angel⁹ annunciãs de ordine archangeloꝝ esse debuit ⁊ inter eos summus. Vel etiam habent officiũ dirigendi tantũ vnũ hominẽ: ⁊ hoc tantũ ad salutẽ suam. et sic sunt de ordine angeloꝝ quoꝝ est minima nunciare. Porro cum ꝟm Dyonisiũ in quolibet ordine angelorũ sunt supremi: medij: ⁊ infimi. Hinc ꝓbabile est ꝙ angeli maiores ad eoruz custodiaz deputãtur qui sunt ad altiorẽ glorie ⁊ gratie gradũ assumendi ⁊ a deo ꝑdestinati. Siccine de⁹ tuus angelis suis mãdauit de te o homo. vide ergo ne ĩgrat⁹ videaris. Tercio deniq̃ notatur ad quid mittunt̃. quia ad custodiam nostraz. vt inquit custodiant te in omnibus vijs tuis. ⁊ dormientem et vigilantem: peccantem ⁊ penitentem: aut quicquid boni vel perpere actitantem a rugientibus ꝑparatis ad escam. Et hec custodia primo ⁊ principaliter intelligit̃ q̃tum ad animaz quaz proposse dirigunt. instruũt. ⁊ incitant ad salutem. ⁊ virtuosis operatõibus. locutiõib⁹. affectõibus. cogitatõibus. penitẽtiarũ exercitijs. misericordiaꝝ operibus. ⁊ similibus. Ad cui⁹ euidentiã primo queri potest vtruz angeli cogitatiões hoĩm agnoscere valeant. ꝑsertim cum erunt etiam futuri testes in iudicio contra nos si monita eorum cõtempsim⁹. ⁊ dicent iudici ꝓpheti cum illud. Curauimus babilonẽ. i. fecim⁹ quod in nobis fuit: ⁊ nõ est curata. Ad qđ respõdet doctor sanctus in summa sua de theologica veritate. q. viij. ꝙ ãgeli nõ possunt cognoscere directe cogitatões hominum: nisi in verbo eis reuelent̃ ⁊ multominus eas demões cognoscere possunt. per accidẽs tamẽ eas aliquãdo valent cognoscere. Et hoc dupliciter. Primo inq̃tum ex cogitatiõe actuali resultat aliquis motus in corpore: dum scilicet afficitur gaudio vel tristicia ex his que cogitat. Et sic cor quodãmodo mouet̃. ꝑ quẽ moduz etiam medici possunt quãdoq̃ passionem aliquã cognoscere. Secundo inq̃tum ex actu ali cogitatiõe quis meretur vel demeretur ⁊ sic mutatur quodãmodo status agentis vel cogitantis in bonũ vel in maluz. ⁊ hãc dispositiõem ⁊ mutationem angeli cognoscunt. sed tamen ex hoc non cognoscit̃ cogitatio nisi ĩ generali. quia ex diuersis malis cogitatõibus eodem modo quis meretur vel demeret̃: gaudet vel tristat̃. Iterum queri potest vtruz angelici spirit⁹ etiam mittũtur ad humanũ intellectũ illuminandum. ꝑsertim cum dicit Dyonisius libro de ãgelica iherarchia. ꝙ actus iherarchiarũ sunt illuminare. purgare. ⁊ perficere. modo illumĩatio respicit ĩtellectũ. purgatio ꝟo affectuz. quia purgatio respicit affectum q̃tum ad cõcupiscentie vitium. Et sic videtur ꝙ ecõtrario mittitur angelus ad inflammãduz affectum per amorez sanctuz ⁊ mundũ quo purgatur anima. Et hec duo hominẽ in bono perficiũt. Ad qđ inter alia respõdet Bonauẽtura super secundũ dis. x. ꝙ superiorez portiõem rationis illuminare solius dei est proprium. sicut in plurib⁹ locis ostendit Augusti. Unde Johan. j. Erat lux vera que illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc munduz. Que quidez non est lux creature: sed diuine sapiẽtie ⁊ veritatis eterne. Cui⁹ potissimũ signũ est ꝙ intellectus noster in aspectu summi dei natus est beatificari. nec aliquo mõ potest esse ꝯtẽt⁹ donec ad illi⁹ clarũ intuitũ ꝑducat̃. Quẽ ꝟm Grego. semel vidisse est oĩa didicisse. Sz inferiorẽ portionẽ rõnis angelici spũs illumĩare pñt per reuelatões ⁊ ĩteri⁹ suggerere. sicut doctor aliq̃s cũ exteri⁹ loquit̃ excitat intellectũ ⁊ viã parat ad ĩtelligendũ. Sic etiã angel⁹ suo mõ facere põt ĩteri⁹. Et sic illumĩat nõ quidẽ lumẽ infundẽdo: sz mentẽ viuaciter ĩcitãdo ⁊ ꝑparãdo. Silr ⁊ affect⁹ hũan⁹ a solo deo inflãmat̃ sic̃ a ꝑncipali agente. qꝛ dicit Augusti. animã ĩmediate a deo ꝯpleri moueri ⁊ beatificari. Ab ãgelica ꝟo creatura ad inflammatiõem excitatur ⁊ ꝑparat̃ tanq̃ ab adiuuãte ⁊ ꝓmouẽte. Vñ dicit Dyonis. de celesti iherarchia. ca. ix. ꝙ multi gẽtiliũ ꝑ angelos sunt reducti ĩ deũ. Et hoc ꝑsertim in lege veteri qui licet legez

non seruabāt iudaicam. per fidem tamē ⁊ per bona opera saluabātur vt Job ⁊ simi les. Secundo ꝟo mittuntur vt custodiāt hominez etiam quātum ad corpus: preca uendo demonū insidias ⁊ multa pericula. vt ostēsum est Thobie. vbi angelus domi ni filiuz suum duxit ⁊ a periculo liberauit.

iurias nostre mortalitatis assumendas in
vterum virginis se inclinauit. et tm̄ post-

modum humiliauit vt diceret. Ego sum vermis et nõ homo. obprobriũ hominũ ⁊ abiectio plebis. vt humilitas diuina ad hominẽ inclinata humane sup̃bie per diuinam similitudinẽ effectualiter correspon deret. Secundo cõtra inuidiam apposuit charitatẽ qua maior esse nõ potuit. quia vsq̃ ad mortem turpissimã ⁊ acerbissimã p̃ferendam illum attraxit. Duas vero posteriores rotas currus huius coaptauit ⁊ perfecit virgine mediante, a qua naturaꝫ assumpsit humanã scꝫ virginalẽ castitatẽ cõtra voluptatẽ. quã tam excellenter cõmendauit et seip̃o honorauit in virgĩe singulari et precipua primiceria castitatis. Et sanctã paupertatẽ cõtra cupiditatem quaꝫ etiam in hac virgine florere p̃uidit. Et has quidem velut in seruitio suo gratiores omnibus (presertĩ in religione degentibus) imitandas p̃posuit. Nam humilitatẽ eis indixit cum ait. Discite a me quia mitis sum q̃tum ad exteriorẽ humilitatis effectum. et humilis corde q̃tũ ad interiorem cordis affectum. Charitatem vero vbi ait. Hoc est preceptũ meuꝫ vt diligatis inuicem ⁊c̃. Et iterum. Mandatũ nouum do vobis. Et iteruꝫ. In hoc sciẽt homines q̃ discipuli mei estis si charitatem habebitis ad inuicem. Castitatem p̃inde. cum matrem virginem elegit a qua nasci tractari et educari voluit. Ac Johannẽ euangelistã nubere volentẽ ad virginitatem vocauit ac dilectõne ampliori specialis p̃rogatiua castitatis dignum iudicauit. Paupertatẽ deniq̃ cum summã perfectõnis in illa cõstituit dicẽs. Si vis p̃fectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me. Felix ille qui veraciter hunc currũ ascendit vt cum Helya de hac vita in paradisum voluptatis transferri mereat̃. Quod nobis cõcedat Jesus ⁊c̃.

De appetitu diaboli ad temptandum et eorũ diuersitate qui temptandi. vtrũ ne in cogitatõne delectatione ⁊ sensuali motione sit peccatum. Ser. ij.

Diabolus tanquã leo circuit querẽs quẽ deuoret cui resistite fortes in fide. p̃me Pe. v. Alexander de halis in ij. dis. xxv. querit. Vtrum diabolus in statu quo nũc est demereri potest p̃sertim cũ vt dicit Dam̃. Quod hominib⁹ est mors angelis est casus. sed post mortem nõ cadit in hominibus meritũ vel demeritum. ergo nec in angelis post lapsum. Ad quod respondet inter alia. q̃ sicut angeli boni mereri possunt et nõ demereri vtpote per gratiã cõfirmati. sic ecõtra demereri p̃nt diaboli sed non mereri vtpote in malicia obstinati. Homo vero q̃diu mortalis est cõsistit in medio. quia mereri et demereri potest et post mortem nec mereri vero nec demereri. Ad horum autẽ euidentiam sciendu ꝙ duplex est meritũ. vnum quo quis meretur premium essentiale in diuina visione quod dicitur aurea. Aliud quo meretur premium accidentale quod dicit̃ aureola. Spiritus igit̃ angelici ante lapsum malorum et cõfirmationẽ bonorũ habuerunt tempus merendi premium essentiale id est diuine visionis et illius ꝯtinuationis. ita q̃ post illud tempus nõ merent̃ illud premium q̃tum ad aliquã augumentationem. Sed de premio accidentali remansit angelis bonis tempus merendi vsq̃ ad iudicium. Quantũ enim durabit meritum in hominibus durabit et in angelis quod ip̃i cõsequunt̃ per custodiam hoĩs. In malis autem angelis ex ordinatõne diuina durabit ecõtra tempus demerẽdi quia sicut in eorum casu demeruerũt carẽtiam visionis diuine. sic post casum vsq̃ ad iudicium demerentur in suggestione facta hominibus penam sensus. Et ratione istius habebunt penam in iudicio interminatam Quia sicut hic accessit demeritum sic ibi maior erit pena. Post iudiciũ vero nõ erit in ip̃is tempus demerendi. qꝛ non erit facultas temptandi sed penã s̃m demerita accipiendi. Q⁹ si queritur quare mala voluntas reputatur in demonibus in demeritum cum sint damnati et nõ re-

putatur in hoīb⁹ damnatis ad demeritū
Respōdit Alex. ibidē q ideo. qr damna
tis hominibus omnino transit temp⁹ me
rendi et demerendi. demonibus vero, nō
transit tempus demerendi. Nimirū quia
adhuc retinuerūt facultatē nocendi. Et li
cet diabolus agnoscit illud demeritum et
penā, nihilominus tamē leo rugiens cir
cuit quē devoret ꝛc. Utruz appetitus
diaboli ad temptandū hominē semp cre
scit. pfertim quia semp eius peccatū cre
scit. Quātomagis igit̄ crescit malicia tā
to deterior ē volūtas nocēdi humano ge
neri. Et q̄to deterior est volūtas tāto ma
ior est appetitus nocēdi et p se cōsequens
semp eius appetitus videt crescere. Ad
quod respōdet ibidē Alex. Q. q̄tomagis
diabolus appropinquare videt finē mun
di. tanto magis crescit eius appetitus fm
illud Abacuc. ij. Dilatauit quasi infern⁹
animā suam et ipe quasi mors et nō adim
pletur. Nec quidem timor pene quam cō
picit sibi imminere, p peccatis et maiorē
p plurib⁹ eum retrahit a peccato vt di
cit Gregori⁹. quia peccat ex p̄sumptione
et ambitione. Et ideo q̄to magis appro
pinquat iudicij tempus in quo auferetur
potestas eius tanto magis exercet tyran
nidem suā. Quia ex hoc credit plures sub
esse sue in futuro potestati sed spes ei⁹ fru
strabitur. Veruntamē licet semp crescit
eius appetitus ad temptandū nō semp tñ
temptat. nec etiam temptat fm appetitū.
quia dicit Gregori⁹. q licet hostis noster
afflictiōz iustoz apperat nisi ab autore no
stro potestatē acceperit ad temptatōnis
articulū id est finis nullo modo qualescit
Sed vt dicit Paulus. Fidelis deus q̄ nō
patietur vos temptari sup id quod pote
stis. sed faciet cum temptatōne p̄ventum
vt possitis sustinere. si tamē feceritis qō
in vobis est. Unde hec est vna pena post
casum inflicta sibi vt ibidē dicit dis. xxiij
sez diminutio sue potestatis q nō potest
tantū temptare quāta est eius voluntas.
Unde Aug⁹ de ciui. dei. Alligatio diabo
li est nō permitti exercere tantā potesta
tez quantā potest vel vi vel dolo ad sedu
cendos homines ad partē suam cogendo
violenter vel fallendo fraudulenter. In
incarnatōne christi adhuc magis diminu
ta est. Quia ex parte ipius gratie dei que
ex tunc habundantioz fuit magis est liga
ta potestas eius per aduentū christi. Un
Apocal. ij. Vidi alterū angelū descende
tem de celo habentē clauem abyssi et ca
thenam magnā in manu sua. Et apprehē
dit draconem serpentē antiquū q est dia
bolus z satbanas z ligauit eum p annos
mille et misit eum in abyssum et lignauit
sup eum vt nō ampli⁹ decipiat donec mil
le anni cōsummantur Et ideo ostēdit chri
stus Matb. xij. dicens. Quō quis potest
intrare in domū fortis nisi prius alligaue
rit fortē et tunc domū eius arripiet? De
nicz licet semp desiderat ruinam hominis
nō tamen semp temptat hunc vel illum.
Cessant enī aliquando temptare quos.
quia nō est eis cōcessa potestas a deo. Cū
quia timent aliquādo supari q est illi ma
ximum tormentū p̄pter inueteratā super
biam. Vt etiam securiores eos reddant
a temptatōne aliquādo desistunt. Respe
ctu etiā maloz quādoqz cessant ne nimis
fatigati temptationibus ad penitentiam
peccatoz p̄uocent. Deinde queri pōt
vtrum temptatio diaboli grauior sit re
spectu deficientiū. incipientiū. pficientiū
vel pfectoz̄ p̄sertim cum dicat Greg⁹.
q crescentibus virtutib⁹ magis seuit dia
bolus. Et glosa sup illud Job. Qui pa
rati sunt suscitare liuiathan dicit. Illis
quos secure possidet dormit diabol⁹. bis
vero qui cōtra se suscitant leuiathan vigi
lat ad omnem pugnā. Ad hoc respondit
ibidem magister Alex. de balis dist. xxv.
Q. temptatio diaboli feruentior est re
spectu pficientiū et pfectoz̄. sed potēti
or respectu imperfectoz̄um. Cuius rō est
fm Aug⁹. quia perfecti magis temptati
resistunt et cōtra resistētes diabolus de
bilis efficitur vt formica. qui cōtra sentiē
tes efficitur vt leo. Quia per hoc ad tem
ptandum audacioz efficitur et effectū fa
cilius cōsequitur. eo q maiorē ibi tempta
tionis aditum inuenit. Unde super illud

Jacobi p̄mo. Vnusquisq; temptat̄ a ꝓ-
pria cōcupiscentia dicit glosa. Q⁊ cuz su
per fundamentum lignū stipulam et fenū
edificamus. tunc diabolus supponit incen
dium. Edificemus igitur aurū et argentū
et lapides preciosos. et temptare nō au-
det. Nec tamē a temptatione sic edifican
tium omnino desistet. illos tamē sic tem-
ptare nō audet sicut imꝑfectos eo ꝙ sibi
nō inuenit materiā sic aptatā. ne tñ om-
nimode desistit. quia amplius feruet con-
tra ip̄os sed latentius ꝑsequitur vt falla-
cius decipat. ¶ Ad maiorem autē euiden
tiam sciendum ꝙ diuersi sunt status eoꝝ
qui temptant̄. Primus est illorum qui a-
ctibus mundanis et affectibus implicant̄
Et illorū quidem multiplicior est tempta
tio. quia multiplex est illis materia tem-
ptationū. Vnde sup̄ illd̄ Job. xlj. Quis
reuelauit faciē indumenti eius dicit Gre-
gori⁹ Q⁊ aliter leuiathan religiosos tem
ptat. et aliter huic mundo deditos. Nam
prauis mala que deserant aꝑte obijcit bo
nis vero latēter insidiatur sub specie san
ctitatis. Et quia plura sunt genera malo
rum que mali desiderāt. q̄ illa que bonis
illudere possit. ideo multiplicior est eoruz
temptatio. Super hoc etiā vt dicit Ja-
cobus. Vnusquisq; (presertiz mundan⁹)
a ꝓpria temptatur cōcupiscentia abstra-
ctus scz a bono. et illectus scz ad malum.
Vnde in vitaspatrū quidam frater requi
siuit a sene quodam dicens. Cur abba a
demonibus temptamur et impugnamur?
quoniam arma nostra respondit ip̄e ꝓieci
mus scz patientiam humilitatem obedi-
entiam et penuriā. Et alter requisitus si-
militer respondit. Demones nobiscū non
pugnant. quia voluntates eoruz facimus
sed nostre nobis volūtates demones sunt
facte et tribulant nos. ¶ Secundus sta-
tus est illorum qui proponunt confuge-
re ad penitentiam vel ad religionem. Et
in illo statu multe temptatōnes et diuer-
sa offendicula protinus occurrunt volen-
tibus agere que dei sunt vt dicit glosa su-
per illud Exodi. xiiij. Reuersi castrame-
tentur. Nam pharao quando volebant
exire filij israel quāta posuit offendicula?
Et iam derelictus in ip̄o egressu q̄ seuas
suscitauit persecutiones. Sic diabolus
proposito emendationis derelictus sur-
git in scandala et ne omnino derelinqua-
tur retrahere nititur. ¶ Tercius status
est illorum qui iam sumpserunt religionez
aliquam in quo statu ex diuina misericor-
dia temptationes quandoq; mitigantur
apud infirmas mentes. et datur quedam
suauitas siue mentis iocunditas post la-
queorum euasionem. sicut filij israel post
submersionem pharaonis et eius exercit⁹
cōsolati sunt et aliquādiu ab omni impu-
gnatione quieuerunt. ¶ Vnde Gregori⁹
Q⁊ de egipto exeuntibus e vicino bella
subtrahantur. quia derelinquentibus se-
culum quedam tranquillitas prius osten
ditur ne ip̄a teneritudine et inchoatione
turbati ad hoc quod deliquerunt redeāt.
¶ Quartus proinde status est illorū qui
in profectu religionis aut vite cōsistunt.
et in illo statu ꝑm vnam cōsiderationem
temptatōnes sunt graciores q̄ in seculo.
scz quantū ad eorum agnitionem ⁊ discre
tionem. Nam quāto quis proficit tanto
subtilioribus insidijs et plerunq; apparē-
tibus bonis impugnatur. ¶ Scd̄m aliaz
vero cōsiderationem sunt eorum tempta
tiones leuiores. Quia licet vt dicit Gre-
gorius talis ne ꝯuersus securitatis negli
gentia. dissoluatur impulsu temptatōnis
afficitur. Et sepe tam diutina sunt tem-
ptationum certamina q̄ longa fuerunt in
choantium blandimenta. Tamē ille tem-
ptationes sunt ad resistendum faciliores
q̄ in seculo vel in homine mundano eo ꝙ
non sunt talibus tot differentie temptatō
nū nec ab intus est tā aptata materia tē-
ptationū ꝓpter suā mortificationez sicut
mundanis saltem per affectum inherenti
bus. ¶ Quintus deinde status est illoruz
qui iam ad perfectionem attingunt. quo-
rum temptatiōes sunt subtilissime et etiā

aliquando grauissime ex diuina dispen-
satione. sed alleuiantur propter robor su-
stinentium. quia tales diuina cōsolatōne
roborentur. Unde Gregorius dicit. Q.
in inchoatione inueniunt blandimēta dul
cedinis. In medio certamina temptatō-
nis. ad extremum perfectionē plenitudi-
nis. Ut cōmuniter tamen tales non tem-
ptantur vel leuissime licet subtilissime. ni-
si forte temptator potestatem accipiat di
uina dispensatōne. Unde in vitispatrum
dixit quidam senex. ꝙ sicut ad ollam suc-
censam musce nō appropinquāt. si vero te
pida fuerit incidunt in eam et faciunt ver
mes. sic et monachum succensum igne di-
uini amoris fugiunt demones. tepidum
vero illudunt et insequuntur. His igitur
premissis videndum est de progressu tem
ptatōnis in nobis. Ad cuius euidenti-
am primo queri potest vtrum primus mo
tus sit peccatum presertim cum super il-
lud ad Ro. vij. Non ego operor illud sed
quod habitat in me peccatum dicit glosa
quod apostol⁹ nolebat et tamen faciebat.
ꝯcupiscentia est que est in primo motu qđ
est veniale peccatum. Ad hoc respondit
Alexander in. ij. distinctōe. ij. Inter alia
ꝙ primus motus sic diffinitur. Est mot⁹
sensualitatis ſm impulsum fomitis impe-
tuose tendens ad fruitionem creature de-
lectabilis. Sensualitas igitur subiectum
est in quo est primus motus vel igitur sen
sualitas mouetur ſm regimen rationis ad
sustentationem nature et talis motus nō
est inordinatus nec vituperabilis. Vel
mouetur ſm impulsum fomitis. et iste est
primus motus de quo hic loquimur. Di-
cunt igitur quidam ꝙ omnis primus mo-
tus est peccatum. sed non dicitur primus
motus quousq; voluntatem et rationem
aliqualiter attingat. Nam sensualitas in
homine per originale peccatum corrupta
est et inordinata delectatio siue libidino-
sa que ex ea ꝓcedit inquantū corrupta di-
citur primus motus. et est peccatuz. quia
debebat esse subiecta rationi et mouetur
indebito modo preter rationē et attingi-
tur aliquo modo a rōne nō faciente sed ꝑ
mittente vel radicem eius nō cōprimente
sic et primus motus habet esse peccacū tā
rōne originis. qꝛ ex corrupta radice fomi
tis ꝓgredit. q̄ ex rōne ordinatōnis ad fi-
nem. sed est peccatū minimū nisi ꝑ moraz
et delectationē aggrauet. Q. si queritur
vtrū adeo ꝓ illis motibus infligat aliqua
pena p̄sertim cuz dicit Iero. sup. Ezechie
lem. ꝙ deus primos ⁊ secundos stimulos
cogitationū quos greci ꝓpateos vocant.
et sine q̄bus nullus hoīm esse p̄t nō punit.
Respōdit idem doc. ibidē ꝙ p̄mus mot⁹
est peccatum et punit tꝑaliter. nō eterna-
liter q̄tuz est de se. et ideo dicit Iero. ꝙ
deus nō pūnit. Unde et primi motus in
se sunt pene. ſm quod dicit Aug⁹ ꝙ omnis
motus inordinatus est sibi pena. Scđo
vero queri potest vtrū in cogitatōnibus
sit peccatū p̄sertim cum dicit Isid. ꝙ nō
est arbitrij nostri cogitatōnis praue sug-
gestionib⁹ p̄uenire. Iacere aūt in aliquo
cogitationē nostre attinet volūtati illud
ad culpā nō redigitur. istud culpe ꝓprie
imputat. Ex quibus verbis videt ꝙ sola
cogitatio nō imputatur ad peccatū. Ad
hoc respōdit Alex. de halis vbi supra. di.
xxx. ꝙ quedā est cogitatio speculatiua et
hec nō est peccatū sed occasio peccati.
Quedam aūt est practica que scz ꝓcedit
vsq; ad delectationē vel ad cōsensum. et
illa cogitatio peccatum est. Cum enī cogi
tatio praua pulsat animū. si mens reniti-
tur nō est peccatū. Si vero ꝑ desiderium
ducitur est peccatū ꝓpter ip̄az delectatō
nem adiunctā. Et sic dicit cogitatio ia-
cere in anima. Et siquidē cogitatio est de
veīali ꝓcedēs ad delectationē vel ꝯsensuz
est veniale. Si vero de mortali ꝓcedēs ad
cōsensum opis vel delectatōis ē mortale
nō ꝓpter cogitationē principaliter sed ꝓ-
pter cōsensum Tercio q̄ri p̄t. vtrū pec-
catur in sensibus ex quibus ꝓcedūt cogi-
tationes intellectus ſm illud Math. v.
Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscendū ⁊c.

Ad quod respōdet idē doctor vbi supra dis. xxx. q. sensus aliquādo p̄cedit desiderium aliquādo sequit. Unde Gregorius dicit Sepe temptatio p̄ oculos trahitur, et nonnūq̄ cōcepta intrinsec⁹. cōpellit sibi extrinsecus oculos deseruire. Cum igit̄ sensus p̄cedunt desideria sunt occasiones peccator. sed nō peccatur in ipis. Si vero cōsequunt̄ tunc in ipis est peccatū. et ideo dicit Job. xxxj. Si secutus oculus meus cor meū et in manibus meis adhesit macula seruā. et alius comedat. Aliquādo etiā est desideriū illicitū cū sensu. et tunc peccat in vtroq̄ Et sic in autoritate illa. q̄ viderit mulierem intelligit̄ desideriū cū visu quo scz infigit oculū. et vocat p̄cupiscentiā interiorē. Unde dicit Crisō. q̄ qui studet videre pulchros visus maxīe caminū passionis accendit. et animā captiuā facit. et velociter ad actū venit. In his patz q̄ nō p̄hibet visus simpliciter. sed studium defigēdi oculū. vnū accendit̄ passio cōcupiscentie. Et hoc ideo. q̄ causa cōiuncta est ad peccata dū et ipm studium ab ipa rōne magis dispositā descendit. Unde dicit Crisō. q̄ semel aut bis videns fortassis poteris cōtinere. Si aūt p̄tinuo hoc feceris et caminū accenderis omnino capieris. Quarto q̄ri potest vtrū delectatio in creaturis est peccatū Ad hoc respondit idē doc. dis. xxviij. q̄ triplex est delectatio. Prima est naturalis q̄ nec est laudabilis nec vituperabilis sicut cū vnaquecq̄ vis aīe delectatur in suo obiecto vt ratio in cognitōne veri. vel visus in coloribus maxime medijs. et auditus in sonis mediocribus et sic de alijs. Secūda est volūtaria q̄ duplex est scz. vel in rem licitā. et tūc si est ordinata vt scz velit delectari in quo debet. et cūtū debet p̄ut debet. sic non est peccatū. Si vero est inordinata. quia ē in eo quod non debet vel vltra quā debet et nō vt debet. sic est peccatū. Vel est in rem illicitam et tunc dicitur vicio sa quia est ex vicio fomite mouente. Et talis delectatio vocat̄ illecebra ex qua cōsurgit motus et tunc est peccatū. vel ipse motus est et tunc est passio vel originalis peccati pena. et non est peccatum si debite illi delectationi per rationem resistitur. Porro delectatio q̄ vocatur illecebra ex qua cōsurgit motus duplex est. Quedam enim est nō morosa et illa est veniale peccatum. Quedam autem est morosa et illa est mortale. Si queritur quāta requirit̄ mora ad hoc vt sit mortale. Respōdit ibidez. q̄ sicut in temptatione primi hominis tria fuerunt scz serpens mulier et vir. sic in temptatōne tria sunt scz sensualitas per serpentem. Inferior ps rōnis p̄ mulierē. Et superior p̄ virū significata. Serpēs igitur mulierē intendit decipe cibo illicito. cum sensualitas illecebra voluptatis pulsat inferiorē partē rōnis. et tunc est veniale peccatū et leue. Mulier vero sine viro comedit cū sic delectatōe cogitatōnis inferior ps tenet̄ vt faciendum nō discernat̄. Si igitur peccatū nō diu tenetur in cogitatōne delectatōnis sed statim vt mulierē tetigit viri autoritate recedit est adhuc veniale. Si vero in delectatōne diu teneat̄ et si volūtas p̄ficiendi desit est mortale. quia tunc p̄sentire iudicat̄ in illam delectationē. Nāz delectatio morosa nō intelligit̄ de diuturnitate tp̄is. sed diuturnitate delectationis. cū enī rō deliberat illicitam esse delectationem. et post delectationem cōsentit illi scilicet per delectatōnē adherendo mortaliter peccat. Deinde vir comedit cum superior pars rationis illecebre plene consentit. non solum in actum delectandi sed etiam perficiendi. et tunc est mortale grauissimum. Ceterum licet scōm Augustinū inferior ps rationis omnia inferiora disponit. superior vero ad superiora cōtemplanda respicit et sic etiam plena voluntas vt peccatum in actum ducat̄ ad inferiorez

partem rationis pertinet. tamē nō im-
proprie pti superiori rōis imponit. eo q̄
non cohibet inferiorem q̄ legez nature
que scripta est in ea et signata. quia ipa
dicitur imago dei. in cognitōne veri et
amore boni. Vel quia eadem est ratio
superior et inferior fm rem. differēs tm
fm rationē. Ad laudē dei Amen.

De peccato diaboli et eius motiuo ad temptandum vt membra sua nos efficiat penarumq̄ participes. Ser. tij.

Diabolus tanquā
leo rugiens circuit querēs quē
deuoret cui resistite. j. Pet. v.
Viso iam vtrūq̄ de temptatōne diabo-
lica. Jam videndum est de temptatō-
nis eiusdem intentōne. In cuius p̄mor-
a dia questionem mouendam esse reor. v-
trum diabolus cuius voluntas nūq̄ bo-
na est erga genus humanū et opera per
uersa ad illius scz deceptionez cōtinue
peccet in suis actibus sicut p̄s. fouare
videtur dicens. Superbia eorum qui te
odezunt ascendit semp. Ad quod respō
det Alex. de halis in. q̄. dis. q̄. q̄ spirit⁹
reprobi cōtinue sunt in peccato et in vo
luntate nocendi. sicut dicit Job. xxx.
Qui me comedunt nō dormiunt. a mul
titudine eorum cōsummitur vestimen-
tum meum scz innocentie. nec est in eis
tantum voluntas habitus sed etiam vo
luntas actus qui semper perseuerat in
eis. Et licet aliquādo velint aliquid est
de genere bonorum hoc tamē nō volūt
ex intentione bona. sed ex intentiōe ali
qua nocendi. Ad maiorem autem euidē
tiam sue malicie sciendum q̄ duplex est
motus eius quo mouetur. Vnus est na
turalis et ille nō est peccatum. nec in ho
mine nec in demone. quia deus naturaz
bonam fecit. Alius aūt est motus liberi
arbitrij qui est duplex. Nam quidā mo-
tus liberi arbitrij eius est per potestatē
vel virtutem superiorem scz credere vel
de obsesso corpore exire. et si illo modo
mouetur cum murmure. quia cum iussu
superioris potestatis tunc demeretur.
sicut in illo q̄ eius potestas temptandi
ligata est. quod est illi magnum tormen
tum tam ex superbia q̄ ex inuidia q̄ per
consequens cedit sibi in peccatum.
Quidam vero motus ipius est liberi ar
bitrij fm seipm quo motu quandocunq̄
mouetur in omni motu demereꝫ. quia
nihil potest velle nisi malum. Si autem
queritur vtrum peccet mortaliter vel
venialiter. Respondit ibidē distinctōe
rrij. q̄ diabolus nunq̄ potuit peccare
venialiter. nec in statu innocentie pro-
pter excellentiam sui status. Vnde di-
cit Albinus super Geneſ. q̄ q̄to sublī-
mior est angelus in gloria. tanto maior
est ruina. Etenim quia in tanta erat cla
ritate vt immediate posset adherere deo
si claritatem sue cognitionis directa vo
luntas fuisset subsecuta. igitur recedēs
a deo primo maximo recessu ab eo dis-
cessit qui est per mortale peccatum. Nec
mirum cum nec primus homo ratione
sui status in quo fuit primo peccare po-
tuit venialiter. Nec etiam in statu in
quo nunc est diabolus peccare potest ve
nialiter et hoc propter malignitatē sui
animi. Nam mortale peccatum fit non
solum ex genere actus peccati sic etiam
ex intentione peccantis et circumstan-
tijs aggrauantibus. Et quia diabolus
semper manet in intentione peruersissi-
ma. ideo semper peccat mortaliter que
peccata vt in pluribus perpetrat vt ho
minem decipiat et ergo bene dicitur.
Diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄-
rens quem deuoret cui rē. Ad euī-
dentiam autē thematis hui⁹ sciendū q̄
motiuum diabolice temptatōis p̄cipue b

triplex est. vt scz hominē decipiēs dedu-
cat in subiectōnis sue seruilitatē. in mali-
cie sue cōformitatē. et in miserie sue pena
litatem. quod vtiq; motiuū sumit origi-
nem ex sua sup̄bia et inuidia quoniā inui-
det homini ascensum illius beatitudinis
quo ip̄o cecidit et querit eidem dominari
Hinc dicit sapiēs Sapīe. ij. Inuidia dia
boli mors intrauit in orbem terrarū. imi-
tantur autē eum qui sunt ex p̄te eius.
Primū igitur motiuū eius est vt nos de-
ducat in subiectionis sue seruilitatē. qr q̄
facit peccatū seruus est peccati. et p̄ cōse-
queus seruus diaboli. qr peccatū est solū
opus quod faciēdo indicit diabol⁹. Hinc
dicit̄ rex sup̄ oēs filios sup̄bie et princeps
huius mūdi a dño vocat̄. Vnde intantū
laborat cū p̄prio dispendio vt dominium
suū amplificet in hoc seculo. nec illū retra
hit pena peccatoꝝ qr tāta fertur ambitō
ne. q̄ vellet totū mundū sibi subijci. licet
p̄ hoc deberet oīm illoꝝ penalitatē sortiri
et quoniā etiā in futurū illud fimestū do-
minium p̄sumit retinere. ideo nūq̄ cessat
nos sibi p̄ temptatōes subijcere. Sz spes
eius ⁊ p̄sumptio frustrabit̄. quia licz dam
nati a demonibus vsq; ad diē iudicij tor-
quebunt̄. vt sic libere exerceāt suā tyran-
nidem. Post iudiciū tñ damnati tam ho-
mines q̄ demōes a sola iusticia diuina pu
nientur. vt dicit doc. s. sup̄. iiij. et tūc oīs
tyrannica potestas diaboli ligabit̄ et an
nihilabitur. ¶ Secundū vero motiuū ei⁹
est vt nos trahat in malicie sue cōformita
tem. sicut p̄ virtutes in diuinā similitudi-
nez transformamur. ¶ Hic igit̄ q̄ri potest
vtrū diabolus sit caput oīm maloꝝ sicut
innuere videt̄ glosa sup̄ illud. ij. Thessal. ij
Ostendens se tāq̄ sit deus dicēs. In ip̄o
scz antichristo erit caput oīm malorū scz
diabolus qui est rex sup̄ oēs filios sup̄bie
Ad quod respōdet ibidē Alex. di. xxiij. q̄
diabol⁹ dicit̄ caput oīm maloꝝ p̄pter du-
plicē capitis p̄prietatē. Prima est q̄ ca-
put est primū et supremū in corp̄e ⁊ quasi
initiū ip̄ius corporis. sic diabolus est in-
itium malicie. et ideo dicit Isaias. q̄ ma
lum inuentū fuit a diabolo. Secūda pro-
prietas quia sicut dicit glosa super illud
ad Ephes. j. Ip̄m dedit caput. Caput
habet virtutem influendi sensum in mem-
bra vel motum. sic diabolus licet non in
fluat maliciā per immissionem proprie di
ctam. influit tamē per suggestionem quia
vt dicit Beda. Diabolus nō est immissor
cogitationum sed incentor. Vnde glosa
super illud Job. xl. Fortitudo illius in lū-
bis eius dicit. Nimirum eius proprie co-
rus fiunt per suggestionem turpium. blan
dimentis decepti et per luxurie fluxa suc-
cumbunt. Et hoc quidē caput suo corpo-
ri tā inseperabiliter cōiungitur. q̄ diabo-
lus et mali dicuntur esse vna persona. non
inesse naturali sed inesse morali. s̄m quen
dam modum scz quo ad hoc q̄ est in eis q̄
dam cōformitas siue cōuenientia volun-
tatum in deformitate per quam receditur
a summo bono. Vnde super illud Job. ix
Vultum iudicum eius operit dicit glosa.
Quia diabolus cum suis sequacibus vna
persona est sepe scriptura sic loquit̄ vt ad
eius corpus deriuetur. De miseris qui sic
infelici capiti incorporant̄. quia dicit glo
sa super illud Job. xl. Videntibus cun-
ctis precipitabitur q̄ eterno iudice appa-
rente terribiliter astantibus legionibus
angelorum atq; electis ad hoc spectacu-
lum deductis. belua crudelis in medium
captiua ducetur et cum corpore suo id est
cum omnibus reprobis eternis incendijs
mancipabitur. Qr si queratur quid sit v-
nitiuum membrorum cum capite diabolo
Respondetur q̄ est peccatum mortale ra
tione cuius est cōuenientia in deformita-
te volūtatis. Et si queratur in his qui vtū
tur libero arbitrio dicitur q̄ vnitiuum est
amor sui. Quia vt dicit Augustin⁹ de ci-
uita. dei. q̄ due sunt ciuitates. hierusalez
et babilon. Sed ciuitatem dei facit amor
dei cum cōtemptu sui. et ciuitatem Ba-
bilonis facit amor sui cum contemptu dei
¶ Sic igitur amor dei est vnitiuuz in cor
pore bonorum. sic amor sui est vnitiuum
in corpore malorum. ¶ Et licet non sit
vnus spiritus ex parte malorum. sicut est
ex parte bonorum est tamē vnio mēbroꝝ

et capitis malorum ꝓpter vnionē volun-
tatis. quia cōformat se membrū capiti in
sequēdo voluntatē eius. Et ideo sicut di-
citur. Qui adheret deo vnus spiritus est
cum eo ꝓpter vnitatem voluntatis. ita di
ci potest. qui diabolo adheret vnus spiri-
tus dici potest cum eo ꝓpter voluntatis
vnitatem. sic dicit Job. xlj. Corpus illi⁹
quasi scuta fusilia ⁊ cōpactū squamis sese
cōtinentibus. vna vni cōiungit et nec spi
raculum quidē incedit per eas vna alteri
adherebit et tenentes se nequaq̄ seꝑabū
tur. Terciū deniq̄ motiuū suuz est vt nos
trahat in miserie siue penalitatē. q̄z si fue
rimus socij eoꝝ in diuinā cōtumeliā. eri-
mus et eisdem in futuro sociati in eternaz
miseriam dicēte dño. Ite maledicti in ig
nem eternū qui paratus est diabolo et an
gelis eius. Ad cuius euidentiā sciendum
ꝑm Alex. de halis ibidem dis. xxiiij. ꝙ tres
sunt pene principales quibus adijciuntur
reprobi spiritus. scz carentia diuine visio
nis pēa vermis ⁊ pena gehēne ignis. Pri
ma pena est carentia diuine visionis. quā
visionem adepti fuissent si in bono ꝑstitis-
sent. Nam vt dicit doctor sanct⁹ dis. xlix
super. iiij. Angeli in prima sui ꝯgnitōne
nō viderunt deuz ꝑ essentiā sed tm̄ ꝑ simi
litudinem creatā que est ip̄a natura eorū
q̄ est dei similitudo. Et ergo ꝓprie loquē-
do illam nō perdiderunt quia nondū ade
pti fuerunt sed ꝑ hoc ꝙ peccauerūt. ī mul
tiplicem ignorantiā et ꝯgnitionis priua-
tionem ceciderūt. et primo q̄tum ad deū
Pro quo notandū ꝙ diuina cognitio du
plex est. Vna est per hoc scz ꝙ est lumē in
cōmutabile in quo cognoscunt. cause car
dinales rerū. et quo illuminant corda pio
rum. qua cognitōe demones priuati sunt
Quia et si demōes in illo primo statu cre
atōnis aliquam cognitionē habuerūt de
rebus creatis in prescientia dei. ꝓut bea-
tus Gerñ. sentire videtur dicens in libro
de gradibus humilitatis. Puto per aqui
lonem reprobandos homines fuisse desi-
gnatos. ꝑ sedē vero potestatē in illos q̄s
vtiq̄ in p̄scientia dei q̄to ceteris ꝑspica-
cior preuidēs nullo sapiētie radio choru-
scātes. i. nullo spūs amore feruētes velut
vacuū reperiē locū. affectastis sup illa do
miniū. nō tñ credendū est ꝙ nunc habent
istū modū ꝯgnitōnis. Sed alia est cogni-
tio q̄ est ꝑ effectos tꝑales diuine virtutis
Et hac cognitōne ꝯgnoscere p̄nt tanq̄ a
ꝑte inferiori ⁊ nō a sup̄iori ꝑte. Qui sunt
qd̄dāmō signa vel vestigia ducētia ad co
gnitionē creatoris vel redēptoris. Non
eī dimiserūt oīno ꝯgnitionē suā naturalē
quā habēt angeli licet obscurata est illa co
gnitio naturalis boni. sic etiā ꝯtingit in
malis hoībus q̄s ip̄a malicia qd̄dāmō ex
cecat. Hinc etiā dicit Aug⁹ de ciui. dei. xj
Q. deus innotuit demonib⁹ nō ꝑ id qd̄ ē
vita eterna ⁊ lumē incōmutabile qd̄ illumi-
nat pios. sed ꝑ quedā tꝑalia sue virtutis
vestigia ⁊ occultissime signa p̄ntie q̄ ange
licis sensib⁹ malignoꝝ spirituū q̄ infirmi
tati hoīm p̄nt esse ꝯspicua. Secūdo vero
patiūt ꝯgnitōis naturalis p̄uationē q̄tū
ad seip̄os. nō tñ intelligēdū est ꝙ se igno-
rant esse spūs a corpe seꝑatos sz ꝑm ꝙ co
gnitio naturalis dicit ꝯgnitio nature bñ
disposite ⁊ ordinate in eminētia bonorū
naturaliū. et hoc mō nō habent ꝯgnitōez
naturalē. Quia si cognoscerēt eminentiā
sue nature. ex ip̄a cognitōe sequeret dele-
ctatio. q̄ delectatio est apprehēsio boni cō
ueniētis. Sz ad ꝯgnitōz nature corrupte
⁊ deformate nō sequit delectatio sed tri-
sticia. Tercio deniq̄ patiunt p̄uatōes co-
gnitōis q̄tū ad ꝟtutes. et hoc intelligit
de ꝯgnitōne virtutis ꝑ suā essentiā. q̄ est
ꝑfecta ⁊ certitudinalis rei ꝯgnitō. Vnde
dicit Aug⁹. Q. si demones virtutē cer-
nerēt id ē ꝑ essentiā ꝯgnoscerēt in ip̄is ho
minib⁹ nō temptarēt. sicut in Job illam
nobilē ⁊ admirabilē patientiā. ꝓculdubio
si posset diabolus cernere nollet in tēpta
tione vtiq̄ supari. Est tamē quedā ꝯgni-
tio virtutis ꝑ effectū suū ⁊ etiā ꝑ priuatō
nē. et talis cognitio p̄t esse in demonibus
Et hec p̄uatio cognitōis est ei⁹ pena. q̄z ꝑ
peccatū meruerunt vt carerēt cognitōne
virtutū. et virtutibus ip̄is ꝑ essentiā. Si-
militer incurrerēt ꝓpter pctm̄ suū potesta-
tis sue diminutionem quaz vtiq̄ dilatare

et augmentare cupiebāt. De qua diminutione dictum est in sermone precedenti. et illa diminutio potestatis ingerit eis magnam penā tam ex supbia. quia a multis se vinci cernūt q̄ ex inuidia. qr optatū desideriū humane perditōis adimplere non possunt. p̄s. Peccator videbit et irascet̄ ꝛc. Sed in iudicio hec pena cōsumabitur. Secunda eoꝝ pena est vermis ſm Alex. ibidē. Licet enī hec pena vermis magis ꝓprie cōuenit animabus damnatis scdm aliquē effectū q̄ demonib⁹. qr q̄tum hec ꝙ vermis ꝓprie dictus gignitur ex corpe ꝛ ꝑ similitudinē ex recōformanti se corpori in animab⁹ damnatis dicit̄ esse vermis tñ ſm aliquē effectum cōmune est eis scz q̄tum ad remorsuz et ad hoc qd̄ gignitur ex remorsu ꝯsciētie. Q. si querit̄ quid rodit vel comedit iste vermis. Respondēdū est ꝙ iste vermis rodit ip̄am abilitatē cōscientie ad bonū. q̄ abilitas est naturalis. et in natura immortali et incōsumptibili qua natura manente manet etiā ꝯsciētia peccati. et istud est cōmune tam animab⁹ q̄ demonibus. Ex his ꝙ abilitas illa naturalis cōscientie ad bonū licet semꝑ rodatur nō tamē semꝑ diminuit̄. et ideo qr vermis ille escā suā inuenit ꝑpetuā. nūq̄ moritur. Esca enī sua est peccatū in ꝯsciētia. Unde dicit Bern̄. Hic vermis est q̄ non moritur memoria p̄teritoꝝ. semel iniectus ꝑ peccatū firmiter hesit nūq̄ deinceps auellādus. nec cessat rodere ꝯscientiam eaq̄ pastus esca incōsumptibili ꝑpetuat vitā. Et si querit̄. vtrū hac pena puniantur simul vel successiue ꝓ oībus peccatis. dicendū ꝙ sicut est peccatū simul cū peccato. ita ꝯscientia vnius peccati cum cōscientia alterius semꝑ ꝑmanebit simul. Et sicut in sanctis cedit ad culmē glorie ꝙ simul aspiciūt diuersa que cōtristēt. Et ideo licet Job. xxiiij. dicit̄. Et transibūt ab aquis niuiū ad calorē niuiū. tñ transitus ille nō attenditur ſm successionē. sed ſm penarū variationē ꝓ diuersis peccatis. Quia quoddā peccatum ex timore male humiliante. et ei respondet̄ illa pena que signatur ꝑ aquam niuis. et est peccatū amore male accedente et ei respondet pena ignis. Et sicut peccata cōtinuantur in subiecto sic ꝛ pene ꝓ peccatis debite. Tercia deniq̄ pena ſm eundē ibidē est ignis. Pro quo sciendū ꝙ licet aliqui dixerunt ꝙ pena aeris caliginosi sit eoꝝ pena vsq̄ ad diem iudicij et post iudiciū pena gehēnalis. tñ infallibiliter tenendum est ꝙ aer caliginosus nō sit eoꝝ pena principalis sz pena ignis gehenne quā nunc sustinēt etiam licz vsq̄ in diē iudicij relicti sūt in aere ad temptandū et exercitandū genus humanū. Q. si querit̄ que ex his tribus penis erit grauior vel est grauior. Respondet ibidē ꝙ pena potest dici grauior ſm diuersos respectus. Nā quo ad penā damni est pena grauissima diuine visionis carentia. Nam si intelligeremus ꝑ impossibile ꝙ homo haberet visionē dei et tamē ceteris penis puniret̄. nō tm̄ damnificaretur. Hinc dicit Chriso. ꝙ nulla maior est pena q̄ carētia dei visionis. Veruntamē quo ad sensum dicitur ignis gehenne maxima pena. qr maxime sentitur et maxime affligit. Deniq̄ quo ad maximā adherentiam in punito. vermis ꝯscientie in timor dicit̄ maxīa pēa eo ꝙ illa pena spiritui immediate est adherēs. Et hec ratio Isidori in libro de institutōe ecclesiastica ꝙ penam vermis affirmauit esse maximā. vbi dicit ꝙ nulla pena grauior est pena ꝯsciētie. Et subdit. Mens enim male ꝯsciētie ꝓprie his stimulis agitat̄. Simpliciter tñ loquēdo carentia diuine visionie grauissima est. quia priuat summo bono infinito nō tantū q̄tū ad eternitatē sed etiā q̄tuz ad infinitatē Et deinde pena vermis que respicit pene infinitatē q̄tū ad ꝑpetuitatem. Et deinde pena ignis q̄ tm̄ respicit p̄sentem penalitatē. q̄ nō est infinita. licet omni mortali sua magnitudine incōprehensibilis est. Et vt in has penas nos pariter inuoluat cōtinue nos temptare laborat. Hic queri potest cum in peccato mortali duo sunt scz actio quo demeretur reatum et macula. Vtrum vtriq̄ debetur pena eterna presertim. quia actio temporalis ē ꝛ quātitas pene respōdere debz

quātitati culpe. Ad hoc respōdet Alexan
der ibidē. dis. xxix. Q. vtriq; tā macule
q̄ actioni debet̄ eterna pena. Et hoc ido.
q2 licet actio transeat. volūtas tñ habitu
alis in peccato ꝑmanēdi ꝑseuerat. et ideo
dicit Grego. Q. qui eternaliter peccato
frui volūt eternā penā inueniūt. Et quoꝝ
voluntas nō habet finē peccādi. nō habe-
bit finē torquendi. Et sic q2 homo peccat
in suo eterno. deus eū iuste punit in suo e-
terno. Quia qui in peccatis morit̄ in infi
nitum vixisset. Q. si obijciat̄ ponatur ca
sus ꝙ aliquis semel peccet mortaliter. et
de cetero habeat voluntatē nō peccandi
illo genere nec alio genere peccati morta-
lis. vtpote q̄ solū damnat̄ Propterea q2
verecundat̄ illud peccatū ꝯfiteri et sic in
illo peccato moriat̄. ille nō in infinitū pec
casset si in infinitū vixisset. Ad hoc rñdet
ibidē Alex. ꝙ in hoc peccat in suo eterno
q2 nō vult debite peītere de illo. ⁊ ita rōe
illi⁹ peccati cū impenitētia debet̄ ei pena
eterna. quā cum demonib⁹ cōdiuidet. vt
qui fuerūt cōsortes in culpa colligati sint
et in pena dicente dño. Ite maledicti in
ignē eternū q̄ ꝑatus est diabolo ⁊ angelis
eius. Tūc cognoscēt miseri cui seruierūt
et qualē exactorē sustinuerūt. Tūc scient
inq̄ qualē deū despexerūt. Quod a nobis
auertat Jesus christus Amen.

De tribus que ducūt ingratū ad detestabilē recidiuatōez. ser. iiij.

Salua animā tuam
et noli respicere post tergum. nec
stes in oī circa regione sed in mō-
te saluum te fac ne et tu similiter pereas.
Genes. xix. Hec sunt verba ꝯsiliantis an
geli qui cū penthapolis ꝓpter peccata de
lenda fuerat. eduxit loth cū vxore ⁊ dua-
bus filiabus et posuit extra ciuitatem ei-
dem ꝯsiliū salubre tribuens et dicēs. Sal
a ua animā tuā. Vxor aūt ei⁹ inordinato ⁊
curioso affectu retrospiciēs versa est ī sta-
tuam salis. et cōgrue satis. quia vt dicūt
doc. ibidē. factū est hoc in figura. Sal enī
est vniuersale ꝯdimentū ciboꝝ. et iō vxor
loth retrospiciēs versa est in statuā salis.
quia punitio eius dat cōdimentum sapiē
tie penitētibus ne ad peccata pristina re-
uertantur. Nec quidem per affectū quod
est retrospicere nec per cogitatū quod est
stare in omni circa regione. sed in monte
sublimi charitatis debet se saluum facere
Et hoc quidē ꝑm historiā. veruntamē ꝑm
ꝓpositū p̄sentis speculatōnis loth signat
vniuscuiusq; animā iam educti de hoc se-
culo nequā in aliquā religionē vel deuotā
cōgregationē. aut etiā in abstractā secu-
larem vitā. vxor eius est sensualitas. due
filie sunt vis cōcupiscibilis ⁊ irascibilis.
Huic igitur cum sua familia sic educta in
spiratōne diuina dicit̄. Salua animā tuā
et noli respicere post tergum. scz ad pristi
nam vitam ꝑ delectationē. ⁊ ad ea que in
seculo reliquisti per aspirationē Quia ne
mo mittens manum suā ad aratrū ⁊ aspi-
ciens retro. aptus est regno dei. Q. d̄ eniz
in mundo licuit iam nō licet. et quod fuis
set veniale in mundo. iam plerūq; iudicat̄
mortale. Nec stes in omni circa regione.
id est detestabili torpore quo mutato dū-
taxat habitu. ꝯuersatōe ꝑiter ⁊ moribus
adhuc secularis inueniaris. q̄ nihil deo ē
detestabili⁹. Et ido sup illud Apoc. vtinā
frigidus esses aut calidus. sed q2 tepidus
es et nec frigidus nec calidus incipiaz te
euomere de ore meo. dicit Grego. ī pasto
ral. Q. calid⁹ est q̄ bona studia arripuit.
frigidus qui ꝯsummāda bona nō inchoa-
uit. et sicut a frigore ꝑ teporē trāsit̄ ad ca
lorē sic a calore ꝑ teporē redit̄ ad frigus.
et sicut ante teporē frigus est in spe. sic p⁹
frigus tepor est in desperatōe. Qui eī ad-
huc ī pctīs est. ꝯuersiōis fiduciā nō amit-
tit. Qui vero p⁹ cōuersionē tepuit ec̄ spē
q̄ de pctōre esse potuit subtraxit. hec ille.
Q2 nimirū d̄ istis a dño specialit̄ dictū eē
reor illud euāgelicū de pigro seruo. Aufer
te ab eo mnam ⁊ date illi q̄ hz decē mnas.
Et subdit causaz dicēs. Q2 oī habēti scz
volūtatē feruidā bene oꝑandi ⁊ cottidie
proficiendi dabitur sibi gratia amplior.
Ab eo aūt qui nō habet scz illam feruidaz
voluntatē sed accidia sua torpescit. et qd̄
habet scz de gratia auferetur ab ea Et sic

ꝓuabitur toto fructu pñtis vite. De quo dicit Bern̄. Vitius me priuares o amara mors vite vsu q̄ꝫ fructu. Nā vita sine fructu grauior mors. quia digne malū paratur ligno infructuoso. scꝫ securꝫ ⁊ iguis Nimirū cum dicat Aug⁹ in libro de vita christiana. ꝙ hoc nō solū a christiano req̄rit̄ vt malo careat sed etiā vt bona exerceat. ꝙ si nihil mali fecerit nec tñ boni aliquid egerit ad eterne vite p̄mia nō admittitur. sed gehenne ignibus mancipatur. Quid igitur putatis ab eo requirit̄ q̄ mūdum deserit vt deo inhereat? In cui⁹ etiam figuram de ficulnea que fructū malum nō attulit nec bonū ꝓtulit dñs maledictōnis sententiā intulit. Et de arbore infertili dictum est. Succide illā vt q̄d etiā terram occupat. Quia omnis arbor que nō facit fructū bonū excidetur et in ignē mittetur. Salua igitur animā tuā ⁊c̄. Alioq̄n vt dicit Bern̄. In via dei non ꝓgredi retrogredi est. quod est ingratitudo maxīa. de qua dicit Pe. Raueñ. in quadā epl̄a. Nihil ē quod indignationē a deo ꝓuocet altissimi sicut ingratitudo. Ip̄a est malorum ꝓuocatio. beneficioꝝ exinanitio. meritorū exterminatio. Hinc etiā dicit Crisꝰ. in quadā Omel̄. Cogita o homo grauiorem esse culpā post veniā renouatū vuln⁹. peius dolere post curā molesti⁹ hoīem sordidari post gratiā. q̄re indulgētie ingrat⁹ est qui post veniā peccat. Sanitatis indignus est qui semetip̄m postq̄ꝫ sanatus est vulnerat. nec mundari meretur qui seip̄m post gratiā sordidat. Porro ad nostrā instructionē tria sunt q̄ nos ad hanc recidiuationē et ingratitudinē inducūt scꝫ negligentia cōcupiscentia et malicia. Primum est negligētia de qua dicit Hugo ꝙ negligētia est animi torpor quo quis minus diligens est in exequēdo qd̄ exequi debet. Vnde doc. s. scd̄a scd̄e. q. liiij. Querit vtrū negligētia p̄t esse peccatū mortale p̄sertim quia sup̄ illud Job. ix. Verebar omnia opera mea sciens. qꝛ nō ꝑceres delinquenti. Dicit glosa Grego. ꝙ illam scꝫ negligētiā minor amor dei exaggerat Sed vbi est peccatū fundit⁹ amor dei tollitur. Et iteꝝ similiter sup̄ illud Eccle. vij De negligentia purga te cū paucis dicit glosa. ꝙ q̄uis oblatio ꝑua sit multorū tñ delictoꝝ purgat negligentias. sed hoc nō esset si negligētia peccatū mortale esset. Ad hoc breuiter respōdet. ꝙ negligentia ꝓuenit ex quadā remissione voluntatis ꝑ quā cōtingit ꝙ ideo nō sollicitat vt perficiat ea que debet vel eo modo quo debet Potest igitur dupliciter cōtingere ꝙ sit peccatū mortale. Primo enī ex parte ei⁹ qd̄ pretermittit̄ ꝑ negligentiā qd̄ quidem si est de necessitate salutis siue sit act⁹ siue circumstantia. erit peccatuꝫ mortale. hoc enī ꝓuenit ex minore dei amore quia talis diligit deum solum amore naturali quo omnes homīes etiā infideles summum bonū diligūt. Alio mō cōtingere p̄t ex parte cause. si enī volūtas intantū remissa sit circa ea q̄ dei sunt vt totaliter a dei charitate deficiat tunc negligētia talis est peccatū mortale. Et hoc p̄cipue cōtingit quādo negligētia cōsistat in p̄termissione alicuius actus vel circumstantie que nō sit de necessitate salutis. nec hoc fiat ex cōtemptu sed ex aliquo defectu feruoris tm̄ qui interdum impeditur ꝑ aliqd̄ veniale. tunc negligentia non est mortale peccatum. Et ideo minor potest intelligi dupliciter. Primo per defectum feruoris charitatis. Et sic causatur negligētia que est peccatū veniale. Alio modo ꝑ defectū ip̄ius charitatis sic dicit̄ minor amor dei quādo q̄s diligit deū solū amore naturali et tunc causat̄ negligētia q̄ est pctm̄ mortale. Vñ et ꝑua oblatio cū hūilitate mentis ⁊ pura dilectōe facta vt ibidē dicit̄ nō solū purgat veīalia sꝫ ec̄ mortalia. ⁊ he q̄dē negligētia ꝓut hic loquim̄ triplicit̄ cōmittit̄ Prīo repit̄ q̄s negligēs ad cor suū sollicite custodiendū. cū tñ dicat sapiens. Omni diligētia custodi cor tuum. quoniā ex ip̄o vita ꝓcedit. sed ecōtra cor suuꝫ ad ociosa inutilia viciosa inhonesta frequenter euagari sinit. Quia dicit Gregori⁹. xj moral̄. ꝙ tāto latius cogitatōes defluūt q̄to se esse securius estimant. quia foris a reprehēsorib⁹ nō vident̄. sꝫ attēdūt hmōi

q̄ idem Grego. dicit. xiiij. moral. q̄ scz cū
reproborū mentibus occasio ꝑpetrandi
peccata deest desideriorꝫ cogitatōes eorꝫ
cordibus nullatenus desunt. Et cum non
semꝑ diabolus sequantur in opē. valde tñ
se obligant illi in cogitatōne. vt dicit Je
ronim⁹ ī epl̄a scd̄a ad demetriadē. Quic
quid pudet dicere pudeat cogitare. Et p⁹
merita. Est tutissimum atq̄ ꝑfectum vt
assuescat animus sollicita semper et per
uigili custodia discernere cogitationes su
as. et ad primum animi motum vel pro
bare vel reprobare qd̄ cogitat. vt vel bo
nas cogitatōes alat vel malas extinguat
Hinc nāq̄ fons est boni et origo peccādi
Ibi enī maxime oportet seruare peccatū
vbi nasci solet. Statimq̄ ad primā tēpta
tiōis repugnare faciē ⁊ malū anteq̄ cre
scat restringere dum adhuc est in cogita
tione. Alioquin ip̄a cogitatio retenta de
lectationē accelerabit ⁊ desideria viciosa
cōcitabit. Sicq̄ corde redeūt in egiptum
rememorantes ollas carniū. Et hoc q̄ ex
ecrandū sit apud deum ostēdit Aug⁹. in
epl̄a scribens ad quendā comitē. q̄ nullū
scelus corā deo tam abhominabile sit q̄
p̄terita peccata vnicuiq̄ nostrū dimissa re
miniscendo gaudere ⁊ inde exultare. Sed
forte dicis q̄ mala nō sunt que cogitas li
cet ociosa sint et inutilia. suꝑ quo recipe
cōsiliū Senece in libro de quatuor virtu
tibus sic dicētis. Cogitatōnes vagas et
subtiles velut somno similes nō recipies.
quibus si animū tuū oblectaueris cuz oīa
disposueris tristis remanebis. Imo vt
dicit Cassiodor⁹ suꝑ illud p̄s. Et cor meū
dereliquit me. Quocūq̄ tpe nō cogitaue
ris deū puta tempus illud ammisisse. Sed
mihi forte respōdes. A malis ⁊ vanis co
gitatōibus expedire animū nō valeo. Sz
cur hec nisi quia cor tuū a bonis cogitatō
nibus ⁊ ocupatōnibus vacuuz reliquisti?
Hinc dicit Cesari⁹. Incipiamus bonas
cogitatōnes diligere ⁊ statim ab illis que
male sunt dignabit̄ nos dn̄s liberare. Se
cundo repitur negligēs ad tempus suum
vtiliter expendendū. sicut dicit Bern̄. in
sermone ad scolares. Nihil p̄ciosius tpe
sed heu hodie nihil eo vilius expenditur.
Transiunt dies salutis et nemo cogitat.
nemo sibi ꝑire diem nūq̄ rediturū causat̄
Sed sicut capillus d̄ capite sic nec momē
tuz ꝑibit de tempore. Et iterū. Nemo igi
tur vestrū existimet tempus paruū quod
in verbis cōsumitur ociosis. Volat verbū
irreuocabile. volat tempus irremeabile.
Nec aduertit insipiēs quid amittit. licet
fabulari dicāt donec hora p̄tereat. O do
nec pretereat hora quā tibi ad agendū pe
nitentiā. ad obtinendū veniā. ad acquirē
dum gratiā. ad ꝓmerendū gloriā. misera
tio cōditoris indulget. donec trāseat tem
pus quo diuinam repropiciare debueras
pietatem. ꝓperare ad angelicā societatē.
suspirare ad amissaz hereditatē. aspirare
ad ꝓmissam felicitatē. excitare remissam
voluntatē. flere cōmissam iniquitatē.
Tercio deniq̄ negligens est ad finē debi
te intendendum. omnē industriā ergo q̄li
bet diligens ad penitendū et deflendum
peccata cōmissa. ad abijciendum peccata
vt diabolica et ad ꝓficiendū semꝑ de vna
in aliam. quibus ait Cesari⁹ in ammonitō
ne. xxij. Videte vocationē vestrā fratres
karissimi. venire ad heremū vel religionē
summa perfectio est. nō ꝑfecte in ea viue
re summa damnatio est. Quid ꝓdest si in
loco quies teneatur et inquietudo in cor
de seruatur? Si in habitatōne sit silentiū
et in habitatoribus sit tumultus viciorū
et colluctatio passionū. Si exteriora nr̄a
securitas teneat et interiora tempestas?
Sed cur in religione ad veram ꝑfectionē
tam pauci ꝓficiunt. nisi quia ꝓ christo nec
dum cōtraria pati possunt? Nolūt desidie
detestabili ceterorꝫ dissimiles videri. ne cō
tingat illis ex dissimilitudine calumniaz
pati aliorum. Nam vt dicit Aug⁹ suꝑ p̄s
Cum ceperit homo christianus cogitare
ꝓficere. incipit pati linguas aduersantiū
Quicunq̄ illas nōdum est passus nondū
ꝓfecit. Quicūq̄ illas nō patitur nec ꝓfi
cere conatur. Ex hac igitur triplici negli
gentia cōsurgit scd̄m recidiuū impellens
scz cōcupiscentia. quod sic ostendi potest
Nam negligentia nutrit ⁊ fouet accidiaz

que fm Damasce. est quedam tristicia aggrauans animū hominis vt nihil ei agere libeat Et sic importat accidia quoddā tedium operandi. que tristicia si sit de spirituali bono. tunc ꝓprie dicit accidia. Et quia fm phm. viij. ethicoꝝ. Null⁹ diu absq; delectatione manere ꝑt cum tristicia. ideo desipientibus spiritualibus necessario se cōuertit ad sensualia lingēs mel insentibus ⁊ vrticis. Et hic quidē triplicez cōcupiscentiam cōsequi desiderat scz voluptatis curiositatis et vanitatis q̄ sunt radices totius mali. Primo cōsequit cōcupiscentiā voluptatis cū in eo viuit appetitus dulciū quo querit cibaria saporosa. et hoc sub ꝓtextu quodā indiscrete necessitatis. Sed memerit ꝙ Grego. dicit iij. moral. ꝙ plerūq; voluptas se palliat sub necessitate vt eam pfectus vix quisq; discernat. Nam dum solui debitū necessitatis petit. voluptatis explere desideriū suppetit. et tāto gula securus in preceps ruit q̄to sub honesto noīe necessitatis explende se cōtegit. Sed dominante gule vicio omnes qđ homines fortiter egerūt perdūt. et dum venter nō restringit cūcte virtutes obruuntur. Viuit inq; secundo appetitus mollium quo querit vestimēta delitiosa. Quia dicit Bern. ꝙ vanuz corvanitaſ noticiā ingerit corpi et exterior supfluitas interioris vanitatis est indicium. mollia vestimenta animi mollicie indicant. nō enim curaret corpis culto nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus Viuit in eo denicq; appetitus carnalium quo querit oblectamenta luxuriosa. quia nimirū vt dicit Grego. j. moral. Pene semp epulas comitatur voluptas. Nā dum corpus refectōnis delectatōne resolui tur coz ad inania gaudia relaxat. Voluptas autē fm Isidorū est cum quadā lubrica suauitate. illicita feda mentis inclinatio. Secundo cōsequi desiderat cōcupiscentiam curiositatis dum scz inordinate appetit scire occulta vel extranea q̄ mētem multū inquietant et distrahūt Tales enim vt dicit Hugo de. xij. abusionibus. Cum in claustro sederint nō lectioni ⁊ silentio sed rumoribus ⁊ curiositate vacāt qui locum loquendi et tacēdi nusq; nūq; seruāt sed instabiles ociosi. nunc hos. nūc illos ad loquendū vocant. Vnde ꝓsequit ibidem. ꝙ multi gaudent claustralū cum de regibus fabulant. cum casus militum narrant dum ꝓ illis loquunt a quibus nō agnoscuntur. multoꝝ partes defendūt. ꝙ multis irascunt. et ꝙ multis litigant. Ecce q̄ manifesta suggestio diabolica turpiter illuduntur. Duz inq; secūdo desiderāt videre pulchra que sensum alliciunt ⁊ mētem excecant. Quibus dicit Jero. in epistola quadā. Quid tibi videre ea necesse est quorum cōtemptu monachus esse cepisti? Tu si monachus esse vis et nō videri. habeto curā (nō rei familiar) cui renūciādo hoc esse cepisti) sed anime tue. Monachum nō loquēdo sed tacendo. nō discurrendo sed sedendo quisq; nouerit. Dū denicq; querit habere caraꝫ rara quecūq; clenodia licet in se vilia que nimirum affectum inficiunt velut quedā appropriata ⁊ amorem dispergūt ad talia diuersa cōcupiscenda. De quib⁹ dicit in colk. abbatis moysi. Q. illis nō ꝓderit maiores opes ac substantias cōtempsisse. qui affect⁹ earum ad quos ille cōtemnende sunt in res paruas ⁊ exiguas transtulerūt. Nam vicium cupiditatis et auaricie qđ erga species p̄ciosas exercere nō possunt. circa viliores materias retinētes nō abscidisse. sed cōmutasse se ꝓbant pristinā possessionem. Nam nimia deuicta cōcupiscētia erga amorem psalterij. sportelle. saccelli. codicis aliarūq; rerum cuius vilissimarum. eadem tamē qua ante libidine detinent ⁊ ab aliorum cōtrectatione defendūt q̄ fratribus vniuersis iudicāt esse cōmunia.

Hinc nimirum vt legitur in vitispatrum. Agathon moriturus ad reddendā rōnem districtio iudici se totum recolligit ita q̄ tribus dieb⁹ apertis oculis staret immobilis. Cum igit̄ fratres eū pulsarēt dicentes. Abba vbi es? Respondit. in ꝯspectu omnium iudicis assisto. Et dixerūt. Et tu times abba? Quibus respondit. Virtute qua potui mandata dei custodiui sed homo sum et nescio vtrum opera mea accepta fuerūt coram deo. quia aliter sunt iudicia dei ⁊ aliter iudicia hominū. et ita timeo nec cōfido nisi venero ante deuz. O vere horribile dictum. q̄ aliter sunt iudicia dei et aliter iudicia hominū. Si tantū timuit qui tam fideliter mundum cuz suis cōcupiscentijs calcauit. O q̄tum merito nobis delicatis carnalibus et desidia torpentibus trepidanduz est. sicut ait in euāgelio dominus. Ostendā vobis quem timeatis qui scz postq̄ occiderit corp⁹ habet potestatez animā mittere in gehennā hunc ait timete. Quarto deniq̄ p̄ncipaliter erit potestas eius inuincibilis ne quisq̄ sibi blandiatur de resistentia diuine maiestatis. Eadem nāq̄ facilitate qua vniuersa cōdidit. etiam eadem in nihilum redigere p̄t. Et ideo dicit̄ Job. ix. Deus cui⁹ ire nemo resistere p̄t. Nā si fortitudo queritur robustissim⁹ est. Vnde dicit idē dominus Deutro. xxxij. Si acuero vt fulgur gladiū meū ⁊ arripuerint iudiciū manus mee. reddā vltionē hostibus meis et his qui oderunt me retribuā. Et iterum. Ego occidam et ego occidere faciaz. et nō est qui de manu mea possit eruere. Quia nimirum impij in futuro viuēdo semp̄ morientur. et moriendo semper viuēt. et non erunt qui eos ab hac penalitate eternaliter eruent. Et huius quidem diuine potētie pariter et vindicte plura figuratiue p̄cesserunt. que nobis etiam liquido ostendunt quod grauissime se vindicatur⁹ est in eos qui potestati resistunt non tantum sue. sed et suorum scz prelatorum. Quia s̄m apl'm. qui potestati resistit dei ordinationi resistit. nisi forte in his que sunt cōtra deum. sicut ostendit in Dathan ⁊ abyron. quibus rebellantibus et murmurātibus cōtra moysen vt dicit̄ Nume. xvj. Dirupta est terra sub pedibus eorum et aperiens os suum deuorauit illos cum familia eorum cum tabernaculis suis ⁊ cum vniuersis substātijs eorū. Descenderūtq̄ viui in infernū. Similiter ⁊ ignis egressus deuorauit Chore cum ducentis et quinquaginta viris q̄ offerebant incēsum. Sic factuz est preliū magnū in celo. Michael et angeli eius pugnabāt aduersus draconem et draco pugnabat ⁊ angeli ei⁹. Sed quid sequit̄? Sed nō preualuerūt neq̄ inuentus est locus eorꝫ amplius in celo. ⁊ q̄ pabat resistere michaeli p̄ncipi celestis curie. Ido tā horribiliter ⁊ irreuocabiliter p̄cipitat⁹ est. Nūc vero disponam⁹ oculis mētalib⁹ ordinē ⁊ modū futuri iudicij. tur mas iudicādoꝝ hincinde se cernētes. Et statuet quidē oues a dextris ⁊ hedos fetidos id ē peccatores a sinistris. A dextris quidem ponet eos qui p̄ ei⁹ noīa ludibria et verbera experti sunt. insup̄ et vincula ⁊ carceres. lapidati sunt. secti sunt. temptati sunt. in occisione gladij mortui sunt Circuierunt in melotis in pellibus caprinis. egentes. angustiati. afflicti. quib⁹ dignus nō erat mundus. qui manserunt in speluncis ⁊ cauernis terre. et oēs alij qui spectaculum facti sunt deo angelis ⁊ hominib⁹. Secundo vero loco ponet cum eisdē pauperes et in opes debiles claudos cecos ceterosq̄ despectos ab amatoribus huius mundi. Sicut ait domin⁹ in euāgelio Exi cito in plateis ⁊ vicis et debiles ⁊ cecos claudos introduc huc vt impleatur domus mea. Non tamen ita intelligendū q̄ omnes pauperes debiles et similes regnum celorum possidebunt. sed quia tales abiecti a mūdo maiorē occasionē emēdationis habētes vt in pluribus citi⁹ ad deū cōuertunt̄. Deus enī plerūq̄ qd̄ eis negat in tp̄alib⁹ refundit in sp̄ualibus. Et hi quidem q̄ religioso cōparebūt coram iudice quis explicetur. Induti stolis glorie. imo omnes eius domestici vestiti sunt duplicibus. glorificata iam anima cū corpore. A sinistris vero ponēt̄ hi q̄s Johā

nes enumerat Apocal. vj. in fine. tamquam principales dicens. Reges terre et principes et tribuni et diuites et fortes et omnis seruus et liber absconderunt se id est abscondere desiderauerunt in speluncis et petris montium et dicunt montibus et petris. Cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni quoniam venit dies magnus ire ipsorum et quis poterit stare? Si nunquid armati vel ornati apparebunt? Respondit Bern. in sermone dicens. Nudi stabunt ante tribunal christi vt audiant vocem iudicij qui obdurauerunt aures suas ad vocem consilij. Quid enim nunc loquitur? Penitentiam inquit agite. Multi tamen dissimulant. multi continent aures suas dicunt. durus est hic sermo. Non sic impij non sic cum intonuerit durus sermo verbum asperum cum pronunciatum fuerit Ite maledicti in ignem eternum. Quibus sic ordinatis qualis putas erit disceptatio iustorum ad impios? Stabunt iusti inquit in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Tunc vidua orphanus et pupillus vindictam acclamabunt. Tunc iuxta ps. Exultationes in gutture eorum et gladij ancipites in manibus eorum etc. per totum. Tunc inquam superimpium ridebunt et dicent. Ecce homo qui non posuit deum etc. Econtra iniusti prespus angustia gementes dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum et in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Ecce quomodo etc. O sera penitentia damnatorum quam amara quam infructuosa quam desperatione plena. Sed ad iudicem reuertamur Nam post hec parabit extreme sententie fulminationem qui ad maiorem reproborum desperationem primo iustorum sententiam promulgauit dicens. Venite benedicti patris mei percipite regnum vt ex hoc plus crutientur reprobi cum electis a christo leticia inenarrabili et charitate indicibili receptis. sese videbunt abijci et reprobari tanquam indignos et deo odibiles. Tunc electi ineffabili gratiarum actione organis dulcisonis laudem resonabunt. Sed ve ve miseris derelictis et secundam sententiam exspectantibus qua tollentur ne videant gloriam dei. De quo dicit discipulus horalogij. De infernalibus ac damnatis et peruersis spiritibus quibus hanc faciem iudicis furibundam in sua terribili dispositione absque omni spe gratie visuri sunt. Quod a nobis auertat Jesus dei filius. Amen.

De horribili fulminatione illius extreme sententie. Ser. viij.

Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius Math. xxv. Vt autem ad huius declarationem sententie procedamus. Cerne nunc iudice tuum. O anima maledicta inexpressibili terrore flammeum gladium oris suiuibrantem ad terrendum peccatores. ad fulminandum inquam illam sententiam finalem quam qui acceperit tinniet ambe aures suas. Ite maledicti in ignem eternum etc. In quibus verbis nimirum quinque terribilissima et metuendissima per ordinem promulgantur. Primum est diuini solatij repulsio cum dicit ite. O ite quam pauendum eris impijs a dulcifiua presentia diuine visionis eijciendis. Nam cum vel per mortem vel per peregrinationem aliquorum carorum separatio fit. stati vtrique optant diuina protectio. Hoc enim est vltimum aue mortalium. Sit omnipotens vobiscum qui conseruet in omni bono protegat ab omni malo. Fateor quia secum bene agit quia a deo protegit. Sed quaeso cuius patrocinio relinquitur quia a deo reprobus eijcitur. cuius auxilio diriget. cuius solacio fouebitur cum non sit ei comes itineris assignandus. nisi leuiathan tortuosus tamquam leo rugiens ad escam preparatus? Putas ne parua calamitas erit a iudice reprobari etiam si nulla pena sequeretur quem de cetero abhominabitur omnis creatura amicum inuenire poterit in celo et in terra nec subtus terram. Non angelum non sanctum non malignum spiritum non impium damnatum. non patrem non matrem etc. Quia nunc in electis erit summa quedam dulcedo charitatis et vnitatis. sic in omnibus reprobis erit summa amaritudo inuidie et discordie. ita quod ex aliorum presentia quasi de penis proprijs torqueri videbuntur vt postea patebit.

Sic miser eiectus a facie domini cunctis odiosus erit. Cui⁹ figura p̄cessit in chayn fratricida qui eiectus a facie domini respondit Genes. iiij. Ecce eicis me hodie a facie terre et a facie tua abscondar ⁊ ero vagus et ꝓfugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Hinc etiā dicit Criso. super illud Math. vij. Excidetur in ignem mittetur Intollerabilis res est gehenna quis nesciat et horribile supplicium. tamē si mille geheanas mihi ꝓponat nihil tale dicturus est quale est ab honore illius glorie ꝓpelli et exosum eē christo. Unde quidā Carorū tristis discessus tristior istis. corporis et anime tristissim⁹ a deitate. Sicut legitur Genes. xxj. Agar eiecta est de domo abrahā cum filio qui figuram tenent omniū terrenoꝝ et mundanoruz. Sicut legit̄ Baruth. iij. Filij quoqꝫ agar qui exquirunt prudentiā que de terra est. Unde premisit ibidem. Qui argentum thesaurisant et aurum in quo ꝯfidūt homines et sequitur. Exterminati sunt ⁊ ad inferos descenderūt. Nunc diligenti⁹ attendite. Cur agar eiecta est nisi quia filium habuit egiptiace ludentē. Cur filius vero eiectus est. nisi quia matrez habuit ancillam id est seruilis cōditionis. Scientibus enim legem nūc loquor. Sic reuera in futuro iudicio parentū suorū peccatis exigētibus innumerabiles filij eternis penis adijcientur quos ad bona instruere vl̄ a malis corrigere neglexerūt. Sicut patuit de puero blasphemo quinqꝫ annoruz vt scribit Grego. in dialogo. vel etiā eos male acquisitis ditauerūt aut iniuste acquirere docuerūt. Et ecōtra multi filij parentum suorum causa perditōnis erunt q̄rum amore in peccatis et iniusticijs se p̄cipites dederunt vt illic in pena detestabilis inuidia cruciat quos hic amor inordinatus ad culpā traxit. Et veniēt dies in quibus dicent. Inimici hominis domestici eius. Secundū est indictio eterni diuortij cum additur maledicti. et hoc erit intollerabilius. quia sicut nūc per peccati lapsum a deo se elongātes semper redire possunt. quos iniuriatus Jesus ad redditum expectat. reuocat iniuriantes. amplectitur redeuntes. tribuit veniam. ingerit gratiam. reddit stolam primā. vituluz saginatum adducit. cōuiuiū instruit. ⁊ angelis suis ait. gaudere autē oportet et letari. quia frater tuus mortuus fuerat ⁊ reuixit. perierat et inuentus est. Fateor qꝛ cum peccatoribus nūc bene agitur. qꝛ nō venit dominus perdere sed saluare. et diē stricti iudicij p̄uenit tempus magne misericordie. vt si voluerint districtio nō inueniet in quē seuiet. sed ve tarde penitētib⁹ quia postmodū sola regnabit iusticia cum sonuerit vox illa. Ite maledicti. O maledictio nunqꝫ abolenda. O seueritas nunqꝫ recōcilianda. O separatio nunqꝫ reuocāda. qꝫ longam restem eterne desp̄atōnis reꝓbis inijcies. qꝫ lōge miseros exulabis nunqꝫ in diuinam gratiā reuersuros. Nā maledictio sonat illam eternā reprobatōnem nunqꝫ abolendā. Hinc de reprobo dicitur Isa. xxij. Asportari te faciet dominus sicut asportatur gallus gallinaci⁹ scꝫ capite deorsum ⁊ pedibus sursuz. eo ꝙ caput id est christum postposuerūt. et pedibus scꝫ creaturis terrenis adheserūt. Coronans coronabit te tribulatōne que scꝫ infinita est sicut et corona finem nō habet Et ꝓpter penaruz varietatē subiungit dicens Quasi pilam mittat te id est sicut pila que voluitur de loco ad locum sicut tu de supplicio ad supplicium. Et hoc in terram latam. quia dilatauit infernus os suum absqꝫ termino ꝓpter improborū multitudinē. Et cōcludit. Ibi morieris. In quo notat penaruz acerbitatē. quia semꝑ in actualitate mortis imo morte tp̄ali durius sustinebunt. De cuius etiam calamitate dicit Hugo ꝙ omnia gehenne supplicia sup̄at deum nō videre. et bonis carere que in potestate habuisti obtinere. Cuius causam ex tribus teor emanare. Primo ex mutatōne affectus. quia anima separata a corpore corporalibus oblectamētis frui nō potest. non diuitijs. non delitijs. nō honoribus. Hinc dicit p̄s. Dormierūt

somnum suum et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Quam miseri igitur sunt isti qui terrenis istis coaceruandis et conseruandis tantopere inhijant. Stulte ait dñs hac nocte repetent animã tuã. et qui parasti cuius erũt? Secundo ex fame diuine visionis. cũ enĩ anima diuinitatis capax ad illius desiderabilem fruitionẽ creata dinoscitur. vt illi quasi suo centro et obiecto generali tanq̃ sue dulcedini. glorificatõni. ⁊ ꝑfectioni dulciter inhereat.. Ideo nunq̃ de cetero ꝯsolationẽ recipere ꝑt preter illã diuinam intuitionẽ. Unde licet adhuc corporalibus inuoluta qualemcũq; ꝯsolationem in bono ꝯmutabili recipe ꝑt lingens mel insentibus ⁊ vrticis. tuꝫ propter nature corruptõeꝫ qua fertur ad oblectamẽtum obiecti corruptibilis. tũ ꝓpter nõdũ gustatã vel agnitam diuine dulcedinis supereminentiã. In futuro tñ damnande licet ea minime gustabunt. cognitõne saltem aliquali ꝑcipiẽt q̃to bono priuabunt̃ Tunc enim in eis tam ingens fames diuine fruitõis exsurget. ꝙ si etiã a penis sensus ꝑseruarentur vt de paruulis ĩ originali decedentib⁹ cõmunis habet opinio. ad refocillandũ tamẽ appetitũ diuine fruitõnis eligerent infernalibus penis ꝑpetuo mancipari q̃ tanto bono priuari. Tercio ex decoris aĩe affectata ꝑfectõne. qꝛ in visione diuina omnis anime decor depẽdet Nam licet anima ꝓpter virtutes abilitatur ⁊ nobilitat̃ ad receptionẽ illius ineffabilis diuine transformatõis. necesse tamẽ est vt diuine claritatis radius suꝑsplendeat. ⁊ sic refulgeat sol in clipeos aureos resplendeãtq; montes ab eis. alioq̃n nulla diuersitas erat auri politi ⁊ obrisi ad lutum platearum q̃tum ad decorẽ nisi luce materiali discernãt̃. Sicut videm⁹ in corporalibus celestibus ad receptionẽ quidẽ solaris luminis abilitatis q̃ tñ opaco corpore mediãte relinquunt̃ obscura eo ꝙ solis priuant̃ beneficio. Sic etiã patres veteris testamenti licet ab omni scoria purgati. virtutibusq; decorati. vmbra tamẽ originalis criminis nihil omnino luminis glorie sunt potiti. donec veniret sol iusticie. qui sub motu velamen tanq̃ verum lumen animarum eos luce clarius illustraret et ad hanc appropriatam sibi gloriam anima ingenita sua nobilitate tantoꝑe ꝑuenire desiderat vt ꝟe dicere possit. Sic ceruus desiderat fontes ⁊c̃. Tercium est plenitudo amari supplicij cum sequitur in ignem. Est enim ignis pena grauior ⁊ intensior omnibus alijs. Sꝫ que putas esse cõparatio ignis materialis ad infernalẽ? Profecto qualẽ posuit sanctus Sebastianus cui stabat angelus ad aurẽ cum inter alia dicebat. ꝙ ignis hic sensibilis se habet ad ignẽ infernalẽ sicut ignis depict⁹ ad ignem materialẽ. Cuius experte ratõ sumi potest. qui inclusus in terra nõ exalabit. Unde ꝑs.. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Hinc exclamat Isa. xxxiij. dicẽs. Quis ex vobis poterit habitare cũ igne deuorante? Aut q̃s ex vobis habitabit cum ardoribus sempiternis. Dicit autem dñs. in ignem vt penalitatis designetur plenitudo que causatur ex duobus. Primo nanq; sustinebunt penam sensus intentissimi qua circumuallabuntur vndiq;. ita ꝙ nihil remanebit in corpore vel anima quod non omni penalitate replebitur. Nam dicit Isa. xxxiiij. Erit terra eius in picem ardentẽ nocte ac die nõ extinguetur ineternum. Nunc tibi ꝓpone terre molem velud massam ferri totam incandescentem et te factum immortalem velud in medio cõclusum q̃ intollerabilis pena te cruciaret cum cõstat ꝙ calor ignis in materia ferri virtute multiplicatus redditur multum intensior q̃ in materia incõbustibili. Necduꝫ tamẽ in cõparatõne pene gehennalis quid dignum excogitasti. O q̃ horribilis expectatio damnandorum quibus nunc penitẽtia dura videtur. Unde et omnes sensus penarũ amaritudine replebuntur. Nam visus recipiet demonum laruales facies quos tm̃ intueri suꝑgreditur omnem corporalẽ penalitateꝫ. Auditus vero horribiles demonum rugitus ⁊ insultus. Gustus vero tanta replebitur amaritudĩe ꝙ si oẽs amari-

b

186

tudines felle redigerentur in vnum quasi dulces in illius cõparatõne viderentur. Quod innuit Deutro. xxxij. vbi dicitur. Fel draconum vinum eorum. per illud enĩ fel intelligitur fluuius ille sulphureus egrediens a dracone magno lucifero q̃ portantur oẽs qui eius caractere sunt insigniti imovt dicit ps. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Sic et eorum odor erit fetor pessimus in picem sulphure designatus. qui solus sufficeret ad penalitatem. Secundo sustinebunt penã damni scz carentiaz diuine fruitionis ꝓpter quã anime vires. presertim superiores omni penalitate replebuntur. scz memoria. intelligentia. et voluntas. Nam ex hoc memoria dupliciter cruciabit. scz merore ꝓteritoꝝ cum recolet dies leticie quasi somnium noctis vnius ꝓteriſſe et post se fedã et amariſſima penarũ vestigia reliquiſſe. Quid inquient ꝓfuit nobis superbia aut diuitie nr̃e. Et desperatõne futurorũ vt iã videbitur. Intellectus etiã ex hoc dupliciter cruciabit. scz cõfusione. quia tũc plenius cognoscet q̃ta fuit nobilitate creata vt esset capax sanctiſſime trinitatis a electa spõsa redemptoris. Ecõtra q̃ viliter in peccatis deturpata. quo facta est nõ solum diaboli viliſſima ꝓstituta. sed etiam horribili turpitudine similima cuius tãta vilitas ac feditas ac deformitas tãta. Q̃ cõfusam faciem ꝓsentabit in die iudicij Et indignatione iudici sup̃ius eo q̃ pro tam vili precio momentanee delectatõis spreta tam incõprehensibili gloria ad tã immania tormenta sese tam irreuocabiliter precipitauit. a ideo sibi sup̃i homo talis tam odiosus erit q̃ si sibi facultas attribueretur membratim seip̃m discerperet. Denicq̃ volũtas ex hoc dupliciter cruciabitur scz inuidia qua feretur ad omnẽ creaturã. presertim tamẽ ad eos quoz amore societate. cõsilio vel auxilio peccauerũt ita q̃ q̃to maior fuerit dilectio in culpa. tãto maior sequetur inuidia in pena. Vbi nanq̃ maledicet pater filio. et filius patri et frater fratri. et vir vxori. mechus adultere. et omnes qui i aliquo crimine p arti-

cipati sunt. vt sic experiant miseri. q inimici hominis domestici eius. Vnde tanto ferentur odio ad inuicem. q̃ se mutuo dentibus cõsumerent si facultas adesset. Et obstinatõne qua firmabuntur in malũ et mouebuntur in diuinuz odium. blasphemabuntq̃ viuentem in secula seculorũ et dicent. Maledictus deus maledicta trinitas que nos creauit ad hanc penalitatẽ Ecce quale carmen et ve resonabit in tabernaculis impioꝝ. Preterea quod ẽ horribile dictu. Omnes anime vires tam exteriores q̃ interiores quibus scz operantur ꝓ corpora cum corpore simul a semper erũt in vltimitate sue penalitatis tã in pena damni q̃ sensus. Nam omnes cruciatus inferni ſm quosdam simul patientur licet in scripturis leguntur penarũ alternationes. ad eorum qualitates euidentius insinuandas. Quartum est gehennalis ꝓpetuatio incendij cum subdit eternũ. que ꝓpetuatio miseris injicit desperationem amariorem omni penalitate. Vnde queret Jeremie. xv. Quare factus est dolor meus perpetuus et plaga mea desperabilis. Quibus respondit ibidem dñs. xxx. Quid clamas sup̃ cõtritione tua. insanabilis est dolor tuus ꝓpter multitudinem iniquitatis tue ꝓpter dura peccata tua feci hoc. Dicitur enim ignis ille inextinguibilis. quia vt dicitur Jsaie. vltõ. Ignis eorum nõ extinguetur nec etiam in eo miſsus cõsumetur. quia non cõsumit corpora vel animas eorum quos cruciat. vt dicit Criſo. de reparatõne lapſi. Quanta igit putas miseris erit desperatio preuidere penarum infinibilem eternitatẽ que grauior erit omni pena. Nam eligeret animis mille milibus omnũ damnatorũ penalitatem in se ſuſcipere q̃ illam expectare infinibilem eternitatẽ. Vnde dicit Criſo. vbi supra. Dic q̃ta tempora luxurie. que spacia delitiarum cõpare vis penis eternis? Centum ſi placet annis delitijs demus. Adde a alios centum a decies centum. q̃ erit ex his ad eternitatẽ cõpensatio? Nõ erit ex his ad eternitatẽ cõpensatio? Nõ ſi tota circumferentia celi criſtallini eſſet plena arena et alicui daret optio potius

eligeret manere in inferno quousq; a mi-
nima formica tota illa congeries esset ab
lata et tunc perueniet ad regnum. quam
gloriam tamdiu possidendo postea demer
gi in infernũ. O eternitas q̃ incõprehen
sibilez dolorẽ reprobis ingerit tua memo
ria. Intelligite hec qui nunc obliuiscimi-
ni deum ne quãdo rapiat tunc infernus ⁊
nõ sit qui eripiat. Quintuz est execrandi
cõsortij ꝯiunctio cum subnectitur. qui pa
ratus est diabolo et angelis ei⁹. Sunt enĩ
demones aspectu horribiles. Vñ Bern̄.
sup. Qui habitat. Quid putam⁹ fratres
si alicui vni ex principibus tenebraruz in
medium vestrum irruere et in tota sua fe-
ritate ac tenebrosi corporis enormitate
apparere liceret? Quis illũ vel corpis sen
sus vel cordis sustinere posset. Et Sapĩe
xj. Non enim impossibilis erat omnipo-
tens manus tua immittere illis multitu-
dinez vrsoꝝ aut audaces leones. Aut no
ui generis ignotas bestias ira plenas aut
vaporem igneum spirantes aut odorem
fumi ꝑferentes. Aut horrendas ob oculis
scintillas emittentes quarũ nõ solum lesu
ra poterat illos exterminare. sed et aspe-
ctus ꝑ timorẽ occidere. Sunt etiam actu
crudeles quia ꝓmulgata diuina sententia
quasi leones ferocissimi subito rapiẽt im-
pios ad eternũ suppliciũ. Treñ. j. Omnes
ꝑsecutores eius apprehenderũt eaz inter
angustias. Insup aggrauabũt omnibus
modis penas eorum. Sicut dicit̃ Eccle.
xxxix. Sunt spiritus qui ad vindictã crea
ti sunt et in furore suo cõfirmauerũt tor-
menta sua et tempore cõsummatõnis ef-
fundent virtutem ⁊ furorez eius qui fecit
illos. Sunt deniq; in torquendo infatiga-
biles. quia sicut ad misericordiã nõ cõmo
uentur sic etiam in torquẽdo nõ fatigan-
tur. Quod bene figuratũ est de fornace.
Daniel. iij. vbi dicit̃ Non cessabant mini
stri regis succendere fornacem. ita q̃ ascẽ
debat flamma de fornace cubitis qudra-
gintanouẽ. Et iterũ Apocal. xiiij. dicitur
Q⁹ nõ habent requiem die ac nocte qui
adorauerũt bestiam ⁊ imaginẽ. Ecce q̃ ex
ecrando cõsortio sociabuntur. Quib⁹ vi
dere nihil horribilius audire nihil crude-
lius. sustinere nihil penalius. O quid erit
tunc miseris desperatis cum ab iniuranti
bus vndiq; circumuallabunt̃ acclamanti
bus sibijnuicem vt dicit Bern̄. sup. Qui
habitat. illud verbum insatiabilis gehen
ne. Affer affer. ꝑcute. dilacera. cito inter-
fice. velociter spolia detrahe. Quomodo
exultant venatores capta bestia ⁊ clamãt
tolle infige verubus prunis infer et male
bulientibus impone lebetibus. Hec ille.
Vere dies illa dies ire dies calamitatis
et miserie dies magna et amara valde. A
qua nos ꝓtegat Jesus christus Amẽ.

De septẽplici timore quo cuncta perficiuntur vel omittuntur Sermo. ix.

Timete dominum
omnes sancti eius. quoniaz nihil
deest timentibus eum. p̃s. xxxiij.
Quoniã dicit doctor sanct⁹ scd̃a scd̃e. q.
xix. Initium Sapĩe timor domini. ⁊ hoc
ad effectus sapiẽtie quos operari incipit
quia a timore suam operationẽ inchoat.
Sicut initiuz artis edificatorie est funda
mentuz. quia ibidẽ incipit edificator ope
rari. Et ideo qui nondũ habent dei timo-
rem coram eo stulti reputantur. Nimi
rum cum sapientia mundi huius (que vo-
catur ab apl̃o Jacobo terrena diaboli-
ca) stulticia est apud deum Notanduz a
tamẽ q̃ timor qui datur ꝑ gratiaz gratis
datam est initiuz sapientie. sicut ab extra
ponens dispositionem quandã sapientie
inquantũ scz quis timore pene discedit a
peccato ⁊ facit opera quedã de genere bo
norum. sicut dicit̃ Eccle. j. Timor dñi ex-
pellit peccatũ. et sic abilitatur ad sapien-
tie effectum. Timor vero qui datur per
gratiam gratum facientem est proprie in
itium sapientie ip̃ius sicut primus eius ef
fectus. Quia cum ad sapientiã ꝑtinet q̃
humana vita reguletur et in similitudinẽ
vite christi cõplantetur Vnde dicit doc.
sanctus ibidẽ. q̃ dona spiritussancti quo-
rum primum est timor dei. Sunt quedam

habituales perfectōnes potentiarū ani-
me quib⁹ reddunt̄ bene mobiles a spūsan-
cto. Ad qd̄ requirit̄ ꝙ bene mobile sit mo-
uenti subiectū nō repugnās. quia ex repu-
gnantia mobilis admouēs impedit̄ mot⁹
quā repugnātiā in nobis timor dn̄i remo-
uet inquantū ꝑ ip̄m deum reueremur ⁊ nō
refugimus nos illi subijcere. Cuius timo-
ris ornamentū et argumentū est corā deo
laudabilis verecūdia que timentem humi-
liat ⁊ sui ad displicentiā incitat sicq; gra-
tum deo efficit. quia cor ꝯtritum et humi-
liatū de⁹ nō despiciet. Sic peccantibus fi-
lijs israel cum displicētia cordis ⁊ humili
verecūdia orauit Esdras ad dn̄m dicens
eiusdē p̄mi. ix. Domine deus meus cōfun-
dor ⁊ erubesco leuare faciē meam ad te.
quoniā iniq̄tates nostre multiplicate sunt
sup̄ caput nostrum et creuerūt vsq; ad ce-
lum. Siccine peccatum amaricat ⁊ vere-
cundia mentē deo gratificat. Timete igit̄
dominū oēs ⁊c̄. Ad euidentiā aūt timoris
huius sciendum ꝙ septē genera timoris
assignari possunt que tangunt̄ a doctori-
bus. Quorum primū genus et hoc pessi-
mū dicit̄ seruilis timor. qr dupliciter cōsi-
derari p̄t scz q̄tum ad seruilitatē ⁊ q̄tum
ad substantiā. Ex seruilitate aūt habz ꝙ
malus sit vt dicit Tho. vbi supra. Quia
seru⁹ est qui nō sui causa operat̄ sed quasi
ab extrinseco mot⁹. Quicūq; aūt ex amo-
re aliq̄d facit quasi ex seip̄o operat̄. qr ex
ꝓpria inclinatōne mouet̄ ad operandum.
Et ideo cōtra rōnem seruilitatis est ꝙ ex
amore operetur. et sic in q̄tū seruilis est.
charitati cōtrariatur et simpliciter mal⁹
est. quia obiectum timoris huius est pena
que accidit eo ꝙ bonū cui ꝯtrariat̄ pena
ametur. tanq̄ finis vltimus et ꝑ ꝯsequēs
pena timeatur tanq̄ principale malū. qd̄
nō ꝯtingit in habente charitatē. Et ideo
dicit Gregori⁹. j. moral. Cum quis timo-
re bona adhuc agit a malo penitus nō re-
cessit. quia eo ip̄o peccat quo peccare vel-
let si inulte potuisset. Ex quo patet ꝙ nō
amat iusticiam et ꝙ nō odit culpā sed ca-
uet penā. Et ideo mala que ex timore nō
facit opere. ꝑficit voluntate quod est for-
male ip̄ius peccati. Vnde Aug⁹ sup̄ illud
Cōfige timore tuo carnes meas dicit. Ti-
mor legis seruilis pedagogus precessit in
me qui ad casum ducit sed carnem nō cru-
cifigit. quia viuit peccandi volūtas ⁊ se-
queretur opus nisi penalitas timeretur.
Sicq; refugit malum pene nō malū culpe
respiciens deū sicut principiū inflictiuū
penarum. Porro bona que ex hoc timore
facere videatur corā deo bona non sunt.
nec meritoria. quia dicit Aug⁹ li. scd̄o cō-
tra pelagiū. qd̄ cum timore pene nō amo-
re iusticie fit bonum nondū bene fit bonū.
nec fit in corde quod fieri videtur in ope
quādo mallet homo nō facere si posset im-
pune. Et sic non sunt accepta deo nec me-
ritoria sibi tp̄alis remuneratōis vel eter-
nalis ex cōdigno. licet nullū bonum relin-
quitur a deo irremuneratū saltē tp̄ale re-
muneratōne. Et hic timor ꝓprie correspō-
det amori mercenarij qui diligit et seruit
principaliter ꝓpter retributionē tp̄alem
vel eternalez. hoc aūt timore penituit rex
Achab vt habetur. iij. Re. xxj. vide supra
Secūdo vero ꝯsiderat̄ q̄tū ad substantiā
ꝓut clarius patebit in ꝓcessu. Secundū
vero genus timoris scd̄m malicie locū te-
nens dicitur timor mundanus q̄ ꝓcessum
habet ab amore mundano. Nā amor mū-
danus dicit̄ quo quis ꝓprie innititur mū-
do tanq̄ fini et sic semp̄ est malus. imo dā-
nabilis. et timor mundanus ex hoc amore
nascitur. Illud enim timet homo amitte-
re quod amat. vt dicit Aug⁹ libro. lxxxiij
questionū. Et ideo timor mundanus tāq̄
a mala radice ꝓcedens semp̄ est malus. q̄
scz q̄s adeo timet amissionē tp̄alium rerū
vel bonorum vel fauorū ⁊c̄. ꝙ ꝓpterea de-
uiat a rectitudīe iusticie. vel habet aīm pa-
ratum deuiandi si daretur occasio. anteq̄
sustineret amissionē eorum que diligit. Et
hic quidē timor multa mala facit aliq̄ inor-
dinato amore vrgente. multaq; bona opa
falsificat. ita ꝙ omnia q̄ multi vident̄ in-
tentione recta facere ad diuinum officiū
ꝑtinentia ꝑ affectum cōflant ad cōplacen-
tiaz humani aspectus. scz vt illis placeāt
vl̄ ne illis displiceāt aut īfamie subiaceāt

Quibus ait dñs Isa. xxix. Eo q̄ appro-
pinquat populus iste ore suo & labijs suis
glorificat me, cor aũt eorũ longe est a me.
mandato hominũ. glosa. nõ dei. sequitur.
Quoꝝ sunt opera in tenebris et dicunt.
quis videt nos & quis nouit nos. Isto ti-
more numerauit Joab ad preceptũ da-
uid populũ ꝑ dei mandatũ licet inuit⁹. et
dauid morte vrie ꝓcurauit. Et iudices is-
rael iniuste ꝯdemnauerunt Naboth ex ti-
more Jesabel. Saul quoq̄ penitentiã si-
mulauit ne Samueli displiceret & vitupe-
rio subiaceret. Peccaui inq̄t sed nunc ho
nora me coram populo. O falsa penitentia
O gemminata ſuppbia que nimirũ meruit
eternã suã reprobationẽ. Et quid dicaz?
Nõne timor iste induxit nos ad hãc cala-
mitatem. dum adam ne vxori displiceret
cõtempſit dominicũ preceptũ? O q̄ mul-
ti cottidie vel ob amorẽ placendi vel timo
rem displicendi trabũt ad similia vel ad
peiora. Tertiũ autẽ genus timoris. ter-
cium malicie locum tenẽs est timor huma
nus quo timet amissio alicui⁹ boni corpo
ris scz sanitatis vel fortitudinis vel etiã
membrorũ vel denicq̄ tociꝰ corpis. ꝓpter
que cõseruãda vel ꝑcauenda qs malũ pfi
cit. sicut petrus q̄ ex hoc timore christum
negauit. Et Aaron summus pontifex i le-
ge veteri qui saltem ore licet nõ corde cõ-
sensit vt fabricaret et adoraret vitul⁹ au
reus. Sicut habet Exo. xxij. Sed diceret
quis. Timere ꝑicula aliqua vel corporuz
vel rerũ nõ est peccatũ. quia timor natura
liter ineſt omnibus hominib⁹ quo scz hor-
rent ipaz mortẽ. formidant penas & dam
na similia Qui timor scz ex corrupta na
tura ꝓpter peccatũ homini aduenit cui cor
ruptio medullitus inoleuit tanq̄ esset illi
naturalis & est effectus peccati primi parẽ
tis. qui statim post lapsum vocatus a dño
respondit. Audiui vocem tuã et timui eo
q̄ nudus essem. Et sic videt q̄ qs timore
naturali nõ peccaret. Ad hoc respondet
doctor sanct⁹ vbi supra. q̄ licet quoddã
modo sit naturale q̄ homo timeat istã & ꝓ
posse refugiat. q̄ tñ ꝓpter ista a iusticia re
cedat est cõtra rõnem naturalem. Quia
phus licet gentilis dicit in. iij. ethicoꝝ. q̄
quedã sunt scz ex peccatoꝝ opera ad que
nullo timore aliqs debeat cogi. quia peiꝰ
est homini illa cõmittere q̄ penas quascũ
q̄ pati. In cuius argumentũ dicit dñs i
euangelio suis electis. Dico aũt vobis a-
micis meis ne terreamini ab his qui occi
dunt corpus et post hoc nõ habent ampli
us q̄d faciãt. Ostendã aũt vobis quem ti
meatis. Timete eum qui postq̄ occiderit
corpus habet potestatẽ mittere in geben-
nam ita dico vobis hunc timete. Cuius cõ
silium audiẽtes sancti martires fide vice
runt regna. et ad denincendum hũc timo
rem vltro se passionibus tradiderũt. Nã
ludibria & verbera insup et vincula &c. ꝑ
totum. in occisionẽ gladij mortui sunt. ex-
coriati sunt scientes. quia nõ sunt ꝺdigne
passiones tpis huius ad futurã gloriaz q̄
reuelabitur in nobis. De quibus omĩbus
canit ecclesia. Isti sunt q̄ venerũt ex ma-
gna tribulatõne & lauerunt stolas &c.
Quartũ ꝓpriũ genus timoris est indiffe-
rens quod dicit timor naturalis. Et ẽ na-
turalis passio que oritur ex naturali timo
re quo naturaliter quilibet timet quodli-
bet nocumentũ vel incomodũ in cõcurren
tibus timet inq̄ quodlibet comodũ amit-
tere. Et hoc timore ꝓprie nec demeremur
qz nõ subiacet libero arbitrio nisi quãdo
quis se haberet irrationabiliter circa illũ
quia nõ est malum timere ꝑicula vel amis-
sionum corporũ vel rerum nisi quando ti-
mor esset inordinatus et duceret ad illici
ta. et tunc ꝓprie nõ dicitur timor natura-
lis sed diceretur timor humanꝰ q̄tum ad
incomoda et pericula corporis. vel dicit
timor mundanus q̄tum ad amissionẽ re-
ruz temporaliũ vel fauoruz vel honorũ &c.
Hunc timorem scz naturalem dñs Jesus
in sua passione in forma pusillor ꝺignat⁹
est sustinere q̄ fuerat adeo cordialit agita
tus. q̄ pre illius angustia sudorẽ sangui-
neum sudaret. nec tamẽ in aliquo sue vo-
luntatis et charitatis impetum ad huma
nã salutẽ ꝓficiẽdã retardauit. quo minus

188

ad tam horribilē mortē festinaret. Unde
vt infirmis mēbris ostēderet esse licitum
hunc timorē in euāgelio dixit. Et si vos ꝑ
secuti fuerint ī vna ciuitate fugite in aliā.
Qđ ꝯplectens paulus primus heremita
visa tam immani crudelitate que fideli-
bus inferebatur. hmōi timore impulsus fu
gam iniit et desertū petiit ubi ꝓ christi a-
more penurias incredibiles passus ē. Vi
dit enī tormēta martirū precipue duos in
agone mirabili cōstitutos. Unū nāq; vi-
dit in toto corpore nudo melle ꝑunctū et
sic apibus in feruore solis expositū. Alte
rū vero sub arbore frondosa suꝑ lectū de-
licatū totū cōtrectationibus meretricum
expositū. qui hoc cernēs ⁊ ꝓprie ꝯstantie
nō ꝯfidens potius elegit in heremo penu
riis corporalibus se exponere. quē secuti
sunt innumerabiles patres. De quibus di
cit paulus. Circuierūt in melotis in pelli-
bus caprinis egentes angustiati afflicti in
solitudinibus errātes in montib⁹ in spelū
cis ⁊ in cauernis terre. quib⁹ dignus non
erat mundus. Nimirum cum de eis scri-
bit Crisosto. Si q̄s nunc venit ad egipti
solitudinem paradiso prorsus omnem il-
lum heremū videbit digniorē. et innume-
rabiles angeloꝝ cetus in corporibus ful-
gere mortalib⁹. Quintū itaq; genus ti
moris est initiū nostre salutis qui dicitur
timor initialis. qꝛ est illorū qui iā incipiūt
cōuerti ad dn̄m quos ad verā sapientiaꝫ
dn̄s initiat. Dn̄ Bern̄. suꝑ Cātica. in ser
mone. xxij. dicit Nō immerito dicitur hic
timor sapīe initiū. qꝛ se prīo opponit pesti
insipiētie. Et sequit̄. In veritate didici
nihil esse eque efficax ad gratiā ꝓmerēdā
retinendā recuperandā q̄ si omni tpe in-
ueniaris corā deo nō altū sapere sed time
re. Porro timor iste mediū tenet inter ti-
morē seruilem et filialē ab vtroq; partem
recipiens. Hinc etiā semꝑ respectū habet
duplicē in bonis q̄ agit vel in malis q̄ di-
mittit. Nam timor seruilis hūc timorē in
ducit sicut zeta filū. et ideo adhuc habet ⁊
retinet de timore seruili adiunctū. scꝫ sub
stantiam eius q̄ manet etiā cuꝫ charitate

seruilitate remota. Est aūt seruilitas que
mouetur ad malū precauendū nō motu ꝓ
prio sed alieno vt dictū est. id est principa
liter ꝓpter penā precauendā sic iste penā
timet nō ꝓpter illā precauendā tn̄ princi
paliter peccatū dimittit sed secundarie.
Habꝫ etiā adiunctū actū ei⁹ q̄ etiā manet
in charitate imꝑfecta. qꝛ nō solū mouetur
ad bene agendū. A timore vero filiali re-
cipit q̄ timet diuinā offensam ⁊ indigna-
tionē. et hoc est principale ꝓpter quod vel
mala dimittit vel bona ꝑficit et sic ꝑnci-
paliter aspectū ad deū dirigit secundario
vero ad pena. Illud igit̄ qđ respicit pe-
nam charitas abiicit. qꝛ charitas ꝑfecta
talē timorē tanq̄ inutilē foras mittit. qꝛ
ꝑtem illā habet a timore seruili. cuius ser-
uilitas a charitate dn̄ante tollit̄ totaliter
licet ꝑm substantiā manet timor pene qui
nihilominus diminuit̄ crescēte charitate
q̄tum ad actū maxime. ⁊ etiā q̄tū ad sub
stantiā. Quia q̄tomagis q̄s diligit deum
tāto minus diligit seip̄m. q̄to minus aūt
diligit se. tāto minus timet penā. tū quia
minus attendit ad ꝓpriū comodū siue bo
num cui cōtrariat̄ pena. tuꝫ etiā qꝛ seip̄m
despiciens vt deo inhereat magis ꝯfidit
de bonitate diuina ⁊ de futuro p̄mio et ꝑ
cōsequens minus timet de pena. Nam ni
mius timor futuri iudicij vel inferni origi
nem sumit ex nimio amore sui qui timoreꝫ
pene causat ex minori amore dei. qui cōfi-
dentiā plenā sue bonitatꝫ nō amministrat
Nā q̄to plus deū diligim⁹ tanto plus in
eo cōfidimus. Hunc aūt timorē initialem
requirebat dn̄s a filijs israel adhuc rudi-
bus. Deutro. x. dicēs. Et nūc israel quid
dn̄s de⁹ tuus petit ate nisi vt timeas do-
minū deū tuū. Duob⁹ igit̄ motoribus im-
pellitur hic timor qui respicit pene maluꝫ
qđ refugit̄ malū culpe qđ abicit ne diuine
misericordie ⁊ amicicie expers sit. Qui ti
mor pulchre figurat⁹ ostensus ē in Raab
meretrice Josue. ij. Nā irruēte terrore fi
lioꝝ israel in om̄es habitatores Jericho
sola Raab exploratores recepit ⁊ abscon
dit ⁊ timore cōpulsa faciēs de necessitate

virtutem ad dñm cõuertit se faciẽs misericordiã cũ seruis vt ⁊ ip̃a misericordiã inuenire mereret̃. Et qꝛ plena affectu hoc egerat nõ solũ viua seruari meruit cũ suis sed etiã ad iudaismũ ꝯuersa p̃ncipi nobilioris trib⁹ scꝫ iuda matrimonio ꝯiũcta fuit q̃ dicebat̃ salmon. Vñ ⁊ in genealogia christi poni meruit. Salmon inq̃t genuit Booz d̃ raab. Sextũ vero gen⁹ timoris adducit ad vite ꝑfectionẽ q̃ dicit̃ timor filialis. Et bene quidẽ dicit̃ filialis. qꝛ per charitatis amorẽ de⁹ talẽ amorẽ habẽtiũ pater efficit̃. Sicut dicit apl̃s ad Ro. viij Accepistis spiritũ adoptõis ĩ quo clamamus abba pater. Vñ ⁊ ab eis colit̃ vt dilectus pater cui potissime debet̃ timor et reuerentia q̃ in nobis declaret ꝓmpta in oĩb⁹ obediẽtia. Sicut ait dauid. Paratũ cor meũ de⁹ paratũ cor meũ. qꝛ ꝑ talem timorẽ omnino se subicit spũi sancto. ⁊ ĩ nullo repugnat ꝓut est possibile in via. De q̃ etiã dicit Gilbertus poretanus. Quid timor ille filialis nisi amor esse conat̃ et timor pene esse desinit. qꝛ oẽm timorẽ habẽtem penã excludit? vt idẽ etiã dicit super cant̃. ser. xviij. Quid enĩ timebit charitas veteres offensas qꝛ oꝑit multitudinẽ ꝓeccatoꝝ? Quid igit̃ infirmitatẽ ꝯsciẽtie. qꝛ fortis ẽ vt mors dilectio? Quid igit̃ tꝑales molestias finibiles. cũ nec si eterne fuerint euanescere potuit dilectio ꝯsummata Naꝫ nõ amat charitas ne ꝑeat sꝫ magis vult foris in eternũ ꝑire penaliter. q̃ꝫ ꝓuari vsu amoris intimi eternaliter. Sic igit̃ foras mittit timorẽ inutilẽ q̃ penã habꝫ sꝫ nõ timorẽ sanctũ q̃ nascit̃ de plenitudine charitatis. Est enĩ timor iste votiua subiectio q̃dã obediẽtia nõ coacta. ⁊ vltro reuerẽtia ĩpẽsa Nõ igit̃ penã gignit sed dulcedinẽ. Jux̃ illud. Quaꝫ magna multitudo dulcedĩs tue dñe ⁊c̃. Et hũc timorẽ videt̃ habuisse Judith vidua q̃ vt dicit̃ Judith. viij. ꝙ timebat deũ valde. ita ꝙ viro mortuo licet esset p̃dita diuitijs grata familijs inuẽtutẽ elegãtia forme spretis tñ oĩb⁹ mũdi pompis fecit sibi secretũ cubiculũ ĩ sup̃ioribꝰ ꝑtibus domus sue vbi cũ puellis suis clausa morabat̃. iugiter insistens orõib⁹. habẽsq̃ sup̃ lũbos suos ciliciũ. ieiunãs oĩbus dieb⁹ vite p̃ter sabbata ⁊ neomenias ⁊ festa dom⁹ israel. Septimũ deniq̃ gen⁹ timoris raro ꝑfecte experit̃ sed ab oĩb⁹ spũalib⁹ colit̃ q̃ dicitur timor castus. Et licet a q̃busdã timor filialis ⁊ castus ꝓ eodẽ ꝓnit̃. iste tñ plus aliquid ꝑfectõis habet. Dicit̃ enĩ castus methaforice inq̃tũ scꝫ de⁹ est sponsus aĩarũ nostrarũ. Sicut dicit apl̃s. ij. Corĩth. xj. Despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere xp̃o. Sed ab ip̃is de⁹ ꝓprie colitur vt sponsus qui purũ amorẽ req̃rit quo sic inebriat̃ vt maiestatẽ nõ cogitat. Vis audire sponsam ad hũc timorẽ aspirantem. Osculet̃ inq̃t me osculo oris sui. qꝛ talis timor in via ꝓprie nõ exꝑitur nisi qñ spirit⁹ human⁹ ꝑ raptũ vel diuinũ tractũ immediate diuino spũi ꝯiungit̃ aut a spiritu diuino poti⁹ absorbet̃. sed in futuro timor castus ab oĩb⁹ colitur. qꝛ tĩor dñi sanct⁹ ꝑmanet ĩ seculũ seculi qꝛ sic ibi reuerẽtia diuina colit̃ vt tñ nulla libertas diuine familiaritatis minuatur. Quod nobis exꝑiri cõcedat Jesus christus Amen.

De pnĩa que propter quinq̃ causas est accelerãda. et vtrũ in extremis facta sit vera. Ser. x.

Progenies viperarũ. Quis mõstrauit vobis fugere a vẽtura ira. facite igit̃ dignũ fructũ pnĩe. Math. iij. Ad euidẽtiã hui⁹ thematis sciẽdũ ꝙ inter iudeos erãt tres secte. Vna erat bona cui⁹ cultores vocabãtur esse y q̃ fere in oĩb⁹ monasticã vitã ducebãt. Quoꝝ vitã describit magister ĩ histo. sup̃ hũc locũ euãgelistaꝝ. Due vero secte phariseoꝝ ⁊ zaduceoruꝫ ficte erãt. Et q̃tũ ad apparẽtiã hoĩm religiose q̃tũ v̄o ab intra ypocrisi plene. Sicuti ait domin⁹ Math. xxiij. De vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite q̃ mũdatis qd̃ deforis est calicꝫ et parapsidis Int⁹ aũt estis pleni ypocrisi ⁊ iniq̃tate. Et hi q̃dẽ pharisei ⁊ zaducei simulatorie ficte ⁊ insidiose veniebant ad baptismũ Joh̃is vt sic hoĩb⁹ magis religiosi viderent̃ sicut etiã refert Josephus

in libro antiquitatū. xix. Johānes vero ad se venientiū phariseoꝝ ⁊ zaduceoꝝ vicia cōfidenter arguebat dicēs. Progenies viperarū ⁊c. Quia venenū erroris et ypocrisis a suis genitoribus ꝓtraxerunt. Quis inq̄t vobis ministrauit fugere a vētura ira q̄si diceret. Licet falsitas vestra lateat a ꝯspectu ꝓpli. tñ in iudicio dei latere nō poterit. qꝛ tūc erūt manifesta abscōdita cordis. Facite igit̄ dignū fructū pnīe id est nō fictū. nō dimidiatū. nō opib⁹ viciosis coinquinatū. Alioq̄n vnus est edificās ⁊ vni destruēs. quid ꝓdest vtrisq̄ nisi labor? Et q̄ lauat̄ a mortuo et si tangit mortuū. q̄d ꝓdest lauatio ei⁹? Progenies igit̄ viperarū ⁊c. Ad intellectū hui⁹ thematis q̄ri p̄t. Vtrū q̄s ꝑ se satisfacere p̄t ꝓ peccato sine gratia dei. p̄sertim cū nulla iusticia exigit ab aliquo supra posse ei⁹. Si igit̄ nō habꝫ potentiā satisfaciēdi sup̄ potentiā suā tūc summa iusticia nō exigit ab eo vt satisfaciet ꝓ pctō nisi ſm potentiā. sed q̄d est in sua potētia hoc satisfacere p̄t q̄tū exigit diuina potētia. Ad h̄ respōdet Alex. de hal. in suo tercio. di. p̄ma q̄ hō non p̄t ꝑ se satisfacere sine dono gr̄e dei. Nā q̄n ꝯfugit ad deū faciēdo q̄d in se est licet de⁹ dat ei gratiā hoc tñ non est ex dignitate hoīs q̄d in se ē faciētis sed ex liberalitate summe bonitatis gratiā suā cōmunicātis. et sic satisfacere p̄t nō ex seip̄o sed ex gratia sibi collata. Dū igit̄ obijcit̄ q̄ deus nō req̄rit a creatura sup̄ posse. dicendū q̄ duplex est posse. scꝫ posse potentia actiua ⁊ susceptiua. Nō ergo de⁹ exigit vltra posse potentia susceptiua. posset enī gr̄a suscipe q̄diu viuit qua suscepta hꝫ potestatē satisfaciēdi de peccatis. Rō vero quare sine gr̄a satisfacere nō p̄t. qꝛ offēsa dei excedit oēm creaturā. Q̄d Anshel. in li. Cur deus homo. declarās ait. Considerās actionē malā leuissimū quoddā in se video. sed cū intueor cū sit ꝯtrariū volūtati dei grauissimū damnū ⁊ nulli damno cōꝑabili intelligo. Et sic offensa ei⁹ excedit oēm creaturā. ita q̄ nulla creatura satisfacere p̄t ꝓ illa. Hinc q̄rit Ans. a discipulo ibidē dicēs. Quid reddes deo ꝓ peccato? Et ille rñdit. Penitentiā cor cōtritum abstinētias ⁊ hmōi. Tūc Anl. In oībus his nō reddis ei q̄d non debeas ante pctm̄ rōne creatōis tue ⁊ boni q̄d accepisti a deo. Homo enī ⁊ si nō peccasset se totum deberet. et quicq̄d facere posset. ⁊ ergo nō deberēt in satisfactionē ꝯputari ea q̄ ante peccatū debebant̄. Agite igitur dignos fructus pnīe nō differendo de die in diē. qꝛ dicit dñs Luc. xij. Estote parati qꝛ hora qua nō putatis fili⁹ hoīs veniet. Et hec quidā pnīa accelerāda est ꝓpter q̄nq̄ Primo qꝛ nihil certi⁹ morte. ita nihil incerti⁹ mortis hora. Vigilate inquit quia nescitis diē neq̄ horā q̄n scꝫ vētur⁹ est dominus mane an sero. vel media nocte aut subitanea morte. Quia ſm Grego. Qui penitēti spospōdit veniā. adhuc peccanti diē crastinū nō ꝓmisit. Hinc dicit Aug⁹. de verbis dñi. q̄ audacior ē q̄ cū vno peccato mortali dormit. q̄ q̄ cū septē hostib⁹ de morte sua inuicē obligatis ꝯfligit. In sup̄ timere debet ne tp̄s merēdi ab ordinatōne diuina sibi p̄fixū aīo in vicijs obstinato ꝑtrāseat. Quia vt dicit Bonauēura super. ij. dis. vij. Postq̄ hoc factū fuerit q̄tumcūq̄ doluerit nō p̄t bonā voluntatem reacquirere ⁊ exēplificat de peccato iude Secūdo q̄ pnīa in extremis est valde incerta. Vñ querit Scot⁹ sup. iiij. dist. xx. Vtrū pnīa in extremis valeat ad salutez p̄sertim cū ꝑiculosum est interim mortivicinū ꝓtrahere pnīe remediū. Quia dicit Aug⁹. in ser. de innocētib⁹. q̄ hac animaduersione ꝑcutit̄ peccator vt moriēs obliuiscat̄ sui q̄ dū viueret oblit⁹ est dei. Ad cui⁹ responsionē ponit duas cōclusiones. quarū prima est. Q⁹ vera penitentia siue sit sola interior vel exterior cū susceptōne penitētie sacramēti sufficit ad salutē peccatoꝝ in extremis. Quia ſm Aug⁹. deus semꝑ potēs est etiā in mortē remittere q̄bus placet ⁊ p̄miare quos placet. Cū ergo opus sit nō hoīs sed dei fructifera penitētia. deus eā inspirare p̄t q̄ncūq̄ vult sua mīa. In cui⁹ argumentū multū fuit sera latronis penitētia ⁊ tñ nō fuit sera eius indulgētia. Secūda ꝯclusio est ista. q̄ pe-

nitentia que videt̃ haberi in extremis vix sit vera penitẽtia sufficiẽs ad salutẽ. qõ ꝓbatur quatuor rõnibus. Prima est. quia tunc impedit̃ vsus libere rõnis ⁊ volũtatis ex timore ⁊ honore inherentibus. Et loquit̃ de tali qui ex euidentib⁹ causis iudicand⁹ morti est. primus ꝑm causas inferiores operãtes vt in pluribus vtpote in infirmitate qñ iã attingit gradũ desperatum iudicio medicor vel in alijs ꝑiculis vtpote submersione vulneratõe vel hmõi quib⁹ statim imminet mors. In istis enim vel maximus dolor in ꝑte sensiua vel maximus timor ⁊ vtracꝫ passio vehemens nata est impedire liberum vsum intellectus et volũtatis. Quia dicit Albert⁹ magn⁹ ꝙ vna potẽtia existẽte in actu. alie minus possunt. Ibi ergo tact⁹ maxime patit̃ in infirmitate ⁊ dolore corꝑis quare intellectus min⁹ ꝑt iudicare de ꝑteritis. Actus inde displicentie de peccatis ad hoc vt sit sufficiens ad veram penitentiã siue intrinsecum solam siue ad dignã susceptiõr sacramenti penitẽtie requirit liberũ vsum intellectus et volũtatis. Et si dicas ꝙ dolor vel timor qui inest non totaliter impedit intellectũ ⁊ voluntatẽ. Cõcedo multũ tñ impedit ⁊ ꝙ cõsequens remissius dolor cordis haberi ꝑt q̃ vix sufficit ad sufficientem displicentiã ad veram penitentiã requisitam. Et hanc rationẽ tangit Aug⁹. in litera libri sententiarũ dicens. Cum sera venit penitẽtia quãdo cruciatus ligat membra et dolor sensuum opprimit vt vix homo aliquid cogitare valeat. Secunda ratio est quia ad hoc ꝙ displicẽtia valeat ⁊ ordinata sit oportꝫ ꝙ sit debite circumstãtionata ꝓsertim circumstãtia finis ⁊ principij actui scz vt sit voluntaria et sic ꝓpter deum. Sed difficile est tunc actum suum habere sic circumstantionat̃. tum quia qui fuit vsqꝫ tunc impenitẽs nõ videtur tunc extorquere a seipo nouã displicentiam nisi timore pene imminentis. Presumitur enim ꝙ si remotus esset a pena sicut prius. nõ extorqueret a se talem displicentiam sicut nec prius. Tum quia aliquid simpliciter inuoluntarium videt̃ esse causa talis displicentie. Illa autẽ est inuoluntaria. Et ꝙ non sit nisi ex suppositione cuiusdaz inuoluti non est simpliciter voluntarium. Sicut nõ omnino voluntarie ꝓiicit quis merces in mari quo nõ ꝓiicit nisi ex suppositõne finis scilicet ꝓiicitationis. Et hanc rationem tangit Aug⁹ in litera vbi supra dicens. Oportet nõ solum timere iudicem sed etiam diligere. Ait bitq̃ enim libertatẽ querit vt delere possit cõmissa nõ necessitatem. charitatẽ nõ timorem. Sicut vt dicit Albertus magn⁹ Karum est ꝙ quis peniteat in fine vite ex amore. Tercia ratio est. quia habitus malus vsqꝫ tunc continuatus multum retrahit ab actu penitentie. Quod innuit dñs Jeremie. xiij. dicens. Si mutare potest ethiops pellem suam et pardus varietatẽ suam ⁊ vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Hinc dicit Augstin⁹ super illud Johãnis. xiij. Maiora horum faciet. ꝙ maius opus est ꝙ impio fiat iustus q̃ꝫ creare celum et terram. nimiruz cum cõsuetudo est altera natura. Et ideo difficile est cõsuera relinquere. Quã etiã rõem tangit Aug⁹ in litera vbi supra dicens. Cum filij q̃s illicite dilexit sunt ꝓsentes vxor. et mundus ad se vocet multos. solet penitentia serotina detineri.

Sed intellige hec delectabilia esse ꝓsentia in se vel in fantasmatibus vehementer impressis. Et siue sic vel sic ex vehemẽtia habitus continuati multuz inclinat ad se inordinate amãda ⁊ ꝓsequẽs magnã difficultatem ad habendaz magnã displicentiam de eis. Quarta denicꝫ rõ est. qz q̃to minus q̃s est dñs sui actus. tanto requiritur intensior displicentia ad hoc vt sit dispositio sufficiens ad deletionez culpe. Iste autez minus est dominus qz nullo modo est dominus actus exterioris ad peccandũ. Requirit igit̃ ad districtã iusticiam intensior motus displicentie ad iustificationem istius q̃ꝫ ad iustificationem sani q̃ vix eque intensum haberi ꝑt. Et hanc rationẽ etiã tangit Aug⁹. in litera dicẽs.

Age penitentiaz dum sanus es. si sic agis
securus es. Si vis agere penitentiā qñ iā
peccare non potes. peccata te dimittunt
nō tu illa. Vel ad minus nō tā libere illa
dimittis sicut ille san⁹. et iō q̄tū deficit in
te delibertate tm̄ ſm rigorē requirit̄ a te
motus intēsior displicētie. q̄ vix vel nūq̄
habere poterī. Et iō ꝯcludit Aug⁹. ꝙ ma
gnū est cui deus tūc inspirat si q̄s est verā
penitentiā. qr vix vel nunq̄ est aliq̄s q̄ de
ꝯgruo dispositōnē habeat vt sibi inspiret̄.
Hinc Iero. in obitu. Forte q̄s mihi dicat
ꝙ vir q̄ toto tp̄e quo vixerit malefecerit ī
mortis articulo accepta pnīa veniā obti-
nebit. Heu q̄ vana suspicatio ⁊ falsa me-
ditatio vix decentū milib⁹ hoīm quorum
mala sp̄ fuit vita meret̄ indulgentiā a deo
habere vn⁹. Sequit̄. Quō acceptā a deo
accipit penitētiā quā nō accipet si adhuc
se sanari posse crederet. ¶ Tercio p̄ncipa
liter ē accelerāda pnīa. qr ſm Grego. pec
catū qd̄ p̄ penitentiā nō delet̄ mox suo pō
dere ad aliud trahit. ita ꝙ postmodū mi-
n⁹ a peccatis resurgere p̄t faciēs cottidie
dietā vnā ad eternā damnatōez. Hinc le
git̄ Genes. iiij. inq̄siuisse dn̄m ab adā cum
peccasset vbi esset ad significandū ꝙ pec-
cator debet ꝯsiderare vbi sit an scz in sta-
tu salutis vel dānatōis. vt ꝯsideratis pi-
culis ꝯcito cōuertat̄ cū p̄s. dicēte. Cogi-
taui vias meas. ⁊ cōuerti pedes meos in
testimonia tua. nimirū cū alibi debite pō-
derauit pond⁹ pctōꝝ suoꝝ dicēs. Qm̄ in-
iquitates mee supgresse sunt caput meū.
ita ꝙ licz rō ꝯtradicat tn̄ sensualitas ⁊ in
ueterata ꝯsuetudo vicioꝝ p̄ualeat. Et sic
sicut onus graue ꝓpter reluctationē ꝯsciē
tie grauate sunt sup̄ me. Putruerūt ⁊ cor
rupte sunt cicatrices mee. scz veterū deli-
ctoꝝ ꝓpt̄ detestabilē recidiuatōz. a facie
insipiētie mee. ¶ Quarto p̄ncipaliter ac-
celerāda est pnīa. qr licz in agone q̄s cōsti
tutus pnīam verā egerit ⁊ indulgentiā a
dn̄o suscepit. maxīe tn̄ satisfactōnis pena
remanet. ⁊ iō diutissime ī purgatorio pur
gand⁹ erit. q̄ in tp̄e breui p̄solui potuisset
ita ꝙ illa purgatōis pena cunctā pn̄tis
tp̄is penā ⁊ penalitatē. tā in tp̄is ꝓlixita
te q̄ in penarū acerbitate inestimabiliter
excedit. Et iō bonū signū diuine ē mīe hic
multas pati miserias ⁊ aduersitates cor-
porales tp̄ales ⁊ sp̄ūales. Qr ſm Grego.
misericorditer adhibet deus tp̄alē seueri-
tatē ne ineternū inferat vltionē. Vn̄ qui-
dam sentire vident̄ ꝙ ſm merā diuinā iu
sticiā ꝙ q̄s tot annis in purgatorio puni-
re deberet ꝓ satisfactōne vni⁹ pctī morta
lis quot sunt dies in septē annis vt sicut
in pn̄ti ſm verā iusticiā ꝓ vno pctō morta
li pnīa septē annis iniūgi deberet. vt dici
tur in decretī. xxxiij. q. ij. hoc ip̄m. Sic in
nisi quis locutus est ab eo qui traxit eum ad ludum. Talis enī nō est dignus amissa recipere. Nec tamē est illi licituz retinere tali iure positiuo durante sed debet de eo elemosinā facere Dici etiā potest turpe lucrum quod lucratur quis cōtempto diuino mandato scz in violatōe sabbati in mēdacijs. periurijs ⁊ similibus. et de taliter acquisitis ait dñs Luce. vj. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Aliq̄d etiam dicit̄ turpius lucruz quod acquirit̄ de meretricio lenocinio ⁊ similib⁹. Quod dicitur turpius lucrum. quia tales ꝓpter aliquod lucrum sustinent vt obprobrio habeantur. vt dicit ph̄s. iiij. ethicoꝝ. Et de hoc lucro potest fieri elemosina nō tamen de hoc potest fieri sacrificium deo. nec oblatio publica fieri potest ad altare. tum ꝓpter abhominationē sceleris. tum ꝓpter scandalum aliorum. tum etiā ꝓpter reuerentiaz sacramentorū. Unde dicit Alex. de halis in. ij. parte summe ꝙ talis oblatō recipi nō debet ad altare vt sic ꝓpter ruborem cicius cōuertatur et ne crederet ꝑ oblationem huiusmodi deo et ecclesie satisfecisse. Aliud enim dicitur lucrum turpissimum eo ꝙ turpissime per symoniā acquiritur per quā aliquis iniuriaz facit spiritui sancto ꝙ ꝓchpudor cottidie temporibus hodiernis cōtingit in acquirendis beneficijs. in emendis ⁊ vendendis sacramentis ⁊ sacramentalibus. in ponendis filijs et filiab⁹ in monasterijs. Unde ꝓpter turpitudinē facti nec dans recipere potest ne recipiens retinere. Secūdo principaliter est aliquid principaliter inique acquisitum iniuste retentum sicut acquisituz ex furto rapina vsura mutuo fraude ⁊ similibus. Et de talibus non potest fieri elemosina nisi ignoretur. cui vel quibus facta ē restitutio facienda. Unde Prouerb. xxj. Hostie impiorum abhominabiles que offeruntur ex scelere Quod tripliciter intelligi potest. Primo ex parte indiscretōnis cum scz immoderate fuerit. Unde Iero. De rapina deo sacrificium offert qui de necessarijs corpori aliquid sibi subtrahit et seip̄m cōsumit vtpote sunt ieiunia. vigilie. discipline. cilicia. elemosine. labores. orationes immoderate. et similia. Secundo ex parte intensionis offerentis scz qñ tribuit. Nec tamē culpa deserit sed poti⁹ plerunqꝫ ꝑmanens in culpa ꝓpter suaz oblationem cōfidit de venia ⁊ quiescit in spe perniciosa. Tercio deniqꝫ ex ꝑte vilis cōditionis in oblato quod est indignum oblatione vel iniustū est. Eccle. xxxiiij. Qui offert sacrificium de substantia pauperuz quasi qui victimat filium in cōspectu patris sui. Tercio principaliter aliquid honeste et iuste acquisitum et retentum. Et de hoc elemosinā facere licitum est et sanctuz. Prouer. iij. Honora dominū de tua substantia et de primitijs omniuz frugum tuorum et replebuntur horrea tua vino ⁊ saturitate torcularia redundabunt. Ad laudem dei Amen.

De elemosina efficacia et quō illam sub potestate constitui facere possunt. Sermo. xv.

Facite ergo dignū fructū penitētie Math. iij. Ad ostendēdū autē ꝙ elemosina debito modo distributa exhibet fructum penitentie dignum. Notandum est ꝙ quis offenso tribus modis se recōciliat scz per penam quā sustinet. vel per aliquā rem exteriorem quam donat aut per intercessores quos sibi ꝓcurat. Et hec tria per elemosinam facit homo ad reconciliandū se deo. Nam primo per eam se punit subtrahens sibi substantiam corporalē. Secundo largitur illam deo quia dat pauperibus. De quibus ait dominus. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Et si quidē dat intentione subleuandi necessitatē ꝓximi tunc est opus misericordie quod pertinet ad meritum vite. Si vero dat intentōne recōpensandi pro debito offense diuine tunc est opus iusticie quod pertinet ad de

falcationē pene. Tercio mittit intercessores ad rogandū p eo. q; pauperes pro elemosinam tribuentibus exorare tenentur. Ceterum multum cōfert ad gratificatōez elemosine coram deo cuz datur ex intima cōpassione. Nam licet cōpassio cōsubstantialis est ipi elemosine. vnus tamē maiorem habet cōpassionem q̄z alius ⁊ sic semper erit maioris meriti. Nunq̄ tamē dat sine cōpassione elemosina. quia tunc non essz ppie elemosina. Sed diceret aliquis Multi sunt qui nihilomin⁹ patiuntur misero cum dant tamē ppter deum. Ad hoc respōdet Albertus magn⁹ sup. iiij. di. xv. q̄ sicut duplex est dolor penitētie sc̄z sensibilis ⁊ rōnalis sic etiam dicendū videtur de cōpassione. Voluntas enim cōpatiendi cōpassio spiritualis est. eo q̄ ex cōplexione quidam cōpassionez sensibilem vix sentire possunt intuendo miserias ꝓximi. Ex tali igitur cōpassione voluntatis semper ꝓcedit elemosina. et est formale ipius tanq̄ meriti ad augendam gloriam vel delendam penā. Quante nanq̄ sit efficacie elemosinarum frequens largitio ostendit Thobias filio suo. iiij. capitulo dicens. Elemosina ab omni peccato et a morte liberat ⁊ non patietur animam ire in tenebras. Unde si homo est in mortali tunc elemosina liberat eum primo disponendo eum ad gratiam recuperandaz. q; p hoc q̄ existens in mortali ⁊ operib⁹ pietatis vacat se disponit ad gratiam vt nō facile ꝑmittatur in perditionē ire. Secō impediendo futurum peccatū ⁊ cōfirmando ad bonum. Eccle. iij. Ignem ardentē aqua extinguit ⁊ elemosina resistit peccatis Merito peccatum igni cōparat ⁊ elemosina aque. quia sicut ignis cōsumit omnia et sola aqua extīguit. sic peccatū cōsumit omnia bona gratuita. et sola gratia expellitur que potissime per opera charitatis ⁊ pietatis acquiritur. Resistit inq̄ elemosina peccatis ne multiplicentur et crescant peccatum enī ad peccatum trahit. et abissus abissum inuocat. Si vero homo est in veniali peccato tunc veniale impedit ne faciliter ad mortale trahere possit. Unde Eccl. xvij ⁊ xxix. Elemosina viro quasi saculus cum ipo et gratiam hominis quasi pupillam cōseruabit. Sicut enim solicitudine quadam omnia membra pro pupilla opponim⁹ cōseruanda. sic elemosina quādam solicitudinē gratiam cōseruandi meretur et omnia exponendi ꝓ gratia cōseruanda. Insuper ⁊ elemosina mundat omnia crimina. sicut dicit dominus Lu. xj. Quod superest date elemosinam ⁊ omnia munda sunt vobis. Et hoc triplici ratiōe Prima est quia elemosina est opus pietatis que scōm Apl'm ꝑme ad Corinth̄. iij. ad omnia valet promissionem habens vite que nunc est et future. Secunda ratio est quia elemosina ordinatur recte cōtra omnium malorum radicem sc̄z cōtra cupiditatem que est radix omnium malorum. vt dicitur ꝑme Thymo. sexto. Quia sicut radix prestat fomentuz omnibus partibus arboris. sic diuitie cum cupiditate posseſſe omnibus peccatis. Tercia quia elemosina sibi plura imo omnia sibi cōquirit adiutoria ad mundandam animam a peccatis adiuuantia. Nam primo obligat deum qui in celis est cuius intuitu omnia dantur. Obligat secundo pauperes in hoc mundo recipientes elemosinaz ad orandum pro eo que dedit. Obligat tercio animas existentes in purgatorio pro quibus dantur elemosine vt postea liberate orent pro eas dantibus. Obligat quarto quoddammō omnes sanctos in celo quorum leticiam deliberatione animarum ex purgatorio accelerauit. Denicq̄ orat et ipamet elemosina pro eo sicut dicitur Ecclesiastic̄. xxix. Conclude elemosinam in sinu pauperis ⁊ ipa pro te exorabit ab omni malo Ad maiorem igitur euidentiaz queri potest. quis posset elemosinam face

re. et videtur q̄ omnes. quia vt habetur in decretis. lxxxvj. distinc. ca. Non satis bene velle sed etiã bene velle facere. Nec iterum est satis benefacere nisi ex bona fronte procedat hoc est ex voluntate bona proficiscatur. Sequitur grandis culpa si sciente te fidelis egeat si scias eum sine sumptu esse famem tollerare. erumnas perpeti qui præsertim egere erubescit si in causam ceciderit aut captiuitatis filiorum suorum aut calumnie et nisi adiues. Et vt nullus excusationem prætendat omnes ad hoc obligatos esse magis specificat dicens ibidem. §. pulchra liberalitas. Alia officiorum precepta ꝓpria sunt singulorum. Miseri cõmunis est vsus. ideo cõmunem preceptum omnibus officijs. omnibus etatibus necessaria et omnibus deferenda. Non publicanus nõ miles excipitur. non agricola. non vidua nus. non diues pauper. omnes in cõmuni ammonentur vt cõferant non habenti.

Miserico2dia enim plenitudo virtutũ est et ideo omnibus est proposita perfecte forma virtutis ne vestimentis alimentisq̄ suis parcant. Decibi. Ad hoc respondet Richard9 super. iiij. distinctione. xv. Q9 ordo naturalis hoc exigit vt a superioribus inferiores regulentur et illi qui sub aliena potestate sunt cõstituti de eis ex quibus alijs subijciuntur ordinate nõ debent aliter q̄ eis cõmissum fuerit a superioribus. Et quia nullus alteri subdit9 est quãtum ad interiores intellectus et voluntatis act9 nisi soli deo. ideo de illis bonis elemosinam facere omnibus liceat vt pote orando. cõpatiendo. et iniurias ex corde remittendo. Veruntamẽ de rebus exterioribus fm quas aliquis subijcitur superiori non debet nec potest elemosinã facere nisi illi fiat a superiori cõmissus vel permissum. Vnde qui accepit aliquid ab aliquo legitimam dandi potestatem non habente tanq̄ iniustum tenetur restituere. Sicut videbitur in sermone de restitutione. Sunt igitur quatuor genera personarum. aliorum potestati subiecta quãtum ad exteriora que possunt elemosinas facere aliquo modo et aliquo modo non. sicut vxor filius vel filia seruus vel serua. monachus vel monacha. Omnes quidem isti in articulo extreme necessitatis elemosinam facere possunt in extrema necessitati existenti. In quo casu esset etiam licitum illi furari ad dandum elemosinam. nec esset furtum. quia extrema necessitas facit omnia cõmunia Extra tamen casus extreme necessitatis indifferenter dare nõ possunt Quod sic probo. quia mulier que videtur minus subiecta eo q̄ iudicantur equales quantum ad ipsum actum matrimonij. In his tamen que ad dispensationem domus pertinent vir est caput vxoris et non potest elemosinas facere nisi eo modo qui sequitur. Ad cuius euidentiam dicit Scotus super. iiij. distinctione xv. q̄ vxor de rebus viri sui scz de pane vino et huiusmodi que de approbato more solent ad dispensationem vxoris pertinere. potest moderatas elemosinas facere fm facultatem viri et maiorem vel minorem multitudinem pauperum. Non tamẽ dare potest excessiue. et de alijs rebus nisi res parafernales et proprias haberet preter dotem vbi huiusmodi paraffernalia de cõsuetudine locum habent et vxoris sunt. De quibus inuito viro potest elemosinas facere. Secundo si est lucrosa ita q̄ exhibita debita diligentia et gubernatione domus operibus suis lucretur. de hoc enim potest dare nec intellige deducendo expensas victus sui. quia vir tenetur ad omnia huiusmodi tam propter totem q̄ propter obsequium. Q9 si vxor in secundo matrimonio filios habet ex primo matrimonio qui non habent aliquam actionem cõtra matrez. non potest illa cõtra ꝓhibitionẽ mariti aliquid eis dare nisi sicut alijs pauperibus. Sed si habẽt aliquã actionẽ cõtra matrem scz quia obli-

gata est eos alere quia scz sunt impubes. vel quia ambo coniuges possident bona quia maritus habz amministrationē vxoris nō debz eos vxor alere nisi in extrema necessitate. Ceterum si viro existente pdigo celat vxor aliquid bona fide de rebus cōmunibus cum viro vt sibi et viro loco et tpe prideat qui ea male cōsumeret nō peccat nec tenetur obedire si phibeat vel reddi petat. quia reddendo iuuaret eū ad peccatum. Sic vxor dum viderit virū tenacez supflua tamē habentē sustentatōni nature sue et suorum quorū curam habet et etiam decenti cōseruationi status sui. tunc debet vxor sibi formari cōscientiam q marito nō displiceat elemosinam dare licet aliquādo phibuerit. quia quādoqz phibent vt tempent vxores non a toto sed ab excessu. Potest sibi etiam formare cōscientiam ex miseria pauperis. cogitans q si maritus videret sibi placeret q illi elemosina fieret. Denicz generaliter si furtum vir fecerit vel aliquid iniustum acquisitum et apud se retentum retinuerit ante matrimoniuz vel post vbi de cōsuetudine vir z mulier sibi credita et debita cōmunicant. potest mulier illam restituere si cōsistit in eius potestate etiam cōtradicēte marito. Vel si ignoratur verus possessor et eius heres potest in elemosinam facere eo cōtradicente. Si vero res cōsumpta est potest vxor si vir expresse non cōtradicit negocia mariti gerendo et seipam exonerando existimationē de cōmunibus bonis restituere vel elemosinam facere si ignoratur cui sit restituenda. Q; si cōtradicente viro hoc faciat bona fide licet ad hoc nō teneatur. non esset ei penitentia iniungenda tanqz p mortali. Porro fm Tho. ibidē q filiusfamilias licet vti potest rebus parentum ad ppriam necessitatem. nō tamē potest alijs dare. quia quāuis esset heres non tamē adhuc est dominus rerum nec p̄sequens in eius potestate est paterna hereditas. Qui igitur a talibus recipiunt tenentur ad restitutionem. vt postea videbitur. Potest tamen elemosinam aliquā dare in extrema necessitate sicut dictum est de vxore. Similiter potest dare aliquam elemosinam modicam. vt panem. vinum. vel huiusmodi que non inferunt parentibus sensibile damnum. de quibus cōstare potest q placet parentibus. Et fm Raymundum dare potest elemosinas si habet peculium castrense vel quasi. quia ēctum ad hoc paterfamilias censetur. Pro quo sciendum q aliquādo filijsfamilias existentes in potestate paterna habent aliquid suum quod dicitur peculiuz. et est quadruplex. Quoddam enim est castrense scz qđ datur ei a parentibus vel alijs occasione milicie vel ipe acquirit ex milicia. Quoddam vero dicitur quasi castrense scilicet quod ex aduocatōne vel alio officio publico percipit vel etiam quod obuenit pbiteris vel clericis ex officio suo. z de bis elemosinam facere potest. Quoddaz dicitur profecticium quod de rebus scilicz patris eorum occasione obuenit. vt fructus siue lucrum. et in huiusmodi peculio nihil iuris habet nec inde elemosinas facere potest nisi pro vt dictum est. Quoddam vero dicitur aduenticiuz quod scilicet ex aliqua quacunq causa filio aduenit siue a magistro siue ab extranea persona siue de alijs operatōnibus vel laboribus suis. et in hoc peculio seruatur filio proprietas et si pater premoriatur filij est. Sed pater q̄ diu viuit in eo plenum vsufructum habz. ita q de eo nec testari potest filius. nec aliquo modo disponere viuēte patre nisi credat patrem permissurū. q̄ dominus de alijs rebus patris. Unde si preter voluntatem patris aliqua bona acciperet. alienā rem cōtrectaret et sic furtum cōmitteret. Preterea fm Thomam ibidem. Serui ancille famule q̄uis sint libere q̄ditionis nō possunt elemosinam dare de rebus domini sui sine cōsensu illius nisi panē et hmōi que non inferunt sensibile nocumentum. Etiam si ponerentur quasi dispensatores rerum. quia nō ponunt quasi potestatē aliquam habentes iure dominij. De precio vero sui seruitij dare possunt elemosinaz.

Quarto monachus qui nō habet ꝓpriuz ꝓhibente voto paupertatis nō potest dare elemosinā sine licentia sui superioris. Nisi enim habuerit amministrationē aliquā, tunc enī potest et debet elemosinā facere etiā quicq̄d supest. debet in pias causas erogare nisi forte talis essz āministratio de qua statutuz esset ꝙ quicq̄d supest refundatur ad monasteriū et ad aliquē vsum specialem. In articulo tñ extreme necessitatis dare p̄t etiā abbate cōtradicente, quia tunc omnia sunt cōmunia et magis oportet deo obedire q̄ꝫ hominib⁹. Ceterum de iuste acquisitis ⁊ ꝓprio dominio subiectis studeat vniusquisq̄z adimplere illud Thobie. iiij. Quomodo potueris ita esto misericors. Si multum tibi fuerit distribue habundanter. si exiguū fuerit etiam exiguū libēter impartire stude. Premium enī bonū tibi thesaurizas in die necessitatis id est summuz bonū. quia dñs ꝓmittit quadruplū reddere dicēs. Date et dabit̄. Mensurā bonā et cōfertam et coagitatā et supeffluentem dabūt pauperes in sinū vestrū. quia causa esset ꝙ dabitur vobis a deo. Que sunt illa quatuor inq̄s? Profecto mensura bona salutaris venie. mensura cōuerta diuine gratie. mēsura coagitata scz spiritualis leticie. mensura deniq̄z supeffluens scz eterne glorie. q̄ vtiq̄z mēsura centuplicabit̄ in gloria. sicut ostēdit dñs Math. xiij. qd̄ facit fructū aliud quidem centesimū scz elemosina q̄ virtualiter in se ꝯtinet orationē ⁊ ieiuniū. Aliud autē sexagesimū scz oratio q̄ in se virtualiter cōtinet ieiunium. Aliud vero tricesimum scz ieiuniū quod est minimū in operibus satisfactōnis. Unde quodā ep̄o sancto p̄dicante illud verbum. Centuplū accipiet ⁊ vitam eternā possidebit. cōtigit ꝙ quidam diues audiēs obtulit illi magnum thesauruz ad erogandū. Post cui⁹ mortem vxor et heredes eius vrgebant episcopū petentes ab illo thesaurū qui respondit se diuiti satis fecisse Illis igit̄ nō cōtentis ait ep̄s. Eamus ad mortuū et requiramus an illi sit satisfactū. Et aperto sepulcro īuenerunt tabulā aureis literis scriptam. Sicut audiuim⁹ sic vidimus in ciuitate dñi virtutum. Ad laudē ei Amē.

De restitutōe damni in anima corpore vel fama que requiritur ad gratificandam elemosinam. Ser. xvi.

Facite dignū fructū penitentie. Cū potissima penitentia sit elemosinarū frequētia nec gratificet̄ elemosina deo nisi fiat deiu stificata substātia. Nec etiā s̄m Aug⁹ dimittitur peccatū nisi ablatū restituat̄ si restitui p̄t. Ideo nō immerito de restitutōne ꝓsequendū eē reor. Ad cui⁹ euidentiā q̄ri p̄t. Utrū restitutio sit ꝑs satisfactōnis p̄sertiz cū satisfactio fit ꝑ actū ꝯtrariū peccato quo res aliena accipit̄ iniuste vel detinet̄. Ad hoc rñdet Richar. sup. iiij. dis. xv. ꝙ illud op⁹ penale est ꝑs satisfactōis ꝑ qd̄ s̄m diuinā iusticiā soluit̄ vl̄ remittit̄ ꝑs pene debite pro peccato. Scd̄m autez Ansel. in ꝓsologion. x. ca. Iusticia in deo duplici rōne considerat̄. Primo mō dicit̄ iusticia dei cōdecentia bonitatis ei⁹. ⁊ sic restitutio est ꝑs aliqua satisfactōnis ꝑ cōparationem ad talem iusticiā. quia cōdecet diuinā bonitatē vt homini facienti actum quē deus p̄cipit nō tantuz sibi imputet actū illū ad meritū gratie sz etiā vt in illo remittat sibi aliquā ꝑtē pene ꝓ peccato debite Sicut rex liberalis militi suo recōciliato sibi obligato tñ ad aliquā emēdam. ꝓpter aliqd̄ forefactū. aliquando remittit partē emēde ꝓpter hoc ꝙ fideliter exhibet regi obsequiū qd̄ tamē alias intēdere tenebat̄. Secūdo dicit̄ iusticia dei rectitudo volūtatis īvolēdo retribuere vnicuiq̄z s̄m merita et sic ꝑ cōparationē ad illam iusticiā nō est pars satisfactōis. quia s̄m rigorem iusticie non p̄t homo satisfacere ꝑ illud opus ad quod faciendum erat obligat⁹. ec̄ si nō peccassz. vel etiā totā penā ꝓ pctīs debitā exsoluissz Dñ restitutō oēm satisfactōz ī trib⁹ ꝑtib⁹ distinctā necessario dz p̄cedere in re vel īvero ꝓposito

et voluntate. Alioquin nō reputabitur satisfactio. quia redditur coram deo fetida abhominabilis. et infructuosa. Sciendum igitur q̄ duplex est damnificatio scz psonalis et realis. et in vtraq̄ necessariū est facienda restitutio. Ad psequendum igit̄ primū scz restitutionē psonalis damnificatōnis queri p̄t. vtrum damnificans alium in bonis psone q̄tum ad animā teneat̄ ad restitutionem ad hoc q̄ possit vere penitere p̄sertim cum nullus teneat̄ ad impossibile sed in tali damno ipi⁹ anime vt frequenter impossibilis est restitutio. vt patet cōsideranti. quia homines magis ad malum q̄ ad bonū pcliui sunt. Vnde vt dicitur ī decret̄. vj. q. j. c. Ex merito deteriores sunt qui vitam morescz bonorū corrumpunt q̄ hi qui substantias aliox p̄ediaq̄ diripiunt. Vnde dominus Job. xviij. peccati huius magnitudinez ponderans ait. Ve homini illi per quem scandalum venit. expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius et demergat̄ in pfundū maris. Ad hoc rñdet Scot⁹ sup. iij. di. xv. q̄ de damnificatōne spirituali scz q̄tū ad bonos mores et virtutes acquirendas vel retinendas et similia bona aīe. in quibus alium indirecte damnificare p̄t scz inducendo ad quecunq̄ vicia cōsulendo. psuadendo. vel alliciendo. adulando. cōminando. seducendo etc. teneat̄ modo sibi possibili restituere sibi damnū tā impreciabile. ecōuerso scz illū efficaciter ad pniaz et ad actus virtuosos inducendo. Q. si inductio nō sufficit sola. q̄ facilius est q̄uertere q̄ quertere. teneat̄ etiā p se orare p illo et p orationes aliorū pcuratas illi conuersionē p posse impetrare et p alios suasores efficaces ad cōuersionē inducere dū mō tñ illis nō pandat peccatū illi⁹ occultā. Et ex hoc p̄z q̄tū est periculū aliū sollicitari ad peccatū inducere. q̄ vix p̄t resistere cōtra voluntatē illam ad peccatum iaz allectā. vix in q̄ psuasionib⁹ et aliis vijs multis reducere p̄t ad virtutez. Nō vero istius restitutōnis est. q̄ cū bona virtutis sint maxīe bona fm Aug⁹ primo retractatō nuz. plus damnificat q̄ in his damnificat q̄ in quibuscūq̄ aliis in q̄tū est aīa melior corpe et tota terrena substātia. Et ideo p cōsequēs plus teneat̄ fm iusticiā ad restitutionē primo tale bonū q̄tum est possibile quia sicut deo nihil acceptabili⁹. nihil deo q̄ melius q̄ zelus animarū. Sic nihil dānabilius et deo detestabilius. q̄ perditio animarū. Q. ostendit dñs. j. Re. ij. et. iij in hely et filijs suis q̄ trāsgredi faciebant pplm dñi. quos multiplici damnatōe multauit. Primo morte tpali. secūdo morte eternali. nō solum filios sed etiā patrem. q̄ dicit Jero. ibidē q̄ hely pter iniquitatem filiorū suoz damnatus est. q̄ corripuit quidē eos sed lenitate patris. nō aūt austeritate pontificis. Tercio in oī potestate Dñi dixit dñs ad hely. vt deficiant oculi tui et tabescat aīa tua. ps magna domus tue morieat̄ cum ad etatē virilē puenerit. Et iterū dñs ad Samuelē. Juraui domui hely q̄ nō expiet̄ iniquitas domus eius victimis et muneribus vsq̄ ineternum. Similiter in libro apū legit̄ de quadā vetula q̄ circūducebat iuuenculā quā multis viris vendidit. p virgine tandē q̄ iuuencula vidit eā precedentē fustolli a demonibus et ferri vt credidit̄ corpe et aīa in infernū. Secūdo queri p̄t vtrū quis damnificans aliū in bonis psone q̄tum ad corpus teneatur ad restitutionē ad hoc q̄ possit vere penitere p̄sertim cū dicit̄ extra de iniurijs et dam. da. c. j. q̄ si q̄s pcusserit primū sum lapide vel pugno et si ille mortu⁹ fuerit sed in lecto iacuerit q̄ pcusserit opas ei et impensas in medicos restituet sed ibi nulla fit mētio de restitutōe boni corpis. Ad hoc rñdet Scot⁹ vbi dicit q̄ q̄s aliū multipliciter dāmificare p̄t in corpe. Primo ī vite ablatōe p qua ī multis cōitatibus legis talionis institura est vt scz homicida occidatur et hoc rationabiliter. quia non solū hoc cōsonat legi moysi sed etiam legi naturali. Et hoc approbatum et confirmatū est in lege euāgelica a xpo dicēte Mat. xxvj. Omnes q̄ acceperit gladiū gladio pibūt. Et ideo talem penam debet reus soluere

patienter. Si tamē non est secuta alicubi lex hmōi nullus mortez sibi inferre debet quia nullus debet esse homicida sui sine p̄cepto dei. Sed expedit sibi q̄ exponat vitam suam in iusta causa vtpote cōtra inimicos ecclesie, p restitutione facienda illi cuius vitam abstulit. Q. si nec tantā restitutionē facere velit nō potest tamē omnino immunis esse a restitutōne sicut quidam fatui putant qui absoluunt homicidas nō ostendentes eis restitutionez esse necessariam, quasi facilius possit transire homicida. q̄ vt ita dicam canicida vel bouicida quez si occidisset non absolueretur sine restitutione. Tenetur igitur ad spiritualem restitutionem faciendam equiualentem vite quaz abstulit sicut potest esse equiualentia in talibus nec solum hoc sed etiam si interfectos aliquos sustentabat scz patrez matrem filios, ppinquos tenetur occisor omnibus illis ad tantam restitutionē quantā subuentionem illis abstulit per interfectionem illius p̄sone. Quantum enim deus homicidium detestatur ostendit in Dauid cui Vriam interficienti gladio filiorum Amon vindictam reddidit quadruplicem, vt latius patet alibi.

Secundo potest damnificari in multipharia cozporis mutilatione seu vulneratione, de qua licet in lege veteri lex talionis fuit posita, tamen in ecclesia non est restitutio cōstituta nisi pecuniaria, et illa debet respondere nonsolum damno quod incurrit quis per mutilationē p̄z toto tempore futuro quo vsurus esset illo membro sed etiam expensis appositis in curatōne, vt habetur extra de iniurijs et dam. da. Et etiam placationē ip̄ius lesi quo requireretur, etiam si non esset talis mutilatio Plus etiā ponderanda est mutilatio pauperis q̄ diuitis. Q. si lex talionis statueretur in istis esset iusta, quia non est facile vt p̄z damno tali illato fiat equalis recōpensatio per aliqua bona fortune eo q̄ non equiualent. Vnde si statueretur ab aliquo p̄rincipe statuendi potestatem habente blasphemum, adulterum, idolatrū occidi debere, multo iustius ordinaretur q̄ fur suspendatur, quia peccatum furti multi min⁹ est. Sed tam patet ad quod p̄rincipes plus aspiciunt scz ad comodum tempozale potius q̄ ad honorem dei et p̄pter hoc plus puniunt et reprimere volūt peccatum in p̄rimum. Tercio potest damnificari in cozporis violatione et virginitatis violenta defloratione, talis enī damnificum tenetur suo modo ad debitam restitutionem que fuit a domino taxata in lege veteri, Exodi. xxij. q̄ non dotabit eā et habebit eam vxorem, aut reddat pecuniam iuxta modum dotis quaz virgines sunt accepture vel accipere cōsueuerunt. Nunc autem pena eius fm leges est q̄ capite punitur sed non perdit substantiā. si rapuit ancillam vel libertam id est p̄ manumissionem ex ancilla liberam factā. Si vero rapuit ingemina id est ī libertate nata tunc non solum capite punitur sed etiam eius substantia fm leges rapta applicetur, sed non intelligitur rapta vbi puella consentit. Tercio p̄rincipaliter queri potest. Vtrum aliquem damnificans in bono fame teneatur ad restitutionem ad hoc q̄ veraciter debeat penitere, p̄sertim cum dicit Augustin⁹ ad Macedoniuz Et habetur in decret. xiij. q. vj. c. p̄mo. Non dimittitur peccatum nisi ablatum restituatur si restitui potest, et quia melius est nomen bonum q̄ diuitie multe, vt dicitur Prouerbioz. xxij. Ideo videtur ad illius restitutionē teneatur. Ad hoc respondet Richar. sup. iij. dis. xv. q̄ restitutio est actus iusticie cōmutatiue. Ad obseruādū autē iusticiā omnes tenent, quia quilibz tenet ad restitutionē rei ablate iniuste si restitui p̄t Et si nō p̄t debet fieri restitutio in equiualenti si possibile est. Q. nō si etiam fieri non potest, tunc tenetur qui damna intulit restituere qō p̄t ad arbitrium bonoruz virorum. Et q̄to fama est nobilior q̄ possessiones tāto magis tenetur ad restitutionē qui damnificat alium iniuste in fama, quod fieri potest tripliciter. Primo scōm Scotum ibidē falsum crimē

imponendo. et tunc tenetur restituere fa-
mũ simpliciter retractãdo illud qđ sibi im
posuit et hoc ita publice sic̃ sibi imposuit
quia alias nõ seruat iusticiam in reddẽdo
ꝓximo quod suũ est Q. đ si obijciat̃ magis
tenetur quis zelare ꝑ fama ꝓpria q̃ꝫ ꝑ fa-
ma aliena. Et ideo non potest illi reddere
alteri famã retractando verbuz suũ quia
seip̃m diffamaret. Sicut quis magis dili-
gere debet vitã ꝓpriam q̃ꝫ ꝓximi. Respõ-
det ibidẽ Scotus ꝙ magis debet dilige-
re vitam ⁊ famã suã ordinate ꝓut sunt di
ligibiles ad vitã eternã. Et ideo magis
debet diligere ꝯseruationẽ iustaz vite sue
et fame q̃ꝫ ꝓximi sed nõ magis ꝯseruatõz
iniustã vite ⁊ fame sue q̃ꝫ iustã vitã ⁊ famã
ꝓximi sui. Sicut enĩ latro magis debz su-
stinere suspendiũ q̃ꝫ vt euadat occidere su
spendentẽ. Sicut cuilibet cui ꝯpetere p̃t
iuste fama magis debet diligere illã q̃ꝫ al
terius famã cui p̃t etiã iuste cõpetere. Sz
si nõ potest sibi ꝯpetere nisi iniuste ⁊ alte-
ri iuste tunc magis debet illã alteri dilige
re cui iuste cõpetit q̃ꝫ sibi cui iuste cõpetit
Q. si quis alteri non imponit in publico
crimẽ sed narrat indistincte alijs nõ tãq̃ꝫ
sibi certũ sed se sic audiuisse nunquid resti
tuere tenetur? Respõdit Scotus. ꝙ rara
fides ideo est quia multi multa loquunt̃. ⁊
ideo dicẽs se tm̃ audiuisse nisi ex modo di
cendi ostendat aliquã maiorẽ certitudinẽ
q̃ꝫ ex cõmuni relatione nõ aufert ex natu-
ra actus alteri famã in opinione aliorũ.
ꝙ si illi firmiter cõcipiũt illũ de quo est ser
mo esse criminosum leues sunt. quia q̃ cito
credit leuis est corde Veruntamẽ qꝛ a scã
dalo pusillorũ cauere oportet ⁊ multi sunt
tales pusilli leues ad credendũ mala. ideo
ꝑiculosuz est corã eis talia ex relatu refer
re. Q. si fiat animo ledẽdi eum de quo lo
quitur facile est excusari a peccato morta
li. Si vero ex incõsideratione vel libidini
cõfabulandi fit. durum est ꝙ exeat genus
venialis peccati. qꝛ lingua in lubrico po-
sita est. et qui nõ offendit in verbo hic ꝑ-
fectus est vir. Secundo potest quis aliuz
diffamare per verum crimen sed occultuz
non seruato ordine iuris in publico ꝓpo-
nendo. Et tunc s̃m Scotum nõ tenetur re
tractare verbum suum. quia hoc faciẽdo
mentiretur sciens esse verum quod propo
suit nec tenetur mentiri ꝓpter quodcũq̃ꝫ
bonum alteri reddendum sed tenetur alio
licito modo sibi reddere famam vt dicen-
do nõ credatis eum talem esse. Male enĩ
dixi et fatue. hoc enim verum est quia nõ
seruato ordine iuris proposuit in publico
quod nõ erat verum publicum. Tercio p̃t
alium diffamare per verum crimen sed oc
cultum ⁊ in publico sibi impositum negan
do. quia in hoc notat imponentem crimẽ
de calumnia. Et talis nõ tenetur illaz ne-
gationẽ retractare. quia non tenetur qui-
cunq̃ꝫ in iudicio se statim cõfiteri esse reũ.
Tenetur tamen per quedam verba sobria
restituere famaz accusanti. vt dicendo nõ
habeatis eum ꝑ calumniatore. quia credo
ꝙ habeat bonam intentionem. vel credi-
dit forte posse ꝓbare intentum suam ⁊ de-
ceptus est. Q. si queratur vtrum talis ne
gans peccat mortaliter eo ꝙ videtur esse
mendacium perniciosum tam reipublice
que impeditur a punitõne eius iusta q̃ꝫ eti
am persone accusant qui per hoc notatur
de calumnia. Respondet Scotus. ꝙ sicut
dicitur Deutro. xvj. Iuste quod iustũ est
exequeris. Ex hoc patet ꝙ respublica nõ
debz omnia mala punire sed ea tantũ, que
iuste punire potest. qualia sunt que coram
iudice reipublice sufficienter ꝓbari possũt
Et ideo nõ leditur respublica si diuinum
iudicium excedat iudicium eius. vt sic ali
qua diuino iudicio reseruentur. Et sic nõ
est mendacium perniciosum cõtra rempu-
blicam nec etiam cõtra accusantem sed il
le sibijp̃i perniciosus est qui eo modo pro-
ponit quo non deberet ꝓponere. Et ideo
sibijp̃i imputet si sequat̃ infamia qꝛ ip̃e est
causa ⁊ nõ negãs qui defendit innocentiã
suã in publico. vbi nõ est nocẽs nec haben
dus est ꝓ noxio donec fuerat cõuict⁹. Sed
q̃ri p̃t verũ ergo peccat in se mentiẽdo ꝓ
se. durum enim videtur ꝙ quilibet ab vno
accusatus in publico confiteri teneret̃ de

necessitate salutis. et sic exponere se patibulo in iudicio sanguinis etiã habẽdo oculum nõ solum ad penam sed etiam ad honestũ ⁊ inhonestũ. Respondz Scot⁹: bidẽ ꝙ rñsio iuristarũ in hac ꝑte cauta est dicẽdo. Nego ꝓposita vt ꝓponunt̃ et in hoc ꝓposito dici p̃t sine mendacio. quia ꝓponũtur vt in publico ꝓbanda. Sic enim ea negare potest qui scit ea ꝓbari non posse in publico. Qꝛ si iudex vrgeat euz vt ꝯfiteatur publice vel publice neget. Responderi p̃t ꝙ ip̃e sufficienter respondet ad accusationem et sicut est modus iurisperitis respondere. Sed nunq̃d si neget intendens tm̃ negare illud vt sibi ꝓpositum est scz vt publicuz. Sic sacerdos facit de ꝯfessione dicẽs. Nec scio istum male fecisse. quia loquitur vt in publico sed scit in foro ꝯscientie. Nunquid tenetur de illa negatõne penitere. Rñdit Scotus. Bonarũ mentiuz est culpam agnoscere vbi culpa nõ est ſm Grego. Et ideo multomagis vbi dubitatur an sit culpa ⁊ qual culpa sit. bone mentis est culpam agnoscere. Et ideo tutũ est peĩtere in tali casu. indistincte scilicz si est mortale tãq̃ de mortali. et si veniale tãq̃ de hmõi. Ad laudem dei Amen.

De restitutione rerum iniuste acquisitarũ et damni iniuste illati principaliter vel secundario. Sermo. xvij.

Facite dignum fructum penitẽtie. Ad maiorẽ autez euidentiã restitutonis faciẽde notandum est. ꝙ duplex est genus hominuz quod ad restirutionẽ obligat̃. Primũ est ꝙ alienũ iniuste abstulit aliquo scz predictorũ modoꝝ qui tacti sunt in sermone p̃cedenti. vel etiã qd̃ abstulit non solũ iniuste sed etiaz ip̃o possessore inuito vel ignorante vt in furto. rapina et similib⁹. Secũdum genus est qd̃ licet sibi nõ abstulit tñ alteri damnũ intulit et hoc multipliciter. Primo actualiter damnũ inferẽdo in eo ꝙ alter actualiter possidebat vt incendẽdo domum submergendo nauem aut alio quocunq̃ modo rem possessam inutilẽ reddendo. Secundo damnũ actualiter inferendo in eo ꝙ virtualiter possidebat vel potentialiter scz destruendo semen de agro vel ad tempus determinatũ pecuniã nõ reddendo quo creditoꝛ illo tempoꝛe fecisset ꝓfectum suuz. Sed in isto vltimo casu non tenetur ad reddendũ equiualens ⁊ etiam similibus. quia min⁹ est aliquid habere in virtute q̃ in actu. Tercio damnũ inferendo per aliquã falsam accusationez quia tunc tenetur ad restitutionẽ. Quarto damnum inferendo per aliqd̃ falsuz testimonium. Unde requisitus ꝓ testimonio ferendo nihil recipere debz nisi tantũ expensas de illo qui euz ꝓducit. quia si accipit nisi dedisset ad coꝛrumpendũ testem tunc enim dari debet in cuius iniuriaz accepit. Et si scienter falsum tulerit testimonium tenet̃ ad restitutionẽ omniũ que ꝓximus illius amisit ꝓpter illud testimonium ignoranter tulerit qꝛ ꝓ certo dici non debet de quo quis certus nõ est. sed dubium ꝓ dubio certum ꝓ certo. Quinto damnum inferẽdo ꝑ iniustũ patrociniũ cũ scz illi ꝯtra quos aduocabat ꝓpter ei⁹ patrociniũ ĩiuste ius suũ amiserũt vel si eos grauauit petendo dilationẽ sup̃fluã aut allegando falsum vel ꝯtra cõscientiã Et tenetur etiã aduersarijs ad omne interesse. Similiter illis tenet̃ quib⁹ auxiliũ prestitit si ꝑ suã infidelitatẽ negligentiã vel ignorãtiam iniuste ius suũ amiserũt. vt plenius patet in tractatu de casibus. Sexto damnum inferendo ꝑ iniustũ iudiciũ factũ ꝓpter tĩoꝛez. cupiditatẽ. amoꝛẽ. odiũ. ignorãtiã iuris. vel aliã quãcũq̃ causaz tenet̃ lese ꝑti p̃cise ad damnũ ⁊ interesse nisi illũ ꝓ quo sententiã tulerit ad plenariã restitutionẽ induxerit. qꝛ ille p̃ncipaliter restituere tenet̃. Et si recipit aliq̃d vt iniuste iudicaret etiã illd̃ restituere tenet̃ nõ ei q̃ dedit sz ei in cui⁹ iniuriã accepit. Si vo pecuniã accepit vt iuste iudicaret illi restituere tenet̃ a q̃ accepit. Sil'r si accepit vt ꝓtũc nõ iudicaret. vide plen⁹ ĩ tractau sup̃dicto. Terciũ gen⁹ est qd̃ iniusta ablatõni aliq̃ modo assensum p̃buit. Cui⁹ assensus nouẽ modi sunt et dicunt̃ nouem peccata

aliena in his versibus cōtenta. Jussio cō
silium consensus palpa recursus. Parti-
cipās mutus nō obstans nō manifestans
De quibus ea dumtaxat intendim⁹ ꝓseq̄
que p̄senti iam deseruiūt speculatōi. Pri
mū igit̄ peccatū alienū est iussio supioris
cuiuscūq; ad suuz subditū vel inferiorē ad
faciendū rapinā vel violentiā furtuz vel
quamcūq; aliaz iniusticiā. et tūc tanq̄ p̄n
cipalis mouens tenet̄ p̄ncipaliter ad faci-
endam integrā restitutionē quādo credit̄
ex sua iussione hec violentia vel iniusticia
secuta fuisse vel suo noīe factā ratam ha-
buisse. Unde generaliter iubens violare
sabbatū. ꝑpetrare homicidiū. vel qd̄cūq;
flagiciū. ita reus vel magis reus esse ꝯuin
citur apud deum sua iussione q̄ ille qui ꝑ-
fecit opere. Sicut dauid Uriā. iudei chri
stum. Herodes Johannē. interficere ius-
serunt. Quia regula iuris est. Qui occa-
sionem damni dat damnū dedisse videt̄.
quod sane intelligit̄ de ꝓxima occasione.
Nec excusant̄ subditi mandatum scelera-
tum exequentes. Veruntamē si iussio fit
ex affectione sed executio sequit̄ ex sola co
actione tūc magis est reus precipiēs q̄ fa
ciens. qꝛ volūtas est tanq̄ formale ip̄ius
mali et opus tanq̄ materiale. Hinc etiaz
tenet̄ dn̄s reddere rationē de omnib⁹ pec
catis que exinde sequnt̄ in seruis. Unde
Sapīe. xviij. Simili pena seruus cuz dn̄o
est afflictus. Nimirū cum in veteri lege iu
betur ad sanctificationez sabbati iumen-
tum quiescere ne precipiētis macularetur
affectio. quia sic iumentū qd̄ in se peccare
nō poterit peccatū induceret in magistro.
Secundū peccatū est cōsiliū prauū. Naz
si quis nihil mali gesserit sed alteri malū
ꝑpetrandum ꝯsuleret si ex ei⁹ cōsilio effe-
ctus secutus fuerit ad damnationē ꝓpriā
reputabit̄ et ad omnē iniusticiā ⁊ violen-
tiam restituendā obligabit̄. sicut Annas
Cayphas et alij scribe et pharisei contra
christū. De quibus ait dn̄s ad Pylatuz.
Propterea qui me tradidit tibi mai⁹ pec
catum habet. Sic Aman cōtra iudeos vt
ptz in Hester. sic cōtra dauid achitophel.
vt ptz. ij. Re. xvij. Sic Jeroboam dam-
nationem patit̄ durissimā nō solum. quia
idola adorauit sed etiā quia hoc populo
israhelitico cōsuluit. Similiter Balaam
qui mercede cōductus regi Balach dedit
cōsilium quomodo deijceret populum iu-
daicum. Nam quicūq; criminosis sup̄ cri
mine ꝑpetrando cōsiliū ingerūt. criminis
illi⁹ detestabile participiū sumūt. sicut di
citur Eccle. xxvij. Facienti cōsiliū nequissi
mum sup̄ eum deuoluet̄ et nō agnoscet vn̄
adueniat illi. Pro quo notandū q̄ ali-
quis ꝯsulens maleficium aliquod nō tene
tur illi cui cōsuluit sed cōtra quem ꝯsuluit
ad omnē iniuriam ⁊ damnificationē resti
tuendam si saltem ex cōsilio eius malefi-
cium illud dumtaxat secutū fuerit nisi p̄n-
cipalis actor debitā restitutionē fecerit.
Si tamē quis ꝯsilium dederit in cōtracti-
bus tunc distinguendū est. Qꝛ si alter nō
fuisset alias ꝯtracturus sed per eius cōsi-
lium deceptus est. tunc tenet̄ is qu ꝯsiliuz
dedit decepto facere restitutionē debitaz
Si vero fuerit alias ꝯtracturus tunc non
tenetur de cōsilio bona fide dato. Secus
tamē esset si fraudulentū fuerat. Deniq;
si alicui datur cōsilium de maleficio quod
alias erat facturus tunc sibi dedit ꝯsiliuz
tm̄. sine quo tamē ꝑpetratum fuisset male
ficium. non tamē opem id est arma vel ali
quid simile nō prestitit. tūc non tenetur
ad restitutionez. fecit tamē se peccati par
ticipem.. quia nō oportet laudando auge
re maliciā. Si p̄stitit opus tm̄ sine cōsilio
principali vel secundario tunc non dicit̄
facere principaliter nec tenetur vt faciēs
sed tanq̄ opem prestans. Si deniq; presti
tit ꝯsiliū ⁊ opem simul tunc non est dubiū
quin ad restitutionē obligatur. Tercium
peccatū est cōsensus in peccatuz. Et intel
ligitur s̄m doctores cōsensus cooperatō-
nis Qui si in tantū cooperat̄ q̄ sine eo nō
poterat fieri damnum tunc simpliciter te-
netur insolitum id est de toto damno. Si
vero fuisset factum sine eo. tunc q̄tum no-
cuit ꝑ se vel ꝑ suos q̄tum de rebus illis ha
buit vel expendit restituere tenetur. Ve-
runtamen in peccato per ꝯsensum semper
efficiunt̄ participes. sicut dicit̄ ad Ro. j.

Qui talia agunt digni sunt morte. nō solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. Et ꝓpter hanc causam vxores et paruuli ⁊ posteri iudeorum puniuntur temporaliter ⁊ eternaliter. nō quia dominici crucifixioni interfuerūt. sed qꝛ parentibus ꝯsenserunt ⁊ ab eis imprecationem maledictionis acceperunt vociferantibus ad pylatū. Sanguis eius suꝑ nos ⁊ suꝑ filios nostros. Percussit eos dominꝰ in posteriora et obprobriū sempiternū dedit illis. Ob hoc inq̄ vxores filij posteri vel heredes vsurariorū raptorꝝ. violentiā inferentium ⁊ similiū rei iudicantur. non qꝛ faciunt sed quia cōsentiūt sic acquisita retinendo. et lesi parti nō satisfaciendo. inq̄tum facultas bonorꝝ suppetit vel etiam debita iuste vel iniuste facta nō soluendo Nam quādo debita totam hereditatē exhauriunt tunc heres debet esse immunis a lucro sicut a grauamine. alioquin retenta iudicantur iniusta. Hic cōsiderandum est ꝙ ſm canonistas quītuplex est ꝯsensus Primus est cōsensus cooperationis in ꝑpetrando delictum. et tunc vterq̄ tenet vel opem prestando ad ꝯmittendum delictum vt ꝯcedendo taxillos et similia ad ludendum. vel gladiū et similia ad iniuste bellandum. Et tunc vt dictum est nō dicitur facere principaliter nec tenetur ad restitutionem vt opus faciens sed vt subsidium prestans. Secundꝰ est cōsensus autoritatis. scꝫ cum autoritatē prestat vel factum defendit. et talis plerunq̄ magis peccat cōsentiendo defendendo vel autoritatū prestādo q̄ delictū ꝑpetrās ⁊ magis puniendus est. teneturq̄ precise ad restitutionem. Et simile iudicium est de illo qui crimen noīe suo cōmissum ratuꝫ habuerit Tercius est cōsensus cōsilij. qualis cōsensus minus punitur q̄ agens si faciens nihilominus fuerat facturus. Si vero nō fuisset alias facturus tunc ꝯsilians tenet insolidum. quia ꝓpter illius ꝯsiliū constat esse perpetratum. et sic faciētis ⁊ ꝯsentiētis est par delictuꝫ. Quartus est ꝯsensus negligentie vel dissimulatōnis. que si fuerit nimis crassa in prelato vel iudice q̄ ex officio possunt ⁊ tenentur violentias. iniusticias. iniuriasq̄ p̄cauere nec faciunt. tenentur actores ad restitutōneꝫ ꝯpellere. Et si aliquod emolimentū exinde ꝑceperint vel ex timore. amore. fauore. odio. vel similibus. hanc dissimulationē fecerīt tunc tenentur insolidum. Quintus est cōsensus fauoris qui similiter pari pena punitur cum principaliter delinquente si saltem est p̄ncipalis fautor coopationis cōsilij ꝯsensus autorisatōnis. Quartum peccatum est adulatio peccatorū cum scꝫ quis factum iniustum vel factorem ꝯmendat verbis adulatorijs quo tamē deus offenditur et ꝓximus. Unde p̄s. Quoniaꝫ laudatur peccator in desiderijs anime sue et iniquus benedicitur. Ostendit auteꝫ ꝑ hoc ꝙ si possit talibus similia perpetrare uellet. quia dat intelligere ꝙ ad simileꝫ actum nō deest voluntas si adesset libera facultas. Et si ex illa adulatione sequitur aliquod maleficiū tunc tenetur insolidum Nimirū cuꝫ ſm Hostienſ. Si quis ex adulationibus ꝯsequitur beneficium ecclesiasticum symoniacus est. Insuper quis peccat opera bona exaltando propter adipiscendam alterius ꝯplacentiam vel ꝓpter tale lucrum. qui vero placere vult vt spiritualiter ꝓficiat non est peccatum dummodo adulatio debito modo fiat. Quintum peccatum est recursus. cuꝫ scꝫ quis fures. raptores. et rapta recipit ⁊ occultat tenetur insolidum. Nam et si non tenetur ad indicandum furem. tenetur tamen ad indicandum rem furtiuam. Similiter participes fiunt recipientes adulteros. taxillatores. et similes vel qui de omnibꝰ illis iudicium fieri nō permittūt. vel cōsilijs ⁊ auxilijs potenter defendunt participes fiunt et q̄tum ad iusticiam pertinet. omnes tales ad restitutionem obligant. Sextuꝫ peccatum est participatio criminis vel iniusticie. cum scꝫ ad iniusticiā vel violentiā ꝑagendam se sociat vel in re iniuste ablata vel retenta participat. tunc enim ad restitutionem obligatur nō solum q̄tum ad illum peruenit sed etiaꝫ inq̄tum alteri nocuit vel casualiter vel occasionaliter. Qꝛ

si sine illius associatione non fuisset facta rapina vel iniusticia tunc tenetur insolidū Porro bibentes. comedentes. vel sciēter de rapina p debitis suis recipientes aut etiam caliter scienter cmentes. omnes illi tenentur ad restitutionē partis quā habuerunt. Nā qui scientes vel ꝓbabiliter credentes de iniuste acquisitis emunt cupiditate acquirendi sibi ꝑpi. vel alīs cari⁹ vendendi indistincte tenentur ad integrā restitutionē nec liberant̄ per alienationē vel venditionem. vel etiam si res perīt morte vel quocūcq casu vel si iterum sibi subtracta fuerit. Cuius ratio est. quia furtū cōmisit inuito domino rem alienā cōtrectando. Unde in restitutōne nec precium repetere potest ab illo cui res ablata est. sed ab illo bene a quo emit. Tenetur insup omnem vtilitatem restituere quam ab illa re suscepit nisi fuissent pecunie quarum vsu per industriā suam lucratus fuisset. et si rem deteriorez restituit quā accepit nō satisfecit. Et idem intelligendū est de secundo vel tercio emptore male fidei. Q si temere credebat fuisse iusta vel ignorabat ignorātia crassa vel negligētia crassa sup hoc nihil cogitabat ad plenariā dum postea ꝓcepit restitutionē obligat̄. Sivero emit bona fide tunc postq̄ cōperit rem esse viciosam retinere potest expensas q̄s existens in bona fide fecit circa rem cōservandam vel meliorandā et nō tenetur de fructib⁹ tempore bone fidei ꝓceptis et cōsumptis sed tantū de exstantib⁹ q̄ si perīt durante bona fide vel etiam si alienauit tunc etiam nō tenetur ad restitutionē quia non desīt dolo possidere ꝛ precium ex re furtiua redactum non est furtuz. Denicq qui duxit vxorem quam scit esse filiā vsurarij. raptoris. vel cuiuscūcq bona sua iniuste cōgreganti si recipit dotem tenetur ad restitutionem si per illam pater puelle efficeretur non soluendo. Similiter q̄ recipit dotem de bonis ecclesie vel de alīs quibuscunq bonis iniuste acquisitis tenetur ad restitutionem. Septimū peccatum est tacere vel occultare peccatū vel maleficium fiendum vel quod iam actu fit. Cum sciz quis scit vel videt ꝛ dolose tacet cum sine periculo solo verbo impedire posset per se vel per alios quoruz interest ductus timore. fauore. amore. precio vel ꝑce Ita tamen licet peccati particeps fit ad restitutionem nō tenetur. nisi forte ex officio suo hec impedire tenebatur. nimirū cum hi qui clericum defendere possunt si ne periculo ne percutiatur si ad hoc ex officio obligantur et dolose dissimulant excō municationem incurrunt. Octauum peccatum est non obstare. cum tamen posset sine periculo impedire. Quod ꝓprie pertinet ad superiores omnes respectu suoruz subditorum seu inferiorum et eorum officiarios quibus hoc incumbit ex officio. Nam ad hoc eorum stipendia noscuntur esse instituta vt resistant omnibus violentiam inferentibus vsurarijs notoris peccatoribus ꝑsertim cōmuni vtilitati cōtrarijs. vtpote manifestis adulteris. raptoribus. et similibus. et ꝗtum ad violentiam iniusticiam pertinet. tales tenentur ad restitutionem faciendam vel per se vel per alium qui violentiaz aut dampnū intulit. Nonum peccatuz est non manifestare furtum rapinam vel similia. etiam cuz q̄s interrogatus fuerit non tamē tenetur ad restitutionez nisi ex officio ad hoc teneatur licet alias grauiter peccat ꝓsertim interrogatus coram sinodo vel rege. nihil etiam coram alīs qui possunt illis ꝓdesse et nolunt obesse propter aliquam intentōnem sinistram vel affectum inordinatum. Nimirum cum sciens aliquem periclitari in corpore. rebus. anima. vita. fama. et similibus. nec illum premunit ipe in hoc scelere reus erit. Quod a nobis auertat Ihesus christus Amen.

De restitutiōe quare quis quid cui quādo fieri debeat Ser. xviij

Facite ergo dignū fructum penitentie. Visis igitur in ꝓcedentibus de diuersis iniusticijs particularibus in contractibus et

Quia prohibet̃ in decretis. xxij. q. ij. ca.
Omne genus mendacij summopere fuge.
nec studio nec casu loqueris falsum. nec vt
prestes. glosa. Aliquod comoduz mentiri
studeas. nec qualibet fallacia vitam ali-
cuius defendas caue mendaciũ in omnib⁹
Ad hoc dicenduz ꝙ in illo casu nihil est di-
cendum sed omnino tacenduz. qꝛ nõ sunt

facienda mala vt veniant bona vel vt in
aliis peiora caueant. Nec hoc nocet si al-
ter ex sua taciturnitate aliquid presumat
Nec semper sequitur. Qui tacet cōsenti-
re videtur. Tercium deinde principale
B est de cōscientia de qua queri potest vtrū
ad omne illud teneamur quod cōscientia
dictat esse necessariū ad salutez. p̄sertim
cum dicit glosa sup illud Ro. xiiij. Omne
quod nō est ex fide peccatum est. q̄ omne
illud quod ad cōscientiam ptinet si aliter
fiat etiam quod bonum est si nō faciendu3
credatur peccatum est. Ad hoc respōdet
Bonauentura sup. ij. di. xxxix. q̄ loquēdo
hic de dictamine p modum p̄ceptionis vel
ꝓhibitōnis nō per modum cōsilij vel per-
suasionis tripliciter ꝯscientia dictat. Nā
aliquādo aliquid dictat quod est fm legē
dei et tunc ligat simpliciter ⁊ vniuersali-
ter ꝓ eo q̄ ad illud homo ligatus est per le
gem diuinam. Et cōscientia que legi con-
cordat eum ligatu3 ostendit. Vnde talis
ꝯscientia ligat absolute et in omnem euen
tum. et semp nec deponi potest eo q̄ ꝯcor
dat diuine legi. Aliquādo vero ꝯscientia
dictat aliquod quod est p̄ter legē. et talis
cōscientia ligat q̄diu manet. Et ideo te-
netur homo illam ꝯscientiam deponere.
vel tenetur id quod ꝯscientia dictat q̄ de
terra leuare festucam necessariū est ad sa-
lutem. vt dicit doctor sanctus ibidē. Q.
si apprehendatur aliquid ad dictamine ra
tionis vt directe cadens sub p̄cepto mor
taliter peccat omittens illud quod ꝯscien
tia sibi dictat etiam si sit veniale vel indif
ferens. Si vero non apprehendat̄ vt dire-
cte cadens sub p̄cepto vel ꝓhibitōne tūc
nō fit directe cōtra ꝯscientiam sed preter
cōscientiam. et ideo nō peccat nec venia-
liter vel etiam nullo modo sicut quādo cō
scientia dictat alicui q̄ bonum est facere
aliquod opus cōsilij. Si nō facit non pec-
cat. quia nō apprehendit illud vt bonū de
bitum ⁊ ad salutem necassariū ac p̄cepto
subiacens. Aliquādo enim dictat ꝯscien-
tia aliquid faciendum vel dimittendum
quod est cōtra legem dei. Et tunc ꝯscien-
tia non ligat ad faciendū vel nō faciendū

sed ligat ad seip̄am deponendum ꝓ eo q̄
talis cōscientia cu3 sit erronea. errore re-
pugnante legi diuine necessario q̄diu ma
net extra statum salutis hominem ponit
Et ideo necessariu3 est ip̄am deponere. q̄
siue homo faciat quod cōscientia dictat
siue etiam oppositū semp mortaliter pec-
cat. Cuius ratio est. quia nō tantū atten-
dit deus quod homo facit sed etia3 quod
animo facit. Vnde qui facit quod deꝰ iu-
bet credens facere contra illius volunta-
tem nō facit animo bono sed malo. et ideo
mortaliter peccat imo plerūq3 magis pec
cat bonum faciendo animo malo q̄ faci-
ens malum animo bono. Et vt dicit Tho
mas in libro p̄mo de veritate. q. xvij. Ta-
lis ꝯsciētia duobus modis errat. Primo
ex falsa assumptione. puta cum aliq̄s assu
mit aliquid malum vel falsum tanq̄ bonū
vel verum. verbi gratia. vt his qui occi-
derunt apostolos dictabat cōscientia q̄
ex eo deo placerēt. sicut p̄dixerat illis do
minus Johis. xvj. Venit hora vt omnis
qui interficit vos arbitretur obsequiū se
prestare deo. Vel quando sinderisis dicit
omne ꝓhibitum a deo esse vitandum. De
hinc cōscientia fundatur in hoc q̄ iuramē
tum sit a deo ꝓhibitum. et ideo falso cre-
dit illud esse vitandū cum ante p̄mittat se
mori q̄ iuret. sicut facit hereticus. Secū-
do ꝯscientia errat ex falsa applicatōne. sic
quādo ex aliquibus veris aliqua ꝯsciētia
erronea formatur. verbi gratia. ex hoc q̄
deus est sup omnia diligendus aliq̄s for-
mat sibi hanc cōscientiam scz q̄ nihil pōt
simul diligi cum deo. Et nota fm Thomā
in. ij. senten. q̄ errās ꝯscientia nō obligat
in virtute ꝓpria sed in virtute p̄cepti di-
uini. Quia ꝯscientia nō dictat aliquid fa
ciendum hac ratione q̄ sibi videt̄ vel non
videtur. sed hac rōne. quia est a deo p̄ce-
ptum vel ꝓhibitum. Et ex hoc quartū p̄n-
cipale queri potest. Vtrū magis obligat
preceptum p̄lati vel cōscientia. p̄sertiz cū
ip̄a obligat virtute diuini precepti vel ꝓ-
hibiti. Ad quod respondet Thomas in li
bro de veritate. q. xvij. q̄ in his que sunt
a deo precepta vel ꝓhibita plus obligat

cōscientia. quia ligat virtute diuini mandati quod est maius q̄ꝫ preceptuꝫ prelati quod est minus. quia in talibus ꝯscientia recta iudex ē immediate sub deo ita ꝙ nullum alium habet iudicē supra se nisi deum Quod patet sic. Nam cōscientia dicitur quasi ꝯcludens scientia eo ꝙ ꝯscientia virtute sinderisis ⁊ rōnis supioris ꝯclusionē infert ita ꝙ habet ortum ex naturali iudicio rōnis. quod dicitur lex intellectus que est deducta ⁊ deriuata vt quedā cōclusio Verbi gratia fit in aīo vel in mēte quidā silogismus. Cui⁹ maiorē sinderisis a deo immediate illuminata p̄mittit dicēs. Omne malum esse vitandū. Deinde maiorem assumit ratio supior dicens. Adulterium est malum vel iniustū vel inhonestū. Tandem infert ꝯscientia cōclusionē dicēs. Ergo adulterium est vitandū. Sicq̄ ptꝫ quō cōscientia ꝟtute diuini p̄cepti ligat. Nec solum ligat cōscientia vera virtute p̄cepti diuini sed etiā erronea. quia ꝯscientia est quasi preco iudicis vel regis. Q⁊ si diceret. hoc est preceptū a rege licet nō veruꝫ tamē dictum suum ligaret ad preceptū et obligaret vt preceptū regis. ita ꝙ cōtemptores penā mererent̄. Sic ꝯscientia siue recte iudicat siue nō voluntatem semꝑ obligat ad ꝑficiendū. Et si voluntas non sequitur dictamen illius tunc actus voluntatis est malus. verbi gratia. Si q̄s ꝑ voluntatem fugiat bonū quod ꝯscientia dictat est voluntas mala. q⁊ ibi est fuga boni que mala est. Et ꝑ oppositū si quis velit ꝙ cōscientia malū dictet voluntas est mala. q⁊ ibi est ꝓsecutio mali quod maluꝫ est. Veruntamē in indifferentibus preceptū p̄lati plus obligat q̄ꝫ ꝯscientia Quia licet cōscientia subditi sit iudex nō tamen iudex immediate sub deo nisi ꝙ ad ea que ꝓhibet vel precipit. Naꝫ in alijs scꝫ indifferentibus ꝯscientia subditi p̄latū habet sup se. Et ideo ſm discretionē prelati debet reformari ꝯsciētia nec habet iudicare de p̄cepto prelati sed de impletione precepti. Iuxta illud Math. xxiij. Sup cathedram moysi sederunt scribe ⁊ pharisei Omnia igitur quecūq̄ꝫ dixerint vobis seruate et facite. Et vt dicit Alex. de hal. in secūda parte summe. q. xxxv. Religiosi q̄ renunciauerunt ꝓprie voluntati et ꝓprio sensui tenent̄ sequi sententiā prelatoꝝ et mandatum eorū in his que nō sunt cōtra preceptū dei vel ꝯtra regulā vel ꝯtra constitutiones vel ordinationis capituli generalis. Preterea notandū ꝙ aliud est timor ꝯscientie ⁊ aliud cōscientia peccati. Nam ꝯtra timorē cōscientie facere nō est semꝑ peccatū. quia talis timor nō est semper cum diffinitiua sentētia rōnis ꝑ quam iudicet se teneri ad aliquid sed ex eo ꝙ vacillat inter dubia nesciēs quid sit meli⁹ vel ad quid teneat̄ potius cum tñ non obmitteret quicq̄d sciret esse beneplacitū diuini voluntati. Sed ꝯsciētia peccati est quādo quis finaliter iudicat quid esset necessario faciendum vel vitandum. et cōtra talem ꝯscientiam facere etiam si sit erronea peccatū est. q⁊ q̄ꝫdiu talis erronea ꝯscientia de precepto vel ꝓhibito durat tādiu plus obligat q̄ꝫ preceptū prelati Quintum deniq̄ꝫ principale est de causis erroneeꝯscientie. Pro quo notandū ꝙ error cōscientie causatur ex septē causis. Primo ex affectata ignorātia iuris diuini naturalis vel positiui. quod tamē scire tenet̄ cui scꝫ ꝯscientie erranti citra legem vel p̄cepta. volūtas ꝯcordans semꝑ est mala. eo ꝙ non excusat̄ ꝓpter ignorantiā illius quod scire tenetur et studiose vult nescire vt liberius peccet. Sic Saul a Samuele correptus scire noluit ꝙ peccauit sed se sꝑ excusauit vnde et reprobationē meruit. j. Reg. xv. Secundo causatur ex negligentia cum scꝫ quis ꝓpter alias occupatōes negligit addiscere vel ꝯscientiam discutere vel ab alijs querere ad sciendum illud ꝑ quod a peccato retraheret̄. Et tunc ignorantia eius quod quis scire tenetur ꝓpter talem negligentiā est voluntaria vnde voluntas ꝯscientia sic errantis ex negligentia sciendi cōcordans semper est mala. vt dicit Thomas p̄ma scd̄e. q. xvij. Tercio causatur ex supbia cum scꝫ non humiliat intellectum suum vt velit credere melioribus. prudentiorib⁹. et supioribus se. Nā

conscientia subditi in indifferentibus ſm discretiōz ſupioris formā tenebit. Quarto causat̄ ex ſuijp̄ius inordinata beniuolentia. Ex eo nāq; q̄ nimis ſe diligit inclinat et p̄cipitat cōſcientiam ad illud quod appetit. et ſic facit illā a ſua rectitudīe deuiare. Vnde Seneca. Perit omne iudicium cum res transierit in affectū. Vnde talis ꝯſcientia facit tria mala. Primo facit hominē p̄ſumptuoſum eo q̄ eſt nimis larga. Secundo dicit malū eſſe bonū Tercio ſaluat damnandū. Quinto causat̄ ex cordis puſillanimitate qua timet nō timēda ſm iudiciū recte rōis. et illa cōſcientia eſt nimis ſtricta faciens tria ꝯtraria mala. q̄ facit de bono vel nō malo malum. de feſtuca trabem. de leui ⁊ veniali mortale peccatum et graue. Secundo generat deſperationē. Tercio damnat ſaluandū. Sexto causatur ex ꝑplexitate ita q̄ videt ſe poſitum inter duo mala. et vt ſibi videt̄ qd̄cūq; fecerit peccatum euitare nō poterit. ſz nō eſt ꝑplexitas niſi in ꝯſcientia erronea vt dictum eſt. Septimo causat̄ ex humilitate et cordis puritate. Vnde Gregori⁹ in epl̄a quadā. Bonarū mentiū eſt ibi culpas agnoſcere. id eſt formidare vbi culpa nō eſt. Cuius ratio eſt. quia ad bonitatez mentis ꝑtinet qd̄ quis ad iuſticie ꝑfectionem tendat. et ideo inculpatur nō ſolū ſi deficit a cōmuni iuſticia qd̄ vere culpa eſt ſed etiā ſi deficit a ꝑfectōne iuſticie quod q̄nq; culpa nō eſt. et talis ꝯſciētia ſola laudabilis eſt. Ad laudē dei Amen.

De tercio opere mīe ſpiritualis quod ē cōſolari triſtē. Sz. xxij

Facite dignū fructū penitētie. Terciū opus mīe ſpiritualis eſt cōſolari triſtē. Ad cui⁹ euidentiā ſciendū q̄ licet dolor ⁊ triſticia cōueniunt in re differūt tamē in trib⁹. vt dicit doc. ſanct⁹ p̄ma ſcd̄e. q. xxxv. Primo differunt in principio effectiuo. q̄ triſticia causat̄ ex interiori apprehenſione intellectus vel imaginatōis ꝯiunctionis alicuius nociui. Dolor vero causat̄ ex apprehenſione exteriori ſcz ſenſus. Secūdo differunt in ſubiecto. quia triſticia ꝓprie dicitur eſſe in aīa vel in ſpiritualib⁹. Dolor vero ꝓprie dicit̄ eſſe in corpe vel corporalibus. Tercio differūt in quādo. q̄ triſticia eſt de malo nō ſolum p̄ſenti ſed etiā de preterito ⁊ futuro eo q̄ ſequit̄ apprehēſionem interiorē ſcz intellectiuā ⁊ imaginatiuā. Virtus autē interior apprehēdere p̄t p̄ſens preteritū ⁊ futurū. Vnde penitentia eſt triſticia de malo p̄terito. Anxietas aūt eſt triſtitia de malo futuro. Dolor autē nō eſt niſi de malo p̄ſenti. quia dolor ſequit̄ apprehēſionē ſenſus de malo nociuo. et quia ſenſus nō ꝑcipit niſi preſens ideo dolor nō eſt niſi de malo preſenti. Et nota q̄ triſticia id eſt dolor cordis interior ꝑ ſe loquēdo maior eſt exteriori dolore corꝑis. vt dicit̄ Eccle. xxv. Omnis plaga triſticia cordis eſt. et omnis malicia neq̄cia mulieris eſt. Et ſicut malicia mulieris oēm maliciā ſuꝑat. ſic triſticia cordis omnem plagam exteriorē excedit. q̄ malum quod repugnat appetitui eſt maius maluz q̄ qd̄ repugnat corpori vel ſenſui. Et apprehenſio imaginatōnis vel rōnis ex qua causatur dolor mentis eſt altior et maior q̄ apprehenſio ſenſus actus ex qua causatur dolor corꝑis. Et ideo beata maria virgo ex ſua triſticia plus eſt paſſa q̄ alij martires ex doloris anguſtia. Q̄ ſi queritur vtrū triſticia ſit bona vel mala p̄ſertiz cū dicit̄ Eccle. vij. Cor ſapientū vbi triſticia eſt. ⁊ cor ſtultorū vbi leticia. Ad qd̄ dicendū vt ait ſanct⁹ Tho. in p̄ma ſcd̄e. ⁊ in. iiij ſentē. Aliq̄d dicit̄ eſſe bonum dupliciter. Primo mō ſimpliciter ſcz vt ꝑ ſe eligibile et illo modo nulla triſticia ꝑ ſe loquendo eſt bona vt ꝑ ſe appetibilis. q̄ oīs triſticia ꝓcedit ex aliquo incōuenienti ſcz aliq̄d incōueniēs habere nō ē ꝑ ſe appetibile Similiter malū eſt ex ꝑte anguſtie. q̄ appetitū hoīs anxiari de malo p̄ſenti rōem habet mali eo q̄ per hoc impedit̄ appetitus qui eſt in bono. Vnde cū eſt immoderata triſticia tūc quatuor mala facit in hoīe. nocz enī intellectui. appetitui. corpori. et opi. Primo nocet intellectui eo q̄ tollit facul-

tatē discendi. cōsiderandi. et cōtemplandi. Dolor tamē corporis impedit hec tria ꝑ dolorē mentis. Ex eo nāq; ꝙ dolor corporis magis ꝓcedit ex lesione corpis accidit ꝙ magis habz transmutationē corporalē adiunctā. Dolor tamē mentis si multum intendat̄ ita trahit intentionē aīe ꝙ nō possit homo de nouo aliquid addiscere cōsiderare vel ꝓtemplare. Hinc beatus Grego. ꝓpter tristiciā intermisit Ezechielis expositionē. Secūdo nocet appetitui. quia tristicicia causat̄ et cōtingit ex aliq̄ malo pñti quod motui vel inclinatōi voluntatis repugnat. et ideo aggrauat aīm vel desiderīū ac impedit ipm ne eo fruat̄ quod vult. Tercio nocet corpori qz citius illud soluendū reddit et corrumpit. Vnde apls. ij. Corint. vij. Que fm deū tristicia est penitentiā in salutē stabilez operat̄ id est tristicia de amissione alicuius amati citra deum qō nō erat amatū in ordine ad deum vel tristicia seculi que nō operat̄ ad correctionē. Quarto nocet operi ipm scz impediendo. Nā tanta ꝑt esse ꝙ simplici ter impedire nō solum interiores motus animi angustiati vt nec hac nec illac diuertere valeat. Sed etiā ꝙ impediret exteriores motus corporis ita ꝙ remaneret homo stupidus in seipo. Cōmuniter enī impedit ꝙ ex hoc aliquis magis reddatur inefficax. Hinc ꝓsuluit sapiēs Eccle. xxxviij Ne dederis in tristicia cor tuū sed repelle eam a te et memēto nouissimoz. Et causam ponit ibidem dicēs. A tristicia enim festinat mors et cooperiet virtutē ꝛc̄. Secundo modo est aliquid eligibile fm quid scz ex suppositione alicui⁹ turpis cōmissi. sic etiā alique tristicie sunt bone et appetibiles in q̄tuz sunt vtiles ad aliquod bonū agendū vel malū excludendū. Hinc dicit apls vt dictum est. Que fm deū tristicia est penitentiā stabilem in salutē operatur Et quia hec tristicia maxime mitigat̄ amicoz cōpassione et ꝓsolatione. ideo ponitur vnum esse de opibus spūalibus misericordie. Qz aūt tristicia ꝙ amicū demulcentē maxime mitiget ex hoc ptz. quia fm pbm in. x. ethic. naturaliter amicus ꝓdolens in amici tristicia cōsolatiuus est. qđ probat ipe duplici rōe. Prima ratio ē. quia ꝙ talem ꝓpassionem onus alleuiatur. Cuz enī quis ꝓtristatus de sua tristicia videt alios cōtristatos. fit ei quedā imaginatio ꝙ illud onus alij cum ipo portent quasi cōantes illum ab onere alleuiare. Secunda ratio potior est quia per ꝓpassionem illā affectus amicoz manifestat̄. per hoc enī ꝙ amici cōtristantur percipit et videt se ab eis amari. Cognoscere se vero ab alijs amari est delectabile. Cuz igitur omnis delectatio mitiget tristiciam sequit̄ ꝙ amicus in tristicys cōdolens tristiciam mitiget. Et hoc quidem habet locū apud imperfectos. Sed ꝑfectoz tristicia maxime mitigatur in veritatis cōtemplatione in qua scz maxima cōsolatio cōsistit que tristiciam mitigat. Vnde Aug⁹ in libro soliloquiorum de se dicit. Videbatur mihi si ille mentibus nostris veritatis fulgor appareret aut nō sensurum fuisse illum dolorem aut certe ꝙ nihilo tolleraturū. In cōtemplatōne in qua ꝓquiritur intentissima et fortissima dilectio que omnia amara ꝙ dulci sumit. Sicuti videmus ꝙ homines in cōtemplatione diuine veritatis. caritatis ꝛc̄. proflua charitate debriati gaudēt in tribulatōnibus. vt habetur Jaco. i. primo. Omne gaudiū existimate fratres cuz in temptationes varias incideritis scientes ꝙ ꝓbatio vestre fidei patientiā operatur. Patientia autem opus perfectum habet vt sitis ꝑfecti et integri in nullo deficientes. quasi diceret. In tribulatione existentes gaudiuz reputare debetis. Cuius ratio est. quia excellentiori gratia seu dono videtur ꝓfusus qui nouit in aduersis gaudere q̄ qui didicit in ipis nō ꝓtristari Minus enim est quo dolor excluditur q̄ quo leticia suadetur. sicut magis est inimicum patienter dumtaxat tollerare q̄ illum etiam vt amicum amare. quā gratiaz sensit apls quādo dicebat. ij. Corin. vij. Repletus sum cōsolatione superabundo gaudio in omni tribulatōe nostra. Et hec gratia est omniū veraciter et salubriter cōtemplantiū. Cuius ratio est. qz in viribus

anime fit redundantia superioris ad inferius. Et ſm hoc cõtemplationis amoroſe delectatio que eſt in ſuperiori parte aĩe redundat ad inferiora ad mitigandũ etiã dolorẽ qui eſt in parte interiori ſcz in ſenſu. Nimirum cum animũ merore cõfectũ triſticiaq; deiectum potiſſime demulcet ⁊ releuet diuine charitatis amplectata familiaritas. ita vt diceret apl'us. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Unde ferunt quidam q̃ ſi magnes et ferrũ in vno equo libero ponantur appẽdiculo tũc ferro nõ erit ſibijp̃i graue hoc eſt ſua grauitas in nullo promouebit ſuum deſcenſum ſed tantum deſcendet quantũ permittit grauitas magnetis. Cuius ratio eſt. quia magnes naturaliter attrahit ferruz ad ſe vel per modum finis vel per modum efficientis ita q̃ non plus ponderabunt magnes et ferrum q̃ ſolus magnes. Quid ꝑ ferrum niſi libertas voluntatis intelligitur patet iuxta illud Auguſtini in libro cõfeſſionum. Suſpirabam ligatus nõ ferro alieno ſed mea ferrea voluntate. velle meum tenebat inimicus et inde funẽ mihi fecerat. Magnes autem cum tam attractiue virtutis ſit deum intelligitur eſſe. qui naturaliter attrahit ferrum id eſt hominis voluntatem et deſiderium. quia ſm Boetium. boni veriq; nobis naturaliter eſt inſerta cupiditas. Maxime cum attrahit appropinquãtes ꝑfecta ſimilitudine qui q̃diu deo adherent deorſum ꝑ grauitatem inordinate triſticie nõ deſcendũt ſed in omni euentu ſpiritualẽ leticiam p̃ferunt. Si vero diſſimilitudine recedentes ab eo ſeparantur et elongantur et in peccatorum perpendiculo ponuntur ꝓtinus ſibijp̃is graues efficiuntur atq; ꝑ inordinatã triſticiam cadunt et tandem ad inferos deſcendunt. Veruntamẽ quia de imperfectis et ſpiritualibus indigentibus cura eſt deo dicente chriſto. Non eſt op⁹ valentibus medicus ſed male habentibus Et illud nõ veni vocare iuſtos ſed peccatores ad penitentiam. ideo hec elemoſina ſpiritualis. pauperibus in bonis ſpiritualibus eſt diſtribuenda. Omnes enim pauperes ſunt qui triſticia inordĩata deijciũt ſiue fuerit iactura ſiue fuerit aduerſitas ĩ bonis fortune. nature. fame. gratie. Et in omnibus cõſolationem impendere poſſumus. Veruntamen ſimpliciter loquendo q̃to cauſa triſticie fuerit virtuti vel deo vicinior. tãto ꝯſolatiõis elemoſina erit deo acceptior ⁊ eam patienti fructuoſior ceteris paribus. Porro ad remedium primi valz memoria breuitatis vite. ſecũdi memoria vtilitatis pene. tercij aũt memoria cõſcientie boni teſtimonij. quarti deniq; memoria vbertatis diuine mĩe. alquod p̃mo obiectum triſticie eſt iactura vel aduerſitas in bonis fortune. dicit enim Seneca de remedijs fortuitorũ Iſte quem tu felice incredis ſepe dolet ſepe ſuſpirat. Multi illum comitantur mel muſce ſequuntur. cadauera lupi. frumenta formice. predam ſequitur iſta turba nõ hominẽ. Null⁹ eniz diues ſine diuitiarum aculneis ⁊ ſollicitudinum ſpinis. Nam auri cuſtos. ſeruator argenti ſecuritatem nõ habet. neſcit quietẽ ⁊ cui deſt ſecuritas quies perit. pena diues eſt ille nõ cenſu. Et vt dicit idem epl'a xviij. Nemo alius eſt deo dignus q̃ qui opes cõtempiſt quaſi nõ poſſeſſionẽ tibi interdico ſed efficere volo vt illas intrepide poſſideas. Quod eliganter oſtẽdit ſtiphon pl'us qui vt refert Seneca, epiſtola nona. Capta patria. amiſſis liberis. amiſſa vxore cum ex incendio ſolus exiret interrogãti demetrio nũq̃d omnia perdidiſti Inquit nihil perdidi omnia mea mecũ ſunt iuſticia. virtus prudentia. Nihil eĩ bonum putare potuit quod eripi poſſet. Quid ergo putas faciendũ chriſtiano in fortunijs laceſſito preſertim cum dicit Auguſtin⁹ ſuper p̃s. ix. Nemo gratuletur homini qui proſperatur in via ſua cuius peccati deeſt vltor et adeſt laudator maior hec ira domini eſt. Irritauit enim dominum peccator vt iſta patiatur. Et flagella correctionis nõ patiatur. Secundũ autem obiectũ triſticie eſt defectus vel infirmitas corporis Quia dic̃ Seneca epiſtola. lxxij. q̃ in omni morbo tria grauia ſunt ſcz met⁹ mortis. dolor corp̃is. intermiſſio

voluptatis. Sed huius remedium erit me
moria vtilitatis penarū. Dicit enī Hugo
libro. iiij. de anima. q deus pſciens quos
dam multa peccare poſſe. flagellat eos in
firmitate corpis ne peccent vt eis ſit vti
lius frangi laboribus ad ſalutē q̄ rema
nere incolumes ad damnationē. Hinc in
ſtruit Aug⁹ ſuper ps. xxj. dicens. Intelli
gat homo medicum eſſe deum tribulatō
nem medicamentū eſſe ad ſalutem nō pe
nam ad damnationem. ſub medicamento
poſitus vteris. ſecaris. clamas non audit
medicus ad voluntatem ſed audit ad ſa
nitatem. Tercium vero obiectum triſti
cie eſt infamia vel ſcandalū in bonis fame
Quia melius eſt nomē bonū q̄ vnguentū
pretioſum. Sid dicit Gregor⁹ ſup Eze
chiel. Sicut noſtro ſtudio linguas detra
hentium excitare nō debemus ne ipi pere
ant. ita ſui malicia excitatas debemus e
quanimiter tollerare vt nobis meritū cre
ſcat. Quia dicit Aug⁹ ſuper ps. cxix. cum
ceperit homo chriſtian⁹ cogitare pficere
incipit pati linguas aduerſantiū. Quicū
q̄ illas nōdum paſſus eſt nondum pficit
quicū q̄ illas nō patitur nec pficere cona
tur. Et Seneca libro de moribus Nondū
felix es ſi nō te turba deriſit. Si beat⁹ vis
eſſe. cogita hoc primū cōtemnere ab aliis
cōtemni. Unde Dyogenes vt refert Va
lerius cum ei nunciaſſet amicus te cuncti
amici vituperant. Oportet inquit ſapien
tiam ab inſipientibus feriri. Eſſe enī me
liorem ſe indicat mala lingua quez carpit
Quartum denicq̄ obiectum triſticie eſt ti
mor deſolate cōſcientie quā potiſſime de
mulcet vbertas diuine miſericordie. Ad
cuius euidentiam ſciendum q hec ſpiritu
alis triſticia causatur ex quinq̄. Primo
ex pplexitate de qua dictum eſt ſupra. Se
cundo ex ſcrupuloſitate q̄ nunq̄ perfecte
ſuſpirare finitur in lucem miſerationū do
mini. nec aliquādo ſatiſfeciſſe ſibi videtur
cōfitendo. penitendo. horas legendo. z ſi
milia p̄ceptoria peragendo. vel phibito
ria precauēdo. Quod p̄uenit ex nimio a
more ſui quo nimis timet pelli ſue in mor
te. in iudicio. in purgatorio. vel in inferno
Et minori dilectione dei quo fit q̄ nō cō
fidit plene de bonitate diuina. Tercio
ex interna deſolatione et gratie ſubtra
ctione que multis ex cauſis contingit vt
vt patet alibi. Veruntamē ſi p̄ueniret nō
ex demerito ſui ſed ex ordinatione dei tūc
ſemper diſcrete vtentibus vtilior z ſalu
brior ſubtractio talis gratie q̄ adminiſ
tratio. Quarta ex quadam deſperatōne.
que p̄uenit vel ex peccatorū magnitudine
Genes. iiij. Maior eſt iniquitas mea q̄ vt
veniam merear. Vel ex eorū multitudine
ij. Paralip. vltō. Peccaui ſuper numerū
arene maris. Aut ex frequenti recidiuatō
ne qua inuenit ſe tam debilem ad reſiſten
dum. et legem peccati p̄dominantē. q de
ſperat de ſeruili pſeuerantia. Aut denicq̄
ex temptationum multitudine quibus ſe
deſertum a deo putat cum potius tempta
tio ſit ſignum diuini amoris dū non fone
tur ex intrinſeco ſubiecto p̄prie īmmorti
ficationis. Quinto ex puſillanimitate de
qua ſi queratur vtrum ſit peccatū. Reſpō
det Thomas. ſcda ſcde. q omne quod cō
trariatur naturali inclinationi peccatuz
eſt. quia p̄trariatur legi nature. Ineſt igi
tur vnicuiq̄ rei naturalis inclinatio ad ex
equendum actionem ſue potentie cōmen
ſuratam vt patet in omnibus rebus natu
ralibus tam animatis q̄ inanimatis. Si
cut igitur quis p̄portionez ſue potentie p̄
p̄ſumptionem excedit et peccat dum ni
titur ad maiora q̄ poſſit ſic etiam per pu
ſillanimitatē a p̄portione ſue potentie de
ficit et pecat dum in illud tendere recuſat
quod ſue potentie cōmenſuratum eſt. Dic
Matth. xxv. Seruus qui acceptam domi
ni ſui pecuniam fodit in terra nec operat⁹
eſt in ea p̄pter quendā puſillanimitatiſ ti
morem punitus legitur a domino. Sic ho
die multi veram penitentiā per abiectio
nem mundanam vel etiam ad religionē di
uina gratia cōmoniti et excitati tergiuer
ſantur. excuſant. procraſtinant. retroſuz
abiunt. inſpirationi diuine reſiſtunt. time
tes ne forte p̄ſeuerare poſſint ſz tempta

tionibus et tribulationibus ad vomitum redigere cogūtur. Veruntamē qui timet pruinam irruet super eum nix. Quod a nobis auertat Jesus christus amē.

De quarto opere spūalis mīe quod est corrigere peccantem. Sermo. xxiij.

Felicite dignū fructū penitentie. Quartus opus spiritualis misericordie est corrigere peccantem. Dicit Jeronimus ad Riparīū pbiterum. Phinees austeritas. Helye zelus. petri severitas. ananiā z saphirā trucidantis. pauliq; cōstantia qui elymā magnum vijs domini resistentem eterna cecitate damnauit nō est crudelitas sed pro deo pietas. Unde et in lege dicit Deut. xiij. Si frater tuus amicus z vxor que in sinu est te deprauare voluerit. sit manus tua super eos et effunde sanguinē eorū et auferes malum de medio israel. Ex quib⁹ liquet q̄tum obligamur ad correctionem fraternam exequendā. et hoc animo medendi nō seviendi. nō ex odio vel turbatō ne sed ex dilectione et emendatōne. Nam vt refert Valerius maximus tarenti⁹ intuens villicum suum male meritū. Sumpsissem inquit a te supplicium nisi tibi iratus essem. Valuit enim impunitū relinquere per irā q̄ iusto amplius punire. Ad plenam igitur euidentiam fraterne correctionis tria cōsiderare debemus scz affectum quo ducimur. preceptum quo astringimur. et modum quo dirigimur. Primo nāq; cōsiderare debemus affectū quo ducimur ne scz causa correptionis reddatur indebita. Nā corripientē sicut decet tria monere debent ad correptionem. Primū est affectus charitatis. vt sic fiat elemosina spiritualis vt scz nō tantū fiat effectu exteriori sed etiam affectu interiori. salutem fraternam requiramus. quia maior est effectus z affectus subueniendi menti q̄ carni. Unde ait apls. j. Corinth. ix. Si nos vobis spiritualia seminam⁹ magnū est si nos carnalia vestra metamus. quasi diceret. nō. quia parum est respectiue. Secundum est horror iniquitatis quem tenemur habere in p̄rimo sicut in nosmetipis. Nam qui peccatum nō odit in p̄rimo sed illius quacūq; suppositione vel occasione reminiscitur cū oblectamento p̄pr̄io. non dum recessit a peccato. nec dignus habet salutis brauio. Unde Ezech. ix. Jubent interfici nō solum actores sceleris sed etiam vniuersitas generaliter omnium eadē scelera non deflentium. Transi inquit per mediam ciuitatē hierusalez et signa thau super frontes virorum gementium z dolentium super cunctis abhominationib⁹ que fiunt in medio ei⁹. Et ait sex viris qui habebant vasa interitus in manibus eorum Transite per ciuitatem sequentes et percutite et nō parcat oculus vester neq; misereamini senem adolescentē virginē parvulum et mulieres interficite vsq; ad interitionem. Omnem autē super quem videritis thau ne occidatis. z a sanctuario meo incipite Tertiū est fruct⁹ correptōis z p̄fect⁹ eterne salutis. q̄ nihil deo acceptius zelo animarū Secundo principaliter attendenduz est preceptū quo astringimur ad fraternam correctionē. Ad cuius autem euidentiam sciendum est q̄ inferiorum est monere. equalium corripere. sed superiorum corrigere. Primus igitur scz monere p̄tinet ad inferiores respectu superiorū. Sicut dicit Bern. ad Eugeniū Joneo te nō arguo. Queri igitur p̄t. vtrum subditi suos p̄latos corripere teneantur vel ammonere dū vident eos ammonitione dignos. Sicut sentire videtur Aug⁹ in regula dicens. Non solum vestri sed etiam ip̄ius p̄lati miseremini qui inter vos q̄to in loco superiori tanto in periculo maiori versat. Et Eccle. xxvij. Unicuiq; mādauit deus ō. p̄rimo suo. Ad hoc respōdet doctor sanct⁹ scdā scde. q. xxxiij. q̄ correctio fraterna que est actus charitatis pertinet ad vnumquēq; respectu cuiuslibet persone quaz charitatem habere

debet erga ꝓximum suum dum inuenerit in eo aliquid corrigendum. Sed quia actꝰ virtuosus debitis circumstātijs debz esse moderatus. ideo in correptione qua subditi ꝓlatos corripiūt modus adhiberi debeat. vt scz nō cum ꝓteruia et duricia sed cum mansuetudine et reuerētia corrigantur. Hinc apls dicit. j. Thy. iiij. Seniorez ne increpaueris sed obsecra vt patrē Verumtamen vbi imminet periculz fidei vel publicum scandalum publice essent arguēdi. Quia dicit Gregoriꝰ in pastoralibus. Sicut laudabile decretūq̄ est reuerentiā et honorem debitum exhibere maioribus ita rectitudinis ⁊ dei timoris est si qd in eis correctōe indiget nulla dissimulatōe postponere ne totum corpus quod absit incipiat morbus inuadere si languor non fuerit curatus in capite. Cuius exemplū habemus etiam in Paulo qui prelatū suū scz beatum Petrum ꝓpter imminens periculum scandali corripere nō distulit. sicut ait ad Gal. ij. Cum venit cephas anthiochiam in faciem ei restiti. quia reprehensibilis erat. De quo dicit Aug⁹ in epla ad Hieronimum. Fidelis dispensator paulus veritatis nō falsitatis petrū arguendo. Petrus verobenigna pietate suscepit. at q̄ tam rarius q̄ sanctius exemplum in posteris prebuit. quo non dedigneretur siccubi forte rectuz tramitem reliquisset etiā ab inferioribꝰ corrigi. laudabilius est enim gratanter recipere corripientem q̄ audacter corrigere deuiantem. Secundū vero corripere pertinet ad mediocres respectu equalium. De quo queri potest vtrū correptio fraterna sit in ꝑcepto presertim cū dicitur in decretis. xxiij. q. iij. q̄ taz sacerdotes q̄ reliqui fideles summam curaz habere debēt de his q̄ pereunt. quatenꝰ eoꝝ redargutōe aut corrigant a peccatis. aut si incorrigibiles appareant ab ecclesia separentur. Ad hoc respōdit doctor sanctꝰ scda sede. q. xxxiij. q̄ correptio fraterna cadit sub precepto. Sed cōsiderandū est q̄ sicut ꝑcepta negatiua legis prohibent actus peccatorū. quia fm se mali sunt nec aliquo modo tempore vel loco bene fieri possunt. Ideo semper et ad semper obligant sic precepta affirmatiua ad actꝰ virtutum inducunt qui nō quolibet modo fieri debent sed obseruatis debitis circumstātijs q̄ requirunt ad hoc q̄ sit actus virtuosus scz vt fiat ubi debet. quādo debet et fm quod debet. In quibus circumstantijs debet semper attendi ratio finis qui est bonum virtutis. Ad cuius euidentiam sciendum q̄ fraterna correptio omitti potest. Primo cum peccato mortali qñ scz quis ita formidat iudicium et carnis excruciationem vel remptionem. Aut cū aliquis inordinatus affectus sic in eo dominatur q̄ fraterne charitati proponitur quod cōtingere videtur cum quis per aliquem timorem vel cupiditatem fraternā correptionem pretermitteret. licet ꝓbabiliter ꝓsumeret q̄ alū per hoc a peccato retrahere possz. Nimirū cū dicit Raban⁹ sup illud Matth. xviij. Si peccauerit in te frater tuus. ita peccat qui vidit fratrez peccare et tacet sicut qui penitenti non indulget. Naz qui dixit dimitte. premisit si peccauerit increpa in omni patientia ne difficilis sit venia et remissa indulgentia. Secundo vero ꝑtermitti potest cum peccato veniali cum scz timor vel cupiditas hominem tardiorem faciunt ad corripiendum Si tamen illi cōstaret q̄ fratrez suum per correptionem a peccato retrahere posset ꝓpter cupiditatem vel timorem nō dimitteret. Tercio denicq̄ correptio omitti potest cum merito. cum scz ex charitate correptionem ꝓtrahit vel omittit eo q̄ tempus magis opportunum querit. vel ne deterior alter inde fiat. De quo dicit Aug⁹. libro ꝓmo de trinitate. q̄ si ꝓpterea obiurgandis et corripiendis et male agentibꝰ quis parcat. quia opportunum tempus inquirit. vel eisdem ipis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur. vel ad bonam vitaz et piam eruiendos impediant aliosq̄ infirmos premant atq̄ auertant a fide non videtur esse cupiditatis occasio sed cōsilium charitatis. Et nota generaliter de

correptõne fraterna q̃ sicut ad illaz quis nõ obligatur quando correpti emendatio non speratur. sic etiam quis ad illam non obligatur si mutua charitas minui inde timeatur. Quod sane intelligitur de eadez persona que a peccato retrahitur et non de quacunq; alia. quia licet sequeret̃ in illo facto pro quo corripitur sufficiẽs emẽdatio tamen peior scissura fieret cum sequeretur charitatis extinctio. quia non fit in aliquo maius damnuz q̃ in charitatis ablatione. Et sicut illa seruanda est in illo q̃ corripitur sic etiam in illo qui corripit.

Et ideo omnes ammonitões improuise se nõ precogitate vt plurimum non sunt meritorie quia fm carnem fiunt et cum impetu vt frequenter vel cum aliqua mentis perturbatõne vel saltem non cum pace q̃ mentis tranquillitate. Vñ Aug⁹ libro. ij. de sermone domini. Quicquid lacerato animo dixeris tumentis est impetus, non charitas corrigentis. Dilige et dic quicquid velis. Tercium autem corrigere pertinet ad superiores respectu, superiorum suorum. quia illorum non est solum corripere. sed et iam punire ratione officij sui scz vel cure domestice. Nam huiusmodi magis ceteris obligantur. vtpote quibus dicit Augustin⁹ de verbis domini. Si neglexeris corrigere peior factus es eo qui peccauit. Nimirum cum correctio ptinet ad prelatos nõ solum prout est actus charitatis sed etiam prout est actus iusticie. Vnde dicit Gregor⁹ super illud Ezechiel xxxiij. Si dicente me ad impiuz. q̃ vbi subditus ex sua culpa moritur ibi is qui p̃est. quoniam tacuit reus mortis tenetur. Et nota q̃ tribus modis prelatus vel omnis superior, respectu sui inferioris reus erit eterne mortis, in subditis, damnatis que tangit Hugo libro de abusionib⁹ claustri dicens. Tres sunt species negligentiũ prelatorum Quidam qui bene viuunt q̃ subiectos male viuere permittunt. Quidam qui male viuunt et subiectos bene viuere cogunt. Quidam qui male viuunt et subiectos male viuere volunt. Qui bene viuunt et subiectos male viuere permittunt exemplo quidem precedunt. sed quia errãtes corrigendo nõ increpant delinquunt, licet enim bene viuunt necesse tamẽ est vt de grege sibi cõmisso domino gregis rationem reddant. Illi vero qui male viuũt et subiectos bene viuere cogunt errantes reuocant sed fortes et rectos occidũt. reuocant verbis. et occidunt factis seu exemplis. De tercia specie nõ oportet facere mentionem. Hec ille. Et vt dicit Thomas doctor sanctus vbi supra. licet fraterna correctio tantũ obligat ad occurrẽtes correctio tamen superioris obligat illũ ad omnes subditos. cuius ratio est. q̃ quod debetur alicui certe persone siue sit bonuz corporale siue spirituale oportet q̃ illi impendamus nõ expectantes donec nobis occurrat sed debitam sollicitudinem habentes vt eum inquiramus. Sicut enĩ qui debet creditori pecuniam illum requirere debet cum tempus solutõnis venerit. ita qui habet spiritualiter curam alicuius eũ querere debet vt eam a peccato corrigat. Sed illa beneficia que non debentur certe persone sed cõmuniter siue sint corporalia vt elemosine corporales. siue sint spiritualia nõ oportet nos querere quibus, impendamus qui nobis occurrunt. Hoc enĩ quasi pro quadam sorte habendum est. vt dicit Augustin⁹. Similiter licet correctio fraterna dimitti potest cum non sequitur aut speretur emendatio. correctio tamen ad prelatos pertinens que ordinatur nõ solum ad bonum persone sed etiam ad bonum cõmune vim habens coactiuam non est dimittenda ꝓpter emendatõnis desperationem vel propter turbationem eius qui corripitur. tum quia et si ꝓpria sponte emendare non velit per penas cogendus est vt a peccatis desistat. tum quia si in

corrigibilis existat per hoc pideatur bono cõmuni dum seruatur ordo iusticie et vnus exẽplo alij deterrentur. Verum tamen licz tam stricte prelatus obligetur ad subditorum correctionem, graviter tamen peccat in hoc nisi ipe et a peccatis abstineat. Et hoc propter tria vt dicit ibidẽ doctor sanctus. Primo siquia ex peccato suo redditur indignus ad alium corrigendũ presertim de minori peccato. Hinc super illud Math. vij. Quid vides festucam dicit Jeronim⁹ q̃ de his loquit̃ qui cum mortali crimine detineantur ob noxij minora peccata fratribus non cõcedunt. Secundo ꝓpter scandalum quod ex correctione sequitur si peccatũ corrigentis manifestum fuerit quia videtur q̃ potius corrigat ex ostentatõne q̃ ex charitate. Dicit enim Crisostom⁹ super illud Math. vij. Quomodo dicis fratri tuo? Quo proposito putas vt salues primum nisi quia teipm ante saluares sed per bonam doctrinam malos act⁹ vis celare et scientie laudem omnibus querere. Tercio ꝓpter correctionis elationem inquantũ scz propria peccata parupendens in corde seipm proximo prefert, peccatum illius severa austeritate diiudicans et propria palpans ac si iustus esset. Et ideo cõsuluit Augustin⁹ libro de sermone domini in monte dicens Accusare vicia officium est bonum. quod cum mali agunt alienas partes faciunt. Cogitemus igitur cum nos necessitas exegerit reprehendere aliquem, vtrum tale sit vicium quod nunq̃ habuimus et tunc cogitamus nos homines esse et habere potuisse, vel tale quod habuimus et iam nõ habemus, et tunc tangat memoriaz cõmunis fragilitas vt illam correctionem non odium sed misericordia precedat. Si invenimus nos in eodem vicio esse non obliurgemus sed cõgemiscamus et ad equaliter deponendum invitemus. Tercio principaliter debemus attendere modum quo dirigimur et instruimur ad corrigendum proximum, quia sicut fraterna correctio est de necessitate diuini precepti inquantum ordinatur ad emendationem. Quem ordinem satis lucide ostendit dominus in euangelio dicens Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus ꝛc̃. Ad cuius euidentiam sciendum sm quod dicit doctor sanctus vbi supra, q̃ si peccata corrigenda sint publica tunc nõ est tãtum exhibendum remedium illi qui peccauit vt melior fiat sed etiam alijs ad quorũ noticiam deuenit vt non scandalizentur vel ad sequelam alliciantur. Et ideo talia publice sunt corrigenda et arguenda. Sicut dicit Apostolus prime ad Thymo. v. Peccantem coram omnibus argue vt ceteri timorem habeant. quod intelligitur de peccatis publicis vt dicit Augustin⁹. Cuius rationem ponit Gregor⁹ in registro dicens. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda sed palam sunt arguendi qui palam nocent. vt dum aperta obiurgatõne sanantur hi qui eos imitando deliquerant corrigantur. Dum enim vnus corripitur plurimi emendant̃ et melius est vt vnus pro salute multorum cõdemnetur q̃ vt per vnius licentiam plurimi pericliten̄. Si vero sunt occulta peccata que redundant in nocumentũ primorum corporale vel spirituale, vtpote si qs velit hostibus ciuitatem tradere, virginẽ deflorare, cuiusdam filiam rapere, vel similia perpetrare licet occulte peccat, non tamen solum in te peccat sed etiam in alios. Et ideo oportet statim ad denunciationem procedere ne alij iacturam patiantur ex suo scelere nisi quis firmiter estimaret q̃ hmõi malum cito p secretã ammonitionẽ impedire possz Cererũ si pcta hmõi occulta solũ sint in malũ peccãtis ꝛ illius in quez peccatur scz quia leditur a peccã-

te. vel quia saltem sola noticia ad eadem peccata incitatur. tunc solum locum habere videtur illud preceptum dominicū. Si in te peccauerit frater tuus. nisi forte talis peccans tam efficaciter aliuz alliceret aut traheret vt illi ppie fragilitati consciens sine magno periculo eidem resistere nō posset. In tali igitur correctōne ammonitio secreta primo pcedere debet semel vel pluries q̄diu ꝓbabiliter spes de emendatōne illius habetur. Cuius ratio est. quia peccator p peccata sua duo mala incurrit. scz lesionem cōscientie et fame sed lesio cōscientie maius est damnum q̄ fame. Vnde magis damno principaliter subueniendum est cui scz subuenire potest sine damno alterius. Hoc vtiq̄ peligendum est. quia peccatum est fieri per plura quod potest fieri per pauciora. Sicut si medicus corporalis possit cōferre egro sanitatem sine mēbri abscisione hoc potius eligit. Si autem. tunc membrum abscindit minus necessarium vt vita totius corporis cōseruetur Sic si corrigi potest sine diffamatōne. hoc eligendum est. quia ex amissione fame taz in temporalibus q̄ in spiritualibus q̄tum ad multa detrimentum patitur. Si vero per ammonitionem secretam corrigi nō potest adhibenda est discreta denunciatio prelato vel superiori suo vel alicui persone cui⁹ interest eadē corrigere vel precauere. Quod notat dominus cuz dicit. Si te nō audierit adhibe tecum vnum aut duos testes. vt sic in parte cōfusus et autoritate maiori correptus a peccato resipiscat. dummodo sic publicetur paucis qui possunt prodesse et nolunt abesse vt saltem sine multitudinis infamia sic emendetur. Tercio demum precipitur inductio testium vt coram iudice vt sic autoritate illius corrigatur sicut p sequitur dominus dicens. Si illos nō audierit dic ecclesie id est coram prelato ecclesie per testem eum cōuince. Q⁹ si ecclesiam non audierit. pducatur peccatum in publicum vt sic eum in detestationem habeant. Sit tibi inquit sicut ethnicus⁊ publicanus id est gentilis vt nō cōputetur inter fideles. nec eidem cōmunicent sicut nec iudei samaritanis. Et licet nemo corrigere potest quem deus despexerit id est reprobauerit. vt dicitur Eccēs. vij. Sicut tamen illi q̄diu vixerit non denegandum est orationis suffragium sic nulli subtrahē dum est correctionis beneficium. quia predestinatos a reprobis hic distinguere non possumus. Ad laudem dei Amen.

De quinto opere misericordie spirituali quod est offendenti remittere. Sermo. xxiiij.

Facite dignū fructū penitentie. Quintum opus spiritualis misericordie est offendenti remittere et vindictam nō expetere. De quo dicit Petrus Raven. sermone. lxvij. super illud. dimitte nobis debita nostra. Homo si sine peccato esse nō potes et vis semper dimitti tibi totum dimite semper Quantū vis tibi dimitti tibi totiens dimitte. imo quia vis totum dimitti tibi totum dimitte. Homo intellige. quia remittendo alij tibi veniam tu dedisti. Ad euidentiam igitur huius operis misericordie primo queri potest. vtrum liceat vindictam appetere vel etiam exercere presertim cum Tullius ponit vindictā esse partem iusticie. et in lege diuina malis et criminosis huiusmodi determinantur pene. Ad quod respondet doctor sanctus scōa scōe. q. cviij. q vindicatio fit per aliquod penale malum peccanti inflictum. Est igitur principaliter cōsiderandum in vindicatione vindicantis animus cuius intentio si feratur principaliter in malum illius de quo vindictā sumit vel apperit vt ibidē sistat et quiescat tūc omnino malū est illicitū. qz delectari in malū alteri⁹ ptinet ad odiū qđ repugnat charitati q̄ scz oēs homines diligere tenemur. nec excusat aliq̄s q̄

ꝙ malum illius intendit qui iniuste malū intulit sicut nō excusat quis ꝙ hoc ꝙ odit odientem se sed facit cōtra illud preceptū domini. Diligite inimicos vestros. Vnde dicit apls. Noli vinci a malo sz vince malum in bono. Vnde si quis per iusticiā nō amore iusticie sed vindicte ꝓcuraret ꝙ interficiens patrē suum per eandē iusticiaz interficeretur, nō amator iusticie sed detestabilis homicida iudicaretur. Porro si vindicantis intentio principaliter fertur ad bonum aliquod ad quod ꝙ penam peccantis ꝓuenitur scz ad emendationem peccantis. vel saltē ad illius cohibitionē et aliorū quietem aut ad iusticie cōseruationem ꝙ dei honorem. tunc potest esse licita vindicatio in affectu et etiaz in effectu seruatis debitis circumstātijs. Sic tamē sciendum est ꝙ si iniuria in aliquē illata redundat dumtaxat in personā eius tunc illam patienter tollerare debet si tamē expedit. Nam huiusmodi p̄cepta patientie sunt intelligenda fm preparationē animi Vnde refert Ambrosi⁹ de obitu Theodosij imperatoris. ꝙ beneficium putabat se accepisse Theodosi⁹ cum rogaretur ignoscere. et tunc ꝓpior erat venia cum fuisz cōmotio maior iracundie. ꝙ optabatur in eo quod timebatur. in alijs vt irasceretur Hoc erat remedium eorum quoniā cuz baberet super omnes potestatē quasi parēs postulari malebat p̄ quasi iudex punire. equitatis iudex nō pene arbiter qui nūq̄ veniam cōfitenti aut petenti negauit nec indignationem tenere voluit. Refert etiā Valerius ꝙ idē Theodosi⁹ ad iram se ꝓpriū agnoscēs. ministris suis precepit vt nihil ponderis quicquid p̄ciperet executō ni mandarent. nisi quod sero p̄ceperat mane cōfirmaret. et quod mane p̄ceperat sero cōfirmaret. Legitur denicq̄ in hystoria triptita. ꝙ cuz quidā ab imperatore theodosio quereret quomodo sic iniurias sustineret et ledentes se nō occideret. respondit. Si possemus mortuos reuocare ad vitam nō esset magnum occidere viuētes ꝛc Pudeat fratres tantā mansuetudinē nō imitari. pudeat ꝓprijs passionibus vinci. pudeat denicq̄ ad vindictam cōcito insanire. Si quis igitur ab hac peste sanari desiderat taxi naturā inspiciat quod est animal horrens et fugiens omne fetidum et immundum. et dicitur alio nomine melota. vt dicit glosa sup illud. Circuierūt in melotis. Hoc enim animal ad quantitatē vulpis habet pellē hispidam et villosam. Dum igitur a canibus insequitur anbelitum retinet retinendo cutem extendit. et sic morsus canum et hominum recipit⁹ sustinet. Sic iracundus dum impeditur flatum ꝙ silentium retineat. spiritum intus recolligat et q̄uis obprobrijs dignus sit reuoluat vt sic omnia tranquilla patiētia sustineat Sic dauid fecit absalonē ꝓsequētē et semei maledicente. vt dicitur alibi. Veruntamē si talis iniuria alicui illata redundat in deum et in ecclesiā vel christianam fidem tunc quis debet vlcisci ꝓpriaz iniuriam. sicut fecit Helyas ꝓpheta. qui vt habetur. iiij. Regum. j. fecit ignem descendere super duos quinquagenarios a rege Ochozya missus ad capiendum eum si sponte venire noluisset. Similiter Helizeus maledixit pueris eum irritentibus sicut iudei christo illudebant. vt habetur iij. Regum ij. Sic Moyses qui fuit mitissimus hominum nō tamen sustinuit iniuriam redundantem in deū vt patuit in Dathan et Abyron. Maximeq̄ demonstrauit in iudaicum populū post idolatrie peccatum. De quo dicit Gregori⁹. xx. moralium. ꝙ Moyses sic amauit eos quibus prefuit vt pro eis nec sibi parceret. Et tamen delinquētes sic persecutus est quos amauit vt eos etiam domino parcente ꝓsterneret. Vbiq̄ legitur fortis. vtrobiq̄ mediator. admirabilis causam populi apud deum precibus causam dei apud populū gladijs allegauit. Sed nos in dei iniuria benigni sumus in nostris autez cōtumelijs odia exercemus cū tamē ecōtra cōsulat Crisostomus sup Mat. dicēs. Discam⁹ exemplo xp̄i nostras iniurias magnanimiter sustinere. dei aūt iniurias nec vsq̄ ad

auditam sufferre. Nam iniurijs proprijs patientiam tenere laudabile est. Jniurias autem dei patienter sustinere impium est. Vnde etiam Siluester papa excõmunicauit eos qui eũ in exilium miserũt. vt habetur. xxiij. q. iij. c. Guillisari⁹. Verumtamen licet aliquãdo salubriter expetit exteriora vindicta debitis circumstantijs ob seruatis Jnteriora tamẽ affectus semp est dulcorandus iniuriarũ. remissione charitatis affectõne scz vt vindicta sit cuz dolore et emendatio vel iusticia sit cum intẽtione. exemplo domini dicentis Jsaie. j. Heu cõsolabor sup hostibus meis ⁊ vindicabor de inimicis meis. Semper ingz fiet vindicta citra cõdignum vt magis relucet misericordia qz seueritas. Que duo ita tactã per mansuetudinẽ et clementiã pficiuntur. Naz mansuetudo vel mitritas appetitum vindicte respicit et illũ diminuẽdo passionem ire mitigat. et vt dicit Cassiod. nunqz est sola. quia de virtutibus cognoscitur esse generata quã pauci veraciter attingunt. Sed vt dicit Bern. super Cantica. Sunt aliqui sic donantes iniuriam vt nõ vltiscantur cum tamẽ sepius imporperent. Sunt alij qui licet sileant. manet tamẽ alta mente repositus et rancorẽ tenent in animo. quorum neutra plena indulgentia est. Longe ab his omnibus benignissima diuinitatis natura libẽter agit ignoscit plenarie. ita vt nõ pptez fiduciaz peccatorũ sed penitentiũ vbi habũdat delictum solet et gratia suphabundare. Tã libenter enim deus omnẽ donat iniuriam vt iam nec damnet vltiscendo. nec cõfundat imporperando. necminus diligat imputando. Clemẽtia vero respicit ipas penas actualiter quas ipe moderare nouit Nam clementia vt dicit Seneca ad neronem. Alieno sanguini tanqz suo parcit et sic hominez nõ esse hominẽ pdige vrendũ Alioquin vt dicit Jero. sup illud ad Tytum. nõ iracundũ Nihil est fedius pcepto re furioso. qui cum debeat esse mansuetus ⁊ humilis ad omnes. ex diuerso. turuo vultu. trementibus labijs. rugata fronte. efrenatis cõuicijs. facies interpallorẽ ⁊ rubozem variata. clamore pstrepat. et errãtes nõ tam ad bonũ retrahit qz ad malum sua seuicia pcipitat. Vnde taz sincera debet esse iniuriarũ remissio qztũ ad effectũ vt etiam offendenti cordialis exhibeatur dilectio. pcipiente dño. Diligite inimicos vestros. De quo nõ immerito queri põt. Vtrum sit cõsilium vel preceptũ pserim tum charitas non tollit naturam sed vnaquecz res naturaliter suum cõtrariũ odit sicut ouis lupũ. lepus canẽ. et ignis aquã Et ideo nõ videt esse de necessitate salutis qz inimicum quis diligat et illi signa dilectionis ostendat. Ad hoc respondet doctor sanctus scõa scõe. q. xxv. qz inimicorum dilectio tripliciter cõsiderari potest. Vno modo vt inimici diligantur vt sunt inimici et hoc est peruersuz charitatiqz repugnans. quia hoc esset diligere maiuz alterius que necessario debeamus odire in eis. et nobis hoc displicere debet qz sunt inimici nobis. licz alio respectu nobis meritorie placere potest. vt sic scz ab eis ⁊ a toto mundo cõtemnamur persequamur ⁊ iniurias patiamur. cum etiam vt sic non sunt nobis cõtrarij. Jnquantũ etiã sunt homines et eterne beatitudinis capaces sm hoc eos diligere debemus. et hoc est illum odire sm inimiciam et culpam sed diligere sm naturam ⁊ imaginem sm quam inimicus possibilis est cõmunicare et participare nobiscum in vita gratie et glorie Vnde dicit Gregori⁹ in pastoralib⁹ Virtus est cozã hominib⁹ inimicos tollerare sed virtus est cozã deo inimicos diligere. quia hoc solum sacrificium deus accipit qõ ante oculos eius in altari boni operis caritatis flamma incendit. Secundo modo vt inimici diligantur qztuz ad naturã in generali. et hoc est de necessitate charitatis. vt scz quis diligens deum et proximum ab illa generalitate proximi inimicos suos non excludat. Nec sufficit scõm Chrisostomũ non odire. sed precipimur etiã diligere odientẽ. insidiantẽ. nocentẽ. et psequentẽ. De q dilectõe dicit Greg. in

morał. ꝙ inimici dilectio tũc veraciter cu
stoditur. cum nec ad profectum illi⁹ deijci
mur. nec de iniuria eius letamur. Nõ enĩ
illum amat quis quem nõ vult esse melio-
rem eumꝗ stantem voto ꝑsequitur quem
cecidisse gratulatur. Quam dilectionẽ e-
legantissime ostẽdit dauid inimicis suis
Sauli cum suis vsꝗ ad mortem dauid ꝑ-
sequentibus. Ait in p̃s. xxxiiij. Quasi ꝓ-
ximuz quasi fratrẽ nostrũ sic cõplacebaz.
scz in eoꝝ ꝓsperitatibus. quasi lugẽs ⁊ cõ
tristatus sic humiliabar scz in eoꝝ aduer-
sitatibus ⁊ morte. Et aduersum me letati
sunt ⁊ ꝯuenerũt. cõgregata ⁊c̃. Unde et
hec dilectio generalis exhibenda est ꝑ lo-
co et tempore oportunis. per exteriora ge
neralia signa charitatis de necessitate. q̃
scz exhibent̃ ꝓximis in cõmuni. vtpote cũ
orat ꝑ omnibus vel impendat aliqđ bene
ficium toti ꝯmunitati vel cõmunes saluta
tiones in occursu ⁊ similia. Que si nõ exhi
berentur inimicis hoc ꝑtineret ad liuorez
vindicte cõtra illud mandatum dñi Leui
tici. xix. Nõ quere vltionem. ⁊ nõ eris me
mor iniurie ciuium tuoruz. In cuius etiã
argumẽtũ precepit dñs Exo. xxiij. Si oc
curreris boni inimici tui aut asino erranti
reduc ad eum. Si videris asinum odiẽtis
te iacere sub onere nõ ꝑtransibis sed sub-
leuabis cum eo. Quantomagis igit̃ esset
cõtra charitatẽ ꝓximis ostendere manife
sta signa rancoris cum effectus charitatis
semꝑ affectui correspondere debz. Unde
generaliter quatuor debemus inimico de
necessitate salutis. Primũ est offensaz in
dulgere vel remittere etiam non petenti
sed actualiter adhuc ꝑsequẽti. Quod sa-
ne ſm Aug⁹ sic est intelligenduz. ꝙ homo
tenetur deponere rancorez qui sequit̃ ex
appetitu vindicte ex illata iniuria sed non
tenet̃ dimittere punitõnez ex zelo iusticie
nisi inimicus veniam rogauerit et ꝑsequi
desierit tunc enim vtrunꝗ dimittere de-
bet pure ⁊ plenarie. ꝑterq̃ in duobus ca-
sibus. Primus est si fuerit suꝑior qui ob-
ligaretur ad correctionẽ. Secund⁹ si fue-
rit damnificatus in ꝑsona. fama. terrena
substantia. et similibus. Licitũ est enim
vindictã appetere ratione emende ꝓprie:
quia tunc petit quod suum est. tanq̃ credi
tor petens sua debita. Et hoc est quod pe
timus in oratione dominica. Dimitte no-
bis scz satisfacere paratis debita nostra
sicut et nos dimittimus debitoribus no-
stris id est iniuriantibus satisfacere para
tis. Secundum est familiaritatem exhibe
re cuz inimicus se ad familiaritatẽ ingerit
et presertim si habeatur p̃sumptio ꝙ non
simulate vel irrisorie faciat vel nisi ex illa
familiaritate iactura maior timeretur eo
ꝙ multorum familiaritas causa multorũ
malorum est. Ratio autem illius est. quia
vnusquisꝗ đ necessitate salutis suo inimi
co ꝑ loco et tempore ac debita oportuni-
tate cooperari tenetur in his que prosunt
ad gratiam ⁊ gloriam. Quod si non face-
ret hoc pertineret ad liuorez vindicte que
non solum redundaret in ꝓximum sed e-
tiam in deum. Tercium est illi bona ⁊ gra
tie ⁊ glorie optare. hoc enim est de necessi
tate salutis. Pro loco et tempore ad hoc
etiam cooperari. Nam glosa super illud.
Orate ꝑ persequentibus vos dicit ꝙ tria
sunt quibus maculatur ecclesia. scz anim⁹
lingua. et manus. Sed cõtra animi mali-
ciam diligit odientes. cõtra maliciam lin
gue orat pro inimicis. Et cõtra maliciam
manus dat adiutorium nocentibus. per-
sequentibus. et malefactoribus. Et hec
quidem exercenda sunt in his que sunt ad
deum ⁊ ad odientis salutem. Alias extra
casum ad hec tria nõ obligaretur. Nõ enĩ
quis obligatur ad optandum. orandum.
vel cooperandum. ꝑ prosperitate inimici
corporali vt sanitate longeuitate nec eti-
am temporali. quia forte in his resultat
causa rebellionis ⁊ nocumenti in ꝓximuz.
Non tamen optandum. orandum. vel co-
operandum est pro aduersitate illius cor-
porali vel temporali nisi dumtaxat eo in-
tuitu ꝙ per illam inimico subtraheretur
facultas nocendi ꝓximo vel permanendi
in peccato. Sicut beata Anastasia rescri-
psit beato Crisogono. ꝙ oraret cõtra vi-
rum suum paganũ. vt si preuideret eũ de-
us in malicia et blasphemia ꝑseueraturũ

q̄ eum de mundo tolleret et pacem culto-
ribus daret suis. Quartū est illi cōmunia
beneficia nō negare nec corde nec ore nec
opere. et pacez cum eo q̄tum possibile est
tenere. Ad Ro. xij. Si fieri potest quod ex
vobis est cum omnib⁹ hoībus pacē haben
tes. ¶ Tercio modo dilectio inimicoꝝ cō
siderari p̄t vt speciali dilectōne diligant̄.
ita q̄ quis in speciali moueat̄ ad inimicuz
motu dilectionis. et illud nō est de necessi
tate charitatis absolute nisi s̄m p̄paratō
nem animi vt scz animū ad hoc paratum
habeat. q̄ in singulari inimicuz diligeret
si necessitas occurreret. quod tñ sine ne-
cessitatis articulo ꝑtinet ad ꝑfectionē ca
ritatis. Et hoc intelligit̄ de omni motu in
teriori ⁊ exteriori in omnib⁹ beneficijs ꝓ-
ximis impendēdis. Prouer. xxv. Si esu-
rierit inimicus tuus ciba iliū. si sitit potū
da illi. Hoc enī faciēs carbones ignis cō-
geres sup̄ caput ei⁹. id est occasiones accē
dentes ignē dilectōis. Ad cuius effectuz
vt efficacius incitemur notandū q̄ ex ꝑte
diligentis inimici dilectio magis merito-
ria est q̄ amici ꝓpter quatuor. Primo ꝓ-
pter respectū ꝑfectiorē. qꝛ dilectio cuius
causa solus deus est maioris est meriti q̄
cuius causa p̄t esse alia sicut dilectio ami-
ci. q̄ si vtraq̄ dilectōnis causa deus est. in
dilectōne tñ inimici nihil reꝑitur nisi affe-
ctus, vel amor diuinus. sed amici dilectōe
plerūq̄ se immiscet affectus sensualis. na
turalis. vel acquisitus. Sed q̄to purior
fuerit dilectio tanto magis est meritoria
Secundo ꝓpter conatum fortiorē. qꝛ vbi
maior est difficultas ⁊ conatus. ibi mai⁹
est meritū eo q̄ virtus est circa difficilia
s̄m ph̄m. sed difficilius est inimicū dilige-
re q̄ amicum. licet vterq̄ diligat̄ ꝓpter de
um. quia fortius ostendit̄ dilectio dei que
animū hominis ad remotiora trahit. scz
ad dilectiōz inimici. sicut ignis fortior o-
stenditur q̄to ad remotiora se diffundit.
Nota tñ q̄ difficultas meritū, non auget
nisi inq̄tum facit ad maiorē inclinationē
voluntatis in aliqnod. quia ex voluntate
actus rationē merendi habet. Scd̄m hoc
enim est actus in potestate facientis q̄ ex
voluntate ꝓcedit et tāto magis est actus
meritorius q̄to maius est voluntarius.
Tercio ꝓpter affectum feruentiorē. nam
q̄to affectus ē feruentior tanto maioris
est meriti ita q̄ paruū opus ex magna ca-
ritate factū est magis meritoriū q̄ magnū
ex parua charitate factū. Et quia affect⁹
diligentis inimicum est feruentior q̄ dili-
gentis amicum inquantū inimicus ē ma-
teria min⁹ ꝯueniens dilectioni sicut ignis
tanto feruentior est q̄to materiaz minus
cōbustibilem cōburere potest. Quarto ꝓ-
pter actum capaciorez. quia dilectio que
plura includit bona ē maioris meriti q̄ il-
la que pauciora. sicut dilectio inimicoruz
includit in se dilectionē amicorum et non
ecōtra. Vnde generaliter bonū aliquod
est maioris meriti quāto magis gratuitū
et minus debitū. sicut et dilectio inimico
rum est minus debita q̄ amicorū. Simili-
ter bonum aliquod tanto ē maioris meri-
ti. q̄to magis fuerit voluntarium. Et ido
bonum debitum nō diminuit rōnez meriti
nisi inquantū diminuit rōnem voluntarij
s̄m q̄ debitum quandā necessitatē impor-
tat. Ad laudem dei Amen.

¶ De sexto opere mīe spiritualis quod est portare onerosos inquietos. Ser. xxv

Facite dignū fructū
penitētie. Sextū opus mīe spūa-
lis portare onerosos. inquietos.
importunos. murmuratores susurratores
et ꝯsimiles. Q.d opus apl̄s ad col. iij. nu-
merat inter viscera mīe q̄ sunt indumēta
spūalia ip̄ius aīe tollētia nuditatē quīq̄
vicioꝝ spiritualiū. Vñ dic̄. Induite vos
sicut electi dei. glosa. ꝑ eternā p̄destinatō
nem. et sancti. glosa. ꝑ sacramentoꝝ ꝑtici
pationē. et dilecti dei. glosa. ꝑ p̄sentē iusti
ficatiōz. viscera mīe. quasi veste spūali. i.
affectuosam mīaz. nō pellem. i. simulataz
mīaz. q̄ sunt hec. benignitatez. i. dulcedi-
nē ad bñfaciendū. et hoc sine auaricia. hu
militatē scz cordis ⁊ opis. ad obediendū
et h̄ sine sup̄bia. modestiā ad s̄uādū modū
in oībus opibus vr̄is. et hoc sine accidia.

patientiã ad tollerandũ equanimiter aduersa. et hoc sine ira. Supportantes inuicem scz onera ⁊ imperfectões infirmoꝝ et donãtes id est remittẽtes scz peccata et iniurias. vobismetipis id ẽ vn⁹ alteri. Si quis aduersus aliquẽ habet querelã ⁊ hoc sine inuidia. sicut pure et integre christus donauit nobis nõ vlciscendo. nõ improperando. nõ minus diligẽdo. Aspiciẽtes vt dicit ad Hebre. xv. in Jesum autorem fidei in ꝓsenti et cõsumatorẽ in futuro qui ꝓposito sibi gaudio scz celestis vel eterni regni sustinuit crucẽ ꝓfusione ꝓtem pra. Nocigit opus misericordie spũalis tribus gradib⁹ pficitur. Primo ope. de quo dicit. j. Thess. v. Videte ne quis malum ꝓ malo alicui reddat. sed semp qõ bonum est sectamini inuicez ⁊ in omnes. Et iterum ad Ro. xij. Nulli malũ ꝓ malo reddẽtes. Nolo vinci a malo sed vince in bono malum. Quod vt leuius faciatis recogitate eum qui talẽ sustinuit a peccatoribus aduersus semetipm ꝓtradictionẽ vt nõ fatigemini animis vestris deficiẽtes. vt habet ad Hebre. xij. Alioquin ve illis qui pdiderunt sustinentiã ⁊ dereliquerũt vias rectas. Eccle. ij. Quia nimirũ hmõi plerunq ducunt ad rixã que fm Tho. scõa scõe. q. xlij. importat quandã ꝓtradictõez vsq ad facta ꝓcedentẽ dum vnus alteruz ledere molitur. Vnde rixa videt esse qõdam priuatũ bellum quod inter priuatas psonas agitur ex quadam inordinata voluntate. Et ideo rixa semp importat peccatum in eo quidẽ qui alterũ inuadit iniuste est peccatũ mortale. In eo vero qui se defendit solo animo repellẽdi iniuriam illatam cum debito moderamine nõ est peccatum. nec ex eius parte dicit proprie rixa. Si tamẽ animo vindicte vel odij. vel cum excessu debite moderationis se defendit semper est peccatum sed veniale. cum leuis mor⁹ odij vel vindicte se misceat. aut moderatã defensionẽ nõ multum excedit. Mortale vero cũ obfirmato animo in impugnante insurgit ad eum occidendũ vel grauiter ledendũ. Mirum cum plerũq tãdẽ sequit detestabilissima seditio inter cognatos et affines vtriusq partis. q scz importat quandam discordiã nõ quamcunq sed alicuius multitudinis. nõ tamẽ extraneoꝝ et hostium sed ꝓprie ciuiũ. puta cum vna pars ciuitatis vel cognatõis cõcitat in tumultum cõtra aliã. De qua querit doc⁹ sanct⁹ scõa scõe. q. xlij. vtrum sit peccatũ mortale ꝑsertim cũ apls seditionem enumerat inter alia criminalia et veretur eam inuenire inter discipulos suos. ij. Chorinth. xij. dicens. Timeo ne forte cũ venero nõ quales volo inueniã vos. sequitur. Ne forte cõtentiones. emulatõnes. animositates. dissentiones. detractõnes. susurratõnes. inflationes. seditões. sint inter vos. et iterũ cum venero humiliet me deus apud vos id est affligat. ⁊ lugeã multos ex his qui ante primã scz epistolam post baptismũ peccauerũt ⁊ nõ egerunt penitentiã. post missam epkaz de enumeratis peccatis et alijs q ibidẽ statim ꝓsequitur. Ad quod ibidem respõdet q seditio opponitur vnitati multitudis ⁊. populi ciuitatis vel regni. Dicit enim Aug⁹ xxj. de ciui. dei. q sapientes determinant populũ esse nõ omnẽ cetũ multitudis sed cetũ iuris. ꝓsensu ⁊ vtilitatis rõne sociatũ Vnde manifestuz est vnitatẽ cui opponit seditio esse vnitatẽ iuris et ꝓmunis vtilitatis. et sic opponit iustitie ⁊ ꝓmuni bono et ideo ex suo genere est peccatũ mortale et tãto grauius q to bonũ ꝓmune qõ repugnat est mai⁹ q bonũ priuatũ qõ impugnat ꝓ rixã. Peccatũ autẽ seditõis ꝓmo principaliter ptinet ad eos qui seditionẽ ꝓcurant qui grauissime peccant sicut Dathan Abyrõ et Chore. Secundo ad eos q tales sequuntur ꝓmune bonũ ꝓturbãtes. Illi vero qui bonũ cõmune tantũ defendunt eis resistentes nõ sunt dicendi seditiosi sicut nec illi qui se defendunt dicuntur rixosi. Secundus gradus istius misericordie spiritualis pficitur in ore cum impletur illud. j. Pe. iij. Non reddentes malum ꝓ malo. nec maledictum pro maledicto. sed econtra benedicentes. quia in hoc vocati estis vt benedictiõz hereditate possideatis. vbi deũ eternaliter in futuro

206

benedicetis, ꝓpter hoc etiam hic hominē ad imaginē dei factū benedicere debetis vt idē ꝑmittit ibidē. ij. c. causaz inducentem dicēs. Hec est enī gratia dei, glosa. i. ꝙ hoc acquirit̄ ⁊ cōseruat̄ gratia dei. Si ꝓpter ꝓscientiā dei, glosa. scz quā habet coram deo q̄ intuetur cor ⁊ ꝓscientiā, vel id est ꝓpter bonā intentionē quam habet ad deum sustineat quis sine murmure tristicias patiens iniuste. Sequitur In hoc enim vocati estis, quia et christus passus est ꝙ nobis vobis relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceret̄ nō remaledicebat, cum pateret̄ nō cōminabatur. Tradebat autē se iudicāti iniuste qui peccata nostra pertulit in corpore suo sup̄ lignū, vt peccatis mortui iusticie viuam⁹. Alioquin nisi gradum hunc quis assecutus fuerit, transgressorem se doleat apostolici mandati dicentis. ij. Thi. ij. Noli verbis cōtendere, ad nihilū enī vtile est nisi ad subuersionez audientiū. Quia nimirum vt dicit̄ Jacobi. iij. Lingua est inquietum malū, plenuz veneno mortifero. In ipa benedicim⁹ deum, et in ipa maledicimus hoīes qui ad similitudinez dei facti sunt. Hinc queri ꝑt. vtrum cōtentio sit peccatū mortale, ꝓcipue cum de discipulis dicit̄ Leuit. xxij. facta est cōtentio inter eos quis eorum esset maior, nec credendū est q̄ tūc mortaliter peccauerunt. Ad hoc respondet doc. s. fa scd̄e. q. xxxviij. q̄ cōtendere ē ꝓtra aliquē tendere, ita q̄ ꝓtentio quandā cōtrarietatem importat in locutione, q̄ cōtrarietas attendi potest dupliciter. Uno modo q̄tuz ad intentionē ꝓtendentis. Alio modo q̄tum ad modum. Nam si cōtentio accipiatur sm q̄ importat repugnationē veritatis ⁊ inordinatū moduz, sic est peccatū mortale. Et vsitantē plerunq̄ ducit ad cōtumeliam, improperiū, vel ꝙuiciū, de quibus iam videbit̄. Hoc tamē sane intelligēdum est q̄ sm cōpletam rationē ꝓtentionis ꝓut est mortale peccatum requiritur q̄ qui cōtendit in disputatione realiter intendat impugnare veritatē doctrine et q̄ contendit in iudicio realiter intendat impugnare veritatē iusticie. Porro si cōtentio accipiatur sm q̄ importat impugnationem falsitatis cuz debito modo acrimonie, sic cōtentio laudabilis est nec dicit̄ ꝓprie cōtentio. Si tamē fit cuz inordinato modo tunc ꝑt esse veniale, nisi forte tanta fuerit in ꝓtendendo deordinatio q̄ ex hoc generaretur scandalum aliorz, et hoc tangit apls. ij. Thi. ij. Noli cōtendere verbis vt iam dictum est. In discipulis igit̄ christi nō erat ꝓtentio cum intentione impugnandi veritatem, quia vnusquisq̄ defendebat quod sibi videbatur. Erat tamē in cōtentione eorum inordinatio, quia ꝓtendebant de eo de quo non erat ꝓtendendū scz de primatu honoris. Nondum enī spirituales erant vt glosa dicit ibidē. Unde et dominus ꝙuenienter eos cōpescuit. Leterum quoniā cōtentio frequenter ad iras ꝙuocat ex consequēti habet q̄ ad cōtumeliam, improperium, vel ꝙuicium deducit. Et sm Thomam scd̄a scd̄e. q. lxxij. contumelia magnam ꝓpinquitatem habet ad ſi nem ire que est vindicta. Nulla enim vindicta est irato magis ꝓmpta q̄ inferre cōtumeliam, improperium, vel ꝙuicium alteri que tria ꝙmuniter ꝓ eodem ponunt̄. licet in parte differunt. Pro quo sciendū q̄ triplex est in homine defectus scz defectus culpe qui repzesentat̄ per verba contumelioſa. Et defectus culpe et pene generaliter qui repzesentatur per conuiciū. Unde si quis alteri iniurioſe dicat eū esse cecum, ꝙuicium quidem dicit sed non ꝓtumeliam. Si vero dicit eum esse furem, non solum cōuicium sed et ꝓtumeliam infert.

Queritur igitur vtrum ꝓtumelia vel uicium sit peccatum mortale ꝓsertiz cū nihil meretur penam inferni nisi peccatuz mortale, sed ista merentur penam inferni Juxta illud Matth. v. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. Ad hoc respondet doctor sanct⁹ scd̄a scd̄e. q. lxxij. q̄ verba inquantū sunt soni quidam nō sunt in nocumentum aliorum sed inq̄tum significant aliud ad quod sermo ꝓcedit ex affectu interiori. Et ideo in ꝑtis

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

verborum maxime cōsiderandū videtur ex quo affectu verba quis ꝓferat. Cū igit̄ cōtumelia siue ꝯuiciū de sui ratione quādam dehonorationez importat si ꝓferentis intentio ad hoc referatur. vt ꝑ verba que ꝓfert honorem alterius auferat. tunc ꝓprie dicitur cōtumelia vel cōuicium ⁊ est peccatum mortale. nō minus q̄ꝫ furtū vel rapina. quia nō minus amat quis honorem suum q̄ꝫ rem possessam. Potest tamē esse veniale si sit leue cōuicium nō multū hominem dehonorans. et ꝓferatur ex aliqua leuitate vel ex leui ira absq̄ꝫ firmo ꝓposito aliquē dehonestando. Si vero talia dixerit nō animo dehonorandi sed ꝓpter correctionem vel aliquod hmōi. tūc nō dicit ꝯtumeliam formaliter sed materialiter inquantuz dicitur id quod p̄t esse cōuiciuz vel ꝯtumelia. et p̄t esse aliquādo absq̄ꝫ peccato vt dicit apl's. O insensati galathe. Et christus. O stulti ⁊ tarde corde. Quādoq̄ꝫ vero peccatum veniale. in quo tamen necessaria est discretio vt moderate talibus verbis vtatur. quia posset esse tam graue cōuicium q̄ꝫ fieret mortale

Tercius deniq̄ꝫ gradus istiꝰ misericordie spiritualis ꝑficitur in corde. De quo ad Ephes. iiij. Obsecro vos ego vinctus in dño id ē incarceratus in domino id ē ꝓpter dominū vt digne ambuletis in ea vocatione qua vocati estis cum omni humilitate et mansuetudine ⁊ patientia supportante inuicē si scz oriatur in fratre molestia ⁊ hoc in charitate. solliciti seruare vnitatez spiritus id est cordium quo ad pacem interiorem in vinculo pacis. Et dicitur ꝓprie cōcordia que ex charitate causatur inquantū charitas multorū corda cōiungit in aliquod vnum quod est principaliter bonū diuinum secundario vero bonū ꝓximi. De quo dicitur Job. xxv. Qui facit ꝯcordiam in sublimibus suis. nunquid est numerus militum eius? quoꝝ exempla cōuenit imitari. quia dicit dñs Eccle. xxv In tribus est placituz spiritui meo q̄ sunt ꝓbata coram deo et hominibꝰ. Cōcordia fratruz et amor ꝓximorum. et vir ⁊ mulier sibi bene cōsentientes. Alioquin in fine lamentabitur illud Jere. xv. Ve mihi mater mea quare me genuisti virum rixe. virum discordie in vniuersa terra. Nimirū discordia inquantū importat ꝯtrarietatē in voluntate s̄m Tho. scd̄a scd̄e. q. xxxvij. si scienter et ex intentione dissentit a bono diuino et a bono ꝓximi in quo cōsentire deberet est peccatū mortale in suo genere ꝓpter ꝯtrarietatē ad charitatē licz primi motus huius discordie ꝓpter imperfectionem actus sint venialia. Si vero aliquorum intentio est ad bonum qd̄ ꝑtinet ad honorem dei vel vtilitatē ꝓximi sed vnus hoc estimat bonū alius autē ꝯtrariuz tunc discordia non esset peccatū. nec charitate repugnaret nisi esset cum errore circa ea q̄ sunt de necessitate salutis. vel nisi ꝑtinacia indebite adhibeat̄. Deniq̄ꝫ causare discordiam per quā tollitur mala cōcordia scz in mala voluntate laudabile est Et hoc fecit Paulus Actuū. xxiij. dicēs. Fratres ego phariseus suz filius phariseorum de spe et resurrectōne mortuorū ego iudicor. Quod cum dixisset facta est dissentio inter phariseos ⁊ saduceos. Ad laudem dei Amen.

De septimo opere mīe spūalis quod ē orare pro oibus et de mō orandi. et qꝛ tria sunt hoim genera pro quibus orantes nō exaudiuntur. Sermo. xxvi.

Facite dignū fructū penitētie. Septimū opus misericordie spūalis est orare ꝓ omnibꝰ sicut precipitur Jacobi. v. Orate ꝓ inuicem vt saluemini. Multū enim valet deꝑcatio iusti assidua sicut patuit in Moyse q̄ suspendit oratione sua vindictā diuinam in mōte sinay. Et in Helya qui tribus annis ⁊ sex mēsibus suspendit pluuiā ⁊ iterū reddidit. Et in Josue qui retinuit cursuz solis et lune In Ezechia quoq̄ꝫ qui precibus ꝓpriam ꝓlongauit vitā. Oratio igit̄ s̄m Ray. et Hostiēs. est pius affectus mētis in deum tendēs ⁊ plerūq̄ꝫ ne pigritetur animus in vocem ꝓrumpens. Vel s̄m

Damasce. Oratio est petitio decentium a deo. Et hec diffinitio fm Thomā verissime declarat orationis essentiam. Q. si q̄ratur quid oremus cuz dicitur ad Ro. viij. Quid oremus sicut oportet nescimus idē vtrum scz sit vtile. quia sepe fallimur vt dicit glosa putantes ꝓdesse quod poscimus cuz nō prosit. sicut Paulo cōtigit. Cui respōdit dominus. Sufficit tibi gratia mea Unde et dominus in euangelio Math. vj. Orantes autem nolite multū loqui sicut ethnici faciunt. Putant enī q̄ in multiloquio suo exaudiantur. Nolite igitur assimilari eis. Scit enīz pater vester quid opus sit vobis anteq̄z petatis. Nō est igitur oratio necessaria ad intimandum deo quod petimus. nec etiam ad hoc vt immutemus diuinam ab eterno dispositionem. quia animus dei est immutabilis et inflexibilis. iuxta illud. j. Re. xv. Triumphator in israel nō parcet nec penitudine flectetur. Ad quod respondet doctor sanct⁹ Icōa scōe. q. lxxxiij. inter alia. q̄ ex diuina puidentia nō solum disponitur qui effect⁹ fiant sed etiam ex quibus causis et quo ordine ꝓueniant. Inter alias autē causas sunt etiam quorundā cause actus humani. Unde oportet homines agere aliqua non vt per suos actus diuinam dispositōnem immutent sed vt per actus suos impleant quosdam effectus fm ordinē a deo dispositum. Et idem est etiam in naturalibus causis. et simile est etiam de oratōe Non enī ꝓpter hoc oramus vt diuinā dispositionē immutemus sed vt impetremus quod deus disposuit per oratiōes sanctorum esse implendum scz vt homines orando mereātur accipere quod deus omnipotens ante secula disposuit dare. vt dicit Grego. in primo dyal. Non igitur oram⁹ vt per preces nostras indigētias deo manifestemus sed vt nosīpi cōsideremus in his ad diuinum auxilium esse recurrendū

Secundo queri potest vtrum igitur aliquid a deo determinate petere debem⁹ in oratione pīsertim cū dicit Ro. viij. Quid oremus sicut oportet nescimus. Et ideo Jacob⁹ in canonica sua. ca. iij. Petitis inquit et nō accipitis eo q̄ petatis. Nō refert Valerius maxim⁹ q̄ socrates nihil vltra petendū a dīs immortalibus arbitrabatur cū vt bona tribuerēt. quia hi demum scirent quid vnicuiq̄ vtile essz. nos autē plurimū id votis expetere quod non impetrasse melius foret. Hec ille. Ad qđ respondet doctor sanct⁹ vbi supra. Q. si loquamur de bonis spiritualibus vtpote de virtutibus gratia et gloria. quib⁹ nec homo potest male vti nec de se euentū habere possunt malum quibus scz beatificamur a beatitudinē ꝓmeremur talia sancti determinate a absolute petūt fm illud ps Ostende faciem tuam a salui erimus. Et iterum. Deduc me in via mandatorū tuorum. Et si loquamur de bonis temporalibus tunc fm Aug⁹ ad ꝓpbam de orādo deum. licz orare hoc qđ licet desiderare. Tē poralia autē licet desiderare nō q̄ dē principaliter vt in eis finem cōstituam⁹. sed sicut quedam amminicula quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinē inchātū scz p̄ ea vita corpalis sustentatur a inchātū nobis organice deseruiūt ad actus virtutum vt etiam ph̄us dicit in ꝓmo ethicoꝝ. Et sic ꝓ tpalibus orare licz. Unde Aug⁹ ad ꝓpbam dicit. Sufficientia vite nō indecenter vult quisquis eam vult et non ampli⁹. Que quidē nō petīt ꝓpter semeipaz sed ꝓpter salutē corpis a cōgruentē habitum psone hoīs. vt nō sit incōueniēs eis cū quib⁹ viuendū est. Tercio q̄ri ꝑt vtruz ꝓ oīb⁹ orandū est scz nō solū ꝓ amicis sed etiā ꝓ inimicis. nec solū ꝓ iustis sed etiā ꝓ peccatorib⁹ vt impleat septimū opus misericordie spiritualis pīsertim cū dicit Ro. xv. Que cunq̄z scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt. scz in sacra scriptura inducūt multe imprecatōes ꝓtra inimicos. vt patz in ps. illo. Deus laudē meā ne tacueris. Similiter a in multis locis orare ꝓ peccatorib⁹ phibet dns. Ad qđ rndet doctor sanctus vbi supra. q̄ cū orare ꝓ alio charitatis sit. Eodē modo quo tenemur inimicos diligere tenemur ꝓ eis orare. sicut enīz in eis diligere naturā a nō culpā et hoc i generali est in ꝓcepto. sed in speciali non est

in precepto nisi fm preparationez animi scz vt sit paratus etiam inimicum diligere et eum iuuare in necessitatis articulo. vel sibi venīā petenti indulgere. licet absolute in speciali eos diligere et eos iuuare pfectōnis est. Sic etiā necessitatis est vt a cōmunibus orationib⁹ nostris quas facimus p alijs. inimicos nō excludamus nisi in aliquo casu speciali. Porro de peccatoribus dicendū est q̄ imprecatōnes q̄ cōtra eos in sacra scriptura ponunt quadrupliciter intelligi possunt. Uno modo fm q̄ ꝓphete in figura imprecātis solent futura p̄dicere. vt dicit Aug⁹ de sermone dñi in monte. Secundo ꝑ quedaz mala temporalia peccatoribus quādoq̄ a deo ad correctionem immittunt. et hoc etiam nobis orare licet fm illud. Imple facies eorū ignominia et querent nomē tuū dñe Tercio quia nō intelligunt petere contra homines sed cōtra regnum peccati vt scz correctione hominū peccatū destruatur. Quarto cōfirmando voluntatē suam diuine iusticie circa damnationē pseuerantium in peccato. Generaliter tamē p peccatoribus orandū est vt cōuertant. quia licet p multis peccatoribus orans nō exauditur vtpote p omnib⁹ p̄scitis ad mortez fm illud Eccs. vij. Nemo corrigere p̄t quem deus despexerit. Et dom⁹ Jere. xv. in principio. Si steterit Moyses et Samuel coram me nō est anima mea ad populum istum. Nihilominus tamē oratio meritoria est orāti. qui orat ex charitate fm illud p̄s. Oratio mea in sinu meo cōuertetur. glosa. id est et si eis nō pfuit ego tamē non sum fraudatus mercede mea. Unde p̄cipaliter sunt tria genera hominū peccatorum p quibus orantes iusti nō exaudiuntur que tanguntur in Jeremia ꝓpheta Primi sunt omnes in prauō vicioꝝ cōsuetudinem excecati. quia peccator cum venerit in pfundum malorū cōtemnit. Unde Jere. xiij. Si mutare potest ethiops pellem suā et pardus varietates suas et vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Et sequitur. xiiij. ca. Noli orare pro populo isto in bonū. Cum ieiunauerint nō exaudiam preces eorum et si obtulerint holocausta et victimas nō suscipiam ea quoniam fame et gladio et peste cōsumaz eos. Nimirum cum nec Antiochus inueterata suorum malorū exaudiri meruit. Unde dicitur. ij. Machab. ix. Orauit autez hic scelestus dominū a quo nō esset misericordiam cōsecutur⁹. Sicut habet. j. Mach. vij. Ascendente Nicanore in monte syon exierunt de sacerdotibus populi salutare eū in pace et demōstrare holocaustomata que offerebantur p rege Antiocho q̄ tm in malo pseuerauit et mala morte perijt. Secundi vero sunt omnes post degustatā dei gratiā detestabile vicioꝝ recidiuatōnem passi. de quibus dicit ad Hebre. vj. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati et gustauerunt etiā donum celeste et participes facti sunt spiritussancti. gustauerunt nihilominus bonū dei verbū. virtutesq̄ seculi venturi et lapsi iunt renouari rursus ad penitentiā. Ad cui⁹rōnem infert similitudinē naturalē dicens. Terra enim sepe venientē sup se ymbrē bibēs et germinās herbam oportunā illis a quibus colitur accipit benedictionē a deo. p ferens autē spinas et tribulos reproba et maledicto ꝓxima cuius cōsummatio est in cōbustionem Unde et Grego. in pastoralibus sup illud Apocal. Utinam calidus esses aut frigidus ꝛc. ostendit liquido q̄ difficile sit recidiuanti ad penitentiaz revocari. vt ptz supra sermone. iiij. Al. infra De qualibus dicit dñs ad Jeremiaz. xj. Tu igitur noli orare p populo hoc et ne assumas laudem p eis et orationē. quia nō exaudiam in tempore clamoris eoruz ad me in tempore afflictionis eorum. Et p̄sequitur de quibus dicit hec. Quid est q̄ dilectus meus (scz p vocationē ad veniam. gratiam et penitentiā) in domo mea facit scelera multa. In cuius argumentum rex Saul primo iustus et humilis dicente scriptura. j. Regū. ix. Erat enim scz Cīs filius vocabulo Saul electus et bon⁹ et nō erat vir de filijs israel melioz eo. Sz postea sublimatus in regnū electione diuina detestabile recidiuum passus est. Unde. j. Re. xv.

2

Tria nos ad recidiuationem inducunt sen. 4

dixit ad eum Samuel. Nõne cum parvulus esses in oculis tuis caput in israel factus es. Sequitur. Quia piecisti sermonem dñi piecit te dominus ne sis rex sup israel. Veruntamẽ lugebat samuel Saul quoniã dominũ penitebat q̃ cõstituisset eum regem super israel. Et ait dñs ad samuelẽ. j. Re. xvj. Vsquequo tu leges saul cum ego piecerim eũ ne regnet sup israel Vnde pmansit Saul obcecatus malicia et induratus inuidia cõtra dauid. vexatusq̃ demonio vsq̃ ad diem mortis sue. Licet etiam dauid p salute sua supplicaret deum exorauit dicens. Quasi primus nostrum quasi fratrez nostrũ. Lyra. supple reputas saulem sic cõplacebam scz in pspe ritate. quasi lugẽs et cõtristat⁹ sic humiliabar scz in aduersitate et morte. non tñ fuit exauditus p illo sed ait. Oratio mea in sinu meo quertetur. Tercij sunt denicq̃ 3 omnes peccantes spiritu blasphemie id ẽ qui ex certa malicia blasphemant contra deum. corde. ore. vel opere. sicut omnes p petrantes peccatuz in spiritum sanctum. De quibus est sermo superi⁹ in sermonib⁹ de q̃dragesima. De quibus dicit Matth. xij. Omne peccatum et blasphemia q̃uenies ex infirmitate vel ignorãtia hominibus remittetur. spiritus autẽ blasphemie nõ remittetur. Et quicũq̃ dixerit verbũ cõtra filium remittetur ei. Quicũq̃ autẽ dixerit verbũ cõtra spiritũ sanctũ nõ remittetur ei neq̃ in hoc seculo neq̃ in futuro. Vnde de talibus dicit dñs Jere. vij. Tu igitur noli orare p populo hoc nec assumas p eis laudem ⁊ orationẽ et nõ obsistas mihi. quia nõ exaudiã te. Et ponit causam esse blasphemiam in facto dicẽs. Nõne vides quid isti faciũt in ciuitatib⁹ iuda ⁊ in plateis hierusalẽ? Filij colligunt ligna et patres succendũt ignem ⁊ mulieres cõspergunt adipem vt faciãt placentas regine celi ⁊ libent dñs alienis et me ad iracundiam puocent. Et ideo pcludit ibidẽ. xv. dicens. Si steterit moyses ⁊ samuel coram me scz ad orandũ p eis nõ est anima mea ad populũ istũ. Ejice illos a facie mea ⁊ egrediant. Et iterũ Ezech. xiiij. Si fuerint tres viri isti in medio eius noe Daniel et Job ipi iusticia sua liberabũt animas suas. Sequitur. Nec filios nec filias liberabũt. Quod a nobis auertat Jesus christus Amen.

De triplici ieiunio scz ecclesie culpe et moderate abstinencie. Sermo. xxvij.

Falcite dignũ fructũ penitencie. Expediti breuiter de prima parte penitẽtie que est elemosina. iam ordine debito secundaz pſequamur que est ieiunium q̃ quod intelligitur omnis afflictio carnis que cõsistit in ieiunijs. vigilijs. cilicijs. laboribus. disciplinis. alijsq̃ diuersis corporalibus abstinẽtijs. ab omni oblectatõe corporali vel sensuali. et ponitur in remedium et penitentiã cõtra carnis ꝯcupiscentiam. Ad cuius euidentiã primo queri pt. quotuplex sit ieiunium. Ad quod dicendũ q̃ tripler. Primum est ecclesie et est abstinẽtia victꝰ fm ordinationẽ ecclesie siue scripto siue ꝯsuetudine approbatã in qua erit abstractio prandij a carnibus et ab omnibus que sementiuã trahunt originẽ carnis presertim in ieiunijs quadragesimalibus vt patz in decretz. iij. dis. c. denicq̃. Vbi dicitur. §. Par et equũ autem est vt qui bis die⁹ quadragesimalibus a carnibus animaliũ abstinemus ab omnib⁹ quoq̃ q̃ sementiuã trahũt originẽ carnis. ieiunem⁹ a lacte scz caseo et ouis. Ceterũ piscium esus christiano relinquit vt hoc ei infirmitatis solacium nõ luxurie pariat incendium. Denicq̃ qui a carne abstinẽt nequaq̃ sumptuosiora marinarũ belluarũ cõuiuia ꝑparent. Vnũ itaq̃ bibere pmittimur vt ebrietates omnino fugiamus. Hec ibi. Sup quo queri pt. vtrum qui laucius capit vel beluas marinas capit vel nimis ardenter comedit solvat ieiunium. Ad qd̃ respõdet Innocẽ. q̃ ex hoc nõ soluitur ieiunium licz talis nihilominus peccat sumẽdo nimis ardẽter ⁊ vsq̃ ad ingurgitationẽ. qz nõ tm attendit abstinentia sed ꝯsuetudo ecclesie. Vnde

Hostien. dicit ingurgitationē et omnem excessum illicitū sed hoc cessante dicit vti licere etiam cibis delicatis cōformando se his cum quibus viuit. Potius enī quātitas q̄ qualitas vtranda est et vsus non est in culpa sed potius libido. Unde Augustin⁹ de doctrina christiana et habetur xlj. dis. c. Quisquis rebus p̄tereuntibus restrictius vtitur q̄ sese habent mores eorum cum quibus viuit aut intemperatus est aut superstitiosus. supple nisi in voto speciali cōstringitur. Quisquis vero sic eis vtitur vt metas cōsuetudinis bonoz inter quos versat excedit aut aliquid significat aut flagicios⁹ est ⁊c. multa vide ibidem si placet. Secundū autē ieiuniū est culpe quo scz a culpa ieiunam⁹. de quo dicitur in decret3 de cōsecra. dis. v. c. Ieiunium magnū et generale est abstinere ab iniquitatibus et illicitis voluptatibus seculi quod est p̄fectū ieiuniū. In hoc seculo quasi quadragesimā celebramus cū bene viuimus cum ab iniquitatibus ⁊ ab illicitis voluptatibus abstinemus. Alioqn vt dicitur ibidem ca. Nihil homini p̄dest ieiunare et alia religationis bona agere nisi mens ab iniquitatibus et a detractōnibus lingua cohibeat. Terciū deniq̄ ieiunium est moderata abstinentia a qualibet re esibili fm̄ p̄priam voluntatē ⁊ nō fm̄ aliquod statutū ecclesiasticū vel etiaz ab aliquo alio licito delectabili scz ab amplexibus matrimonialibus ⁊ similib⁹. que licet alijs temporibus sint licita tamē sūt hoc tempore p̄sertim fugienda. Quantuz igitur ad primū ieiuniū queri potest vtrū ieiunare semper sit laudabile p̄sertim cum sit vna pars penitentie. Ad hoc respōdet Thomas sup. iiij. dis. xv. q. in tribus casibus nō est licitum neq̄ laudabile. Primo quādo per illud subtrahitur quod est necessarium vite. Hoc enim licet sicut nec se ipm̄ interficere. sed hoc est valde modicū quia natura modicis cōtentat. Secundo quando subtrahitur illud nature quod est necessariū fm̄ ea que incumbūt illi faciendā ex officio vel ex societate ip̄oz ad quos quis cōuiuit. Hoc enim esset de rapina hostiam offerre. Unde dicitur in decret3 de cōse. dis. v. c. Non mediocriter. Audiant itaq̄ q̄ ea que necessaria sunt corpori subtrahunt illud quod dominus per p̄pheta3 loquitur. Ego dominus odio habens rapinam in holocausto. De rapina vero holocaustū offert qui vel ciborum nimia egestate vel somni penuria corpus immoderate affligit. Hec Jeronimus. Tercio q̄n tanta est abstinentia q̄ ab vtilioribus operibus quis impediatur. Nam et licet ad ea quis nō teneatur indiscretū tamē erit tale ieiunium ⁊ illicitū. Unde dicitur vbi supra in decret3. Nō mediocriter errat q̄ magno bono p̄fert mediocre bonū. Nōne rōnabiliter homo dignitatem amittit qui charitate vel ieiunium vel vigilias p̄fert sensus integritati vt p̄pter immoderatā vel indiscretam vel psalmoz vel officioz̄ decantationē aut amentie aut tristicie notam incurrat. Hec ibi. Verum tamē ieiunium vel abstinētia laudabilis est quādo per illam caro diminuitur a suo robore vt facilius spiritui subdat. nec p̄pter hoc mors acceleratur. q̄ plures ex superabundātia moriunt q̄ defectu. Deinde queri p̄t Utrum cadat sub p̄cepto p̄sertim cum nō dantur p̄cepta de operibus superogatōnis que cadunt sub cōsilio. sed ieiuniuz est opus superogatōnis. Alioquin vbiq̄ ⁊ sp̄ et equaliter esset obseruandū Ad quod respondet Thomas scō a scōe. q. cxlvij. q̄ sicut ad p̄incipes seculares p̄tinēt p̄cepta legalia ⁊ iuris naturalis determinata tradere, de his que pertinent ad p̄munē vtilitatem in temporalibus rebus. sic et ad ecclesiasticos p̄latos p̄tinet ea statuere q̄ pertinēt ad cōmunem vtilitatem fideliū in bonis spiritualibus. Cum igit̄ ieiuniuz sit vtile ad deletionem ⁊ p̄hibitionē culpe ad eleuationē mentis in spūalia. tenet̄ vnusquisq̄ tantū vti ieiunijs ex naturali ratione q̄tum sibi necessariū est ad p̄dicta. Et ideo ieiunium in cōmuni cadit sub p̄cepto legis nature sed determinatio tēporis et modi ieiunandi fm̄ q̄uenientiā et vtilitatē populi christiani cadit sub p̄cepto iuris positiui q̄ est ab ecclesie p̄latis

cōstitutuz. Veruntamē precepta que sic per modum cōmunis statuti ꝓponuntur. nō eodez modo obligant omnes sed ꝑm ꝙ requiritur ad finem quē legislator intēdit Cuius autoritatez si quis transgrediēdo cōtemnat vel hoc modo transgreditur ꝙ finis quez intendit impediatur talis trās gressor mortaliter peccat. Si tamē aliq̄s ex aliqua rōnabili causa statutum nō seruat. precipue in casu quo etiam si legislator adesset nō decerneret esse seruandum talis transgressio nō constituit peccatum mortale. Et inde est ꝙ non omnes qui nō seruant ieiunia ecclesie. omnino mortaliter peccant. sed illi tantum qui intentione legislatoris ex contemptu obuiant. vel eius ordinationem sine causa rōnabili nō obseruant. Preterea queri potest quis est qui ꝑm intentionē legislatoris ieiunare tenet̄ ieiunia necessario seu indicta ab ecclesia. Ad hoc respondet Inno. ꝙ oēs sane mentis doli capaces ⁊ ieiunare potē tes. Nam quia tales peccare possunt ido debent peccata deflere et penitentiā agere. Multi tamen eorum excusantur vel in parte vel in toto. Primo etas scz infra vicesimū primum annū pueri. tum ꝓpter nature debilitatem ex qua ꝓuenit ꝙ frequenter cibo et nō multum simul vtant̄. tuz ꝓpter augmentū vsq̄z in finem tercij septennij. Cōueniens tamē est vt ꝑm moduz sue facultatis et etatis ad ieiunia plus vel minus se exerceant et assuescāt. Secūdo infirmitas. debilitas. vel senectus. sed qn̄ ⁊ quantū tunc solui potest ieiuniū arbitrio boni viri est limitandum. Tercio mendicantes dummodo in simul totum habere nō possunt hora cōmestionis quod eis sufficiat ad victum vnius diei vel si tm̄ p̄cedenti ieiunio sunt debilitati ꝙ ieiuniū sufferre non possunt. Quarto sunt ꝑegrinātes qui sine magno incomodo ꝑegrinatōnem differre nō possunt. Qui autē eā differre possūt sine magno incomodo illā dimittere debent si non pn̄t cum illa simul ieiunare. Sin autē vtpote quia ieiunij tps ī via p̄occupat vel dies festus alicuius imminet ex deuotione ad quem pergere cupit vel quia mora in patria periculū habz corporale vel spirituale potest ꝑm dispositionē sui superioris omnibus discrete pensatis peregrinari et ieiuniū soluere si labore itineris adeo affligitur ꝙ simul ieiunare et ꝑegrinari nō potest. Quinto operarij agrorum vinearum et huiusmodi si ieiunando possunt cōpetenter ꝓ persona ⁊ familia sue cure cōmissa victum habere. Et si alias diuites sunt aut cum minori labore qui secum ieiunia patitur lucrari sufficientia possunt. a ieiunio non excusantur. Sexto mulieres pregnantes et nutrices si ꝓbabiliter timeatur de periculo earum si ieiunauerint vel de fetu in vtero vel de puero ieiunium soluere tenentur. Ceterū vxores vindicta ieiunia ꝓpter ꝓhibitionē virorum soluere non debēt. sed votiua et voluntaria dimittere possunt. Preterea de solutione ieiunij sciendū ꝑm Rich. de media villa super. iiij. dis. xv. ꝙ q̄uis aliq̄ dicunt ꝙ bibere vinum vel ceruisiā in mane vel comedere electuaria in sero delectationis causa frangat ieiunium. Credo tn̄ cōtrarium. Quia q̄uis illa aliquo modo nutriunt non tamen in hoc est principalis vsus eorum. Alias etiam frangeret ieiunium in collatione vinum vel ceruisiaz bibens. quia habent aliquod de nutrimēto Si tamē acciperet quis nō ad extinguendam sitim sed famē ⁊ etiaz in sero magnā partē vel quantitatē electuariorū accipe ret ad subueniendū fami. credo ꝙ statuto fraudem faceret et ieiunium frangeret: Credo tamē ꝙ de bono ⁊ de equo plus cauendum est a potu vini et ceruisie vel similium in mane q̄z in sero. qz potus post prādium sumptus siti subuenit et digestionē iuuat. inquantū per totū facili⁹ et ꝯueniētius defertur cib⁹ ad singula mēbra. Sumptus aūt a ieiunio stomacho vt plurimuz nocet. Idē dicit Inno. de sumptōe potus de mane ꝓpter ꝯsuetudinē. Thomas aūt in. iiij. et Albertus in q̄tuor coeq̄uis in tractatu de virtutib⁹ cardinalib⁹ ꝯtrariū sentiūt ꝯsentiētes tm̄ de mane potū aque assumendū que nō nutrit. De hora quidē ad comedendū ꝙ in veteri lege ieiunabāt

ieiunabant vsq; ad noctem Leuit. xxiij. Sabbatum est affligetis animas vestras Et sequitur. A vespera vsq; ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Et hoc erat signū q̄ per cibū vetitū in tenebras mortis ⁊ peccati deiecti fuerant. In nouo vero testamēto tempus ieiunantibus determinatū ad manducandum est hora nona Et hoc ꝓpter cōformitatez ad passionem christi. quia dum ieiunādo carnē suā affligunt passioni christi cōformant̄. ſm illud Gal. v. Qui christi sunt carnem suaz crucifixerunt cū vicijs et cōcupiscentijs. Vñ quia passio christi fuit hora nona cōsumata cum inclinato capite tradidit spiritum Ideo cōsequenter hora nona soluim⁹ ieiunium. Nec est intentio ecclesie ieiunantes artare ad subtilem temporuz inspectōnem sed sufficit circa illam horā comedere. vel ꝓpter necessitatem illā p̄uenire aliquantulum. p̄sertim extra ieiuniū quadragesimale. imo dicit Richar. vbi supra. q̄ q̄uis hi qui comedunt hora sexta vel statim post horam sextam derogēt in aliquo ꝑfectioni ieiunij nō tamē sunt transgressores hui⁹ qd̄ est necessitatis ī ieiunio. maxīe quia iam inualuit cōsuetudo in multis locis comedere quasi statiz post horā sextā vel hora sexta. Veruntamē in ieiunijs q̄dragesimalib⁹ secus est. Vnde in decret̄ de ꝯsecra. dis. j. dicit capitulū gabilonēse. ca. Solent plures qui se ieiunare putant in quadragesima mox vt signū audierint ad horam nonā manducare qui nullaten⁹ ieiunare credendi sunt si ante manducauerint q̄ vespertinū celebretur officiū. Cōcurrendum est enim ad missam. et auditis missarum solennijs et vespertinis officijs largitis elemosinis ad cibum accedenduz est. Si vero aliquis necessitate cōstrictus fuerit vt ad missam venire nō valeat extimata hora vespertina cōpleta orōne sua ieiunium soluat. hoc ibidem. Ad laudem dei Amen.

De ieiunio. penitētia. et cōtritione. Ser. xxviij

Facite dignū fructū penitētie. Viso primo ieiunio qd̄ institutum est ab ecclesia. ꝓsequēdum est de secundo quod est ieiunium culpe quo scz a culpa ieiunandū est p̄sertim tp̄e quadragesimali in quo vicijs omnib⁹ medicina paranda est. Et ideo peccata q̄ ceteris tp̄ib⁹ fuerūt venialia nūc plerūq; mortalia iudicanda sunt. Et q̄to tp̄a sanctiora tāto sunt grauiora peccata vtpote in quib⁹ sunt a cibis et potibus ita ⁊ voluptatib⁹ dissolutionibus ⁊ iniquitatibus abstinere cōuenit. vt patz in decret̄ de cōsecra. dis. v. c. Ieiuniū magnū et generele est abstinere ab iniquitatib⁹ et illicitis voluptatibus seculi qd̄ est ꝑfectū ieiuniū Alioquin vt dicit Isid. de summo bono. et habetur de pe. dis. iij. Irrisor est et nō penitēs qui adhuc agit qd̄ penitet. Nec videt̄ poscere deū subdit⁹ sed subsannare sup̄bus. canis reuersus ad vomitū et penitens reuersus ad peccatū. Hinc iudei frequentātes ieiuniū ⁊ nō exp̄iētes diuine cōplacētie vel exauditōis effectū. Isa. lviij cōtra deū cōquesti sunt. Quare ieiunauimus ⁊ nō aspexisti. humiliauim⁹ aīas nostras ⁊ nescisti. Quib⁹ rñdit dñs. Ecce in die ieiunij vestri inuenit̄ volūtas vr̄a non mea. in hoc scz q̄ oēs debitores vestros repetitis. Ad hoc enī tūc ꝯmodosi⁹ vacabāt eo q̄ vsq; ad vesperā ieiunabāt. Sequit̄. Ecce ad lites et ꝯtentōnes ieiunatis ⁊ ꝑcutitis pugno impie Nolite ieiunare sicut ad hanc diē vt audiat̄ in excelso clamor vester. Nunq̄d tale est ieiuniū qd̄ elegi ꝑ diē affligere hoīez animā suā? Nunq̄d cōtorquere quasi circulū caput suū et saccuz et ciuerē sternere? Nunq̄d istud vocaui ieiuniū et diē acceptabilē dño? Nōne hoc est maius ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis. solue fasciculos deprimentes. dimitti eos q̄ cōfracti sunt liberos et oē onus disrumpe. Frange esuriēti panē tuū ⁊ egenos ⁊c. Q. si q̄ris. Cur tale ieiuniū vel talis penitētia nō est deo accepta. Rñdet̄ in cōpendio. q̄ pn̄ia cui⁹ ꝑs est ieiuniū diffinit̄ ꝑ duplicez actum ab

Ambro. dicēte. Penitētia est p̄terita ma
la deplāgere et plangēda iterū nō ꝯmitte
re. Primꝰ enī actus est respectu p̄teriti scz
p̄terita mala deplāgere ꝑ verā scz ꝯtritō
nem qui nō admitit mortalē oblectatio
nem vel dissolutionē. Secundꝰ est respe
ctu futuri scz plangēda nō ꝯmittere. nimi
rum cū nec veniale dimittitur sine ꝯtritō
ne. Cuiꝰ rō est vt dicit̄ ibidē. Quia q̄diu
voluntas manet infixa veniali nunq̄ di
mittitur. Sed voluntatem auertere a ve
niali quod quis prius volebat est displice
re ei illud quod quis prius volebat. Ta
lis aūt displicētia dolor contritōnis di
citur. Requirit̄ igitur talis ꝯtritio ꝙ ve
niale peccatū displiceat actualiter expli
cite vl̄ saltē implicite. Dico aūt implicite
qꝛ nō oportz sꝑ ꝙ displiceat explicite pec
catū veīale si cogitatio fert̄ ad illud. Vñ
tā feruēs p̄t esse motus charitatis in deū
ꝙ oīa venialia ꝯsumit etiā sine actuali co
gitatōne eoꝝ. Q̄ñ enī q̄s in deū frequen
ter fertur displicz ei oē qd̄ a deo retardat
et ita licet explicite de veniali nō cogitet
tñ in illo motu cōtinet̄ implicite venialis
peccati displicētia vel vniꝰ vel oīm. Pre
terea sciendū ꝙ in ꝯtritione de venialibꝰ
nō exigit̄ ꝓpositū nō peccādi venialit̄ sic
in ꝯtritōe de mortali exigit̄ sed sufficit ꝙ
displiceat pctm̄ p̄teritū ⁊ infirmitas q̄ ad
peccatū veniale inclinat̄ q̄uis ab eo om
nino immunis esse nō p̄t. ita tñ ꝙ volūtas
nō maneat fixa in aliq̄ veniali determina
te. qꝛ illud sic retentū nec dimitteret̄ in cō
tritōne generali nec in speciali. Rō huius
est. qꝛ mortalia sunt in potestate nostra vt
vitent̄ nō solū singula vitari possunt non
tñ oīa qꝛ ex infirmitate ꝯtingūt. Qꝛ si q̄
ritur q̄longa satisfactio vel pnīa est ꝑ sin
gulis pctīs imponēda. Ad hoc dicendū ē
G ꝙ duplex est pnīa. Prīa est interior tm̄ in
ꝯtritōe q̄ est de iure naturali ⁊ illa sꝑ debz
manere saltī q̄tū ad illū dolorē q̄ est in vo
lūtate q̄ nō est aliud q̄ displicētia peccati
sed dolor sensibilis ex inde resultās nō est
necesse ꝙ sꝑ maneat. Et vt dic̄ Pe. in. iiij
dis. xvij. Quia ī oī pctō mortali est actua
lis auersio a deo volūtatis ad peccatū. et
quia ꝯtraria cōtrarijs curant̄ oportz ꝙ in
oī remissiōe peccati mortalis sit actualis
auersio a pctīs ad deū. Que quidē auer
sio ꝯtritio appellat̄. De peccatis tñ obli
tis sufficit ꝯtritio generalis cū conatu ad
recordandū ⁊ dolendū. nec solū de pecca
tis oblitis in genere dolere debet sed etiā
de obliuiōe eiusdē q̄ ex negligētia ꝯtingit
Secūdo pnīa est exterior q̄ imponit̄ ad ar
bitriū ꝯfessoris. Et tūc de rigore iuris ꝑ
quolibz pctō mortali septē annis pnīa im
poni debet vt ptz. xxxiij. q. ij. c. hoc ip̄m. et
. §. sequēti. Licz nūc ꝓpter maliciā tēpoꝝ
⁊ tepiditatē hoīm pnīa facta ē arbitraria
vt ptz extra de pe. et re. c. significat. c. q̄si
tum. c. deus. Dūmō tamē est de occultis.
Et ista septennis pnīa magis vel minꝰ a
spera debet imponi ꝓut maioritas vel mi
noritas crimīs ⁊ circumstātiaꝝ exposcit.
qꝛ apud deū magis valet mortificatio vi
cioꝝ q̄ abstinētia ciboꝝ. vt ptz de pe. dis.
p̄ma. c. mensurā. Et hāc duplicē pnīaz fi
lij israel in captiuitate babilonica ꝑ pctīs
Facite dignū fructū penitētie. Math. iij. Terciū aūt inuitans ad nuptias principaliter est mentis inopia. ꝓpter vilē dilectionem que libidinē spumās intanta quādoq; cecitate versat̄ q̄ nullā ꝑsone deformitatē deuitat. nullā humanā ꝯfusionē cōsiderat. nullā magnitudinē peccati ponderat. nullā luxurie feditatē vetat. nullā denicq; ꝑsone ꝓpinquitate repudiat. sz frontosa audacia cuncta nihilipendēs. nec timet deū. nec hoīes veret̄ in ceno luxurie ⁊ vicioꝝ voragine tota absorpta totis nisibus quod cepit exequit̄ Unde Theophilus sup̄ illud Marci. vj. Herodes aūt metuebant Johannē dicit. Vide q̄tū opatur cōcupiscentie rabies. qz cū Herodes tantā haberet circa Johannē reuerentiam et timorē. horū fuit immemor vt fornicationi sue ꝓuideret. Remigius ibidē. Libidinosa voluptas coegit eum in illū manum mittere quē sciebat iustū ⁊ sanctum. Unde et. ij. Re. xiij. legit̄ q̄ Amon primogenitus dauid diligebat thamar sororem absalon fratris sui ita vt deperiret in eaz et egrotaret. tandēq; oppressit eam libidine cecatus insatiabili ⁊c. vt patz in textu. Sic amore vilissimo plurimi tp̄ibus istis cecati p̄cipitant̄. ad feda aspirant cōnubia. nulla ꝯsiderātes legitima impedimēta que decreto sancte matris ecclesie vel impediunt matrimonia. vel dirimūt iam cōtracta. Sic quoq; multi putantes se cōiunctos legitimo thoro se inuicē abutunt̄ vilissimo sturto. Hinc merito talibus ꝯsulendū est illud Luce. xiiij. Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco Nam ꝑ nouissimū locū intelligit̄ hic cōsideratio ad ꝯditiones matrimoniū ꝯcernentes. Ad cuius euidentiā sciendum. q̄ duodeciz sunt que impediūt matrimoniū cōtrahendū et dirimūt iam ꝯtractū. Nō sane intelligendū est si ip̄a impedimenta vel aliquod ipsorum precedunt matrimonium tunc coniugalem consensum excludunt. Si vero sequant̄ nō prestant impedimentū quin sit verū matrimoniū. vt patet ex sequentib⁹ exemplis. Nā furiosus cōtrahere nō potest. si vero cōtraxit ante furorē nō soluit̄ matrimoniū. Similiter q̄ omnino sectus est vel q̄ ꝯtraxerit affinitatem. et sic de alijs. Primū igit̄ impediens et dirimēs matrimoniū est error ꝑsone. vt si credit cōtrahere cū vna ꝯhit cuz alia sic̄ fecit Jacob Gen̄. xxix. Qui credidit cōtrahere cum rachele et supposuerūt lyam que lyppis erat oculis. nec tenuisset matrimoniū nisi postq̄ sciuerat dedisset cōsensum. Similiter error ꝯditionis seruilis dū putat cōtrahere cū libera. et cōtrahit cuz ancilla impedit matrimonium

cõtrahendum et dirimit cõtractum. nisi cõtrahẽs etiã esset seruilis ꝓditiõis nisi postꝙ sciuit verbo vel facto ꝓsensit. Error tñ equalis vel meliozis ꝓditõis non impedit matrimoniũ. Predictoꝝ aũt rõ est. quia matrimoniũ includit duo q̃ sunt de essentia eius scz ꝓsonas que ꝓiungunt inter quas fert mutuus cõsensus. Et mutuam potestatẽ in, inuicẽ in qua matrimonium cõsistit. Primũ tollit ꝑ errorẽ ꝓsone. quia nõ cõsentit qui errat. Secundum tollitur ꝑ errorẽ cõditionis. qz seruus nõ ꝑt alteri libere sine ꝓsensu dñi potestatem sui corꝑoris tradere. Error tamẽ alterius ꝓditionis q̃ seruilis nõ impedit matrimonium. Similiter error fortune nõ impedit nec dirimit vtpote si putat ꝓtrahere cum diuite et est paup. Nec etiã error qualitatis vt putans cõtrahere cum sancto hoie et est leccator. vel cum viro christiano et est hereticus. licet quidã de heretico cõtrariũ sentiũt. Cõtrahentes tamẽ cũ pagano vel iudeo etiã si scientes hoc faciũt nõ tenet matrimoniũ nisi ad hoc facerẽt vt eos ad fidem ꝙerterẽt ꝑm Hostien. et Jo. an. De his quatuor erroribus. vide xxix. q. j. c. j. ꝑ totum. Secundũ aũt impediens et dirimẽs est cõditio que est apposita in matrimoniali cõtractu si licita fuit nisi seruetur nõ tenet matrimoniũ nisi postea fuerit ab ea recessum ꝑ subsecutũ purum cõsensum de ꝓsenti vel per carnalẽ copulã. Cõditio tamẽ impossibilis vel nõ licita habet ꝓ nõ adiecta nisi fuerit cõtra naturam matrimonij ꝑut postea videbit. Patent igit exempla de ꝓditionibus appositis in pluribus capitulis vt si quis dixerit cõtrabo tecum vel accipiã te in vxorem si centũ dederis. vel si patri meo placuerit non est matrimoniũ ante ꝓditõnis euentum. Et dicit Fran. de zaber. Q. si post sponsalia ꝓditionalia supuenerit affinitas tũc copula sequẽs sponsalia nõ trãsfundit in matrimonium. quia ꝑ affinitatẽ superuenientẽ rupta sunt sponsalia. vt sic copula sequẽs nõ inuenit quod transfundat. Preterea si quis ꝓsentit in matrimonium per verba de ꝓsenti sub cõditione si patri placuerit statim adueniente ꝓsensu patris est matrimonium nisi prioꝝ voluntas ꝓtrahentiũ priꝰ mutata fuerit. vt dicit Gasper. quia ꝓditione purificata contractus ꝓditionalis habet ꝓ puro et ꝓsensus primus durare censet. Q. si de ꝓtradictione patris nõ apparet licet verbotenus nõ ꝓsentiat tamẽ ꝑm Jnno. ꝓsumitur ꝓsensus. Et ꝓsumendũ est de matrimonio. Naz eo ipo q̃ pater nõ ꝓtradicit cõsentire censet ꝑ hoc q̃ infauorabilibus tacens habet ꝓ cõsentiente. Deniq; notãdum generaliter q̃ aliud est in matrimonium ꝓsentire sub cõditione et aliud sub modo. Nam cõditio ꝑm Fran. est adiectõ apposita siue subintellecta suspendẽs vel resoluens dispositionẽ. et fit ꝑ dictionem si. vt dicẽdo. Cõtrahо tecũ si patri meo placuerit. vel dono tibi vel lego si hoc vel illud feceris. Et in his nõ tenet matrimoniuz nisi stante ꝓditione nisi in casu vt prius Modus aũt est moderatio adiecta cõditioni. et fit per dictionẽ. verbi gratia. Dono tibi vel lego tm vt singulis annis hoc facias. Cõtrahо tecum vt mihi talẽ fundũ des in dotẽ. et illa ꝓsentiente stati est matrimoniũ. sed agi potest ad modum vt scz fundus detur. Terciũ ꝓinde matrimoniũ impediẽs et dirimẽs est votum solenne. quod scz ꝑ susceptionẽ sacri ordis. vel ꝑ ꝓfessionem expressam vel tacitã facta alicui de religionibus approbatis vt patz de voꝝ. c. j. li. vj. De voto vero simplici. vide infra. Q. si quis ꝑt votũ solenne ꝓsumpserit matrimoniũ ꝓtrahere non modo ad matrimoniũ nõ est obligat sed etiam ipo iure est excõmunicatus. vt patz in cle. c. eos qui. de ꝓsanguin. et affi. Potest tñ eps tales absoluere et cum eis dispensare. vt ibidẽ dicit glosa. Quartũ impedimentum matrimoniũ impediẽs est cognatio q̃ est triplex. scz carnalis. spiritualis. et legalis. Prima scz carnal impedit et dirimit matrimoniũ in ꝙrto gradu ꝓsanguinitatis vel affinitatis. et infra. In quinto autẽ et vltriori licite cõtrahit. Hec patent extra de cõsangui. et affi. Sufficit etiã q̃ vnus cõtrahẽtiũ quartũ gradũ excedat licz alter

sit in quarto vel citeriori vtpote in tercio vel secundo sed nō in primo. Nam vnum dumtaxat ꝯsiderandum est scz ꝙ aliquis eorum de cuius copula agit̄ excludit̄ a cō sanguinitate stipitis ꝑ excessū quarti gradus ⁊ tūc omnes qui descendūt ab alio latere copulari possunt p̄ter illos qui sunt in primo gradu cū stipite id ē soror vel frater vel filius stipitis et hoc est veruz in linea collaterali. Nam in linea ascendēte ⁊ descendente extendit̄ ꝓhibitio in infinitum tam inter affines q̄ ꝯsanguineos. Vnde si Adā prim⁹ homo adhuc viueret cū nullo ꝯtrahere posszinter collaterales aūt cōputando ſm canones duo fratres sunt in primo gradu. quorū filij in secūdo. et sic vlterius. Sicut in linea descendentiū quelibet persona alicui addita facit gradū vnū vt pater vel eius vxor in affinitate ⁊ fili⁹ in primo gradu et nepos in secundo. ꝓnepos in tercio. Cum igit̄ aliq̄s in p̄mo gradu cū stipite vtpote frater soror vel filius vel filia stipitis loquendo de ꝯsanguinitate vel marit⁹ vel vxor fratris sororis. vel filij vel filie loquēdo de affinitate tunc ꝓhibetur ꝯtrahere cum omnib⁹ qui descendunt ab alio latere eiusdē stipitis vsq̄z in infinitum. sicut est de linea ascendentiuz Sz existētes in secūdo gradu cū stipite licite cōtrahere possunt cum his qui descendunt ab alio latere post quartū gradū cōsanguinitatis vel affinitatis. Nec infra hos grados ꝯtrahere possunt sine dispensatōne papali. Q⁊ si dispensatio obtineat̄ in matrimonio inique cōtracto. expressa falsa causa nō valet nisi postea causa debite narret̄ et sic dispensetur. vt ptz de consang̃. et affi. ca. quia circa. Deniq̄z ꝓhibitio matrimonij tm̄ se extendit ad primum genus affinitatis. verbi gratia. Frater cōtrahit cū katherina et soror eius cū Johanne. mortuis fratre ⁊ sorore Johānes id est maritus sororis cū katherina id est cum vxore fratris licite ꝯtrahere p̄t. tāq̄z existens nō in primo genere affinitatis cū ea qđ solū ꝓhibitionē habet sed in secūdo qđ hodie ꝓhibitionē nō habet. vt patz de cōsang. et affi. c. non debet. Secūda cognatio spiritualis est vinculū surgens ex eo aliquis aliquē beptizat vel cōfirmat. vel de baptismo vel ꝯfirmatione suscipit impediēs et dirimēs matrimoniū inter ꝑsonas inter quas vel earū alteruz ortum est Et cōtrahitur hec cognatio inter leuātem et leuatū. ⁊ inter filios leuātis ⁊ leuatum. licz etiā nō essent legitimi filij. secus tn̄ si essent adoptiui. Similiter inter vxorem ⁊ ꝯcubinā leuantis et leuatū se tn̄ ante leuationē cognita fuit ab eo. Et etiā inter leuantem et parētes leuati. sed nō vltra ꝓcedit cognatio spiritualis. Cognatio tamē spiritualis quā ꝯtraxit cōcubina leuātis nō dirimit matrimoniū cōtractum. qꝛ hoc nō inuenitur expressum licet impediat ꝯtrahendum. Item si vir filiuz habuerit ex coytu fornicario. tūc leuans eum nō ꝯtrahit cōpaternitatē cum vxore illius legitima licet prius cognita. vt ptz xxx. q. iiij. c. qui spiritualē. Et ecōtra ꝯcubina leuantis prius cognita ꝯtrahit cōpaternitatē. Ratio est. quia cōiuges sibi cōmunicās actiones sed passiones. vt dicit boyc extra đ cogna. spir. c. Martin⁹ Vñ tantū se extēdit talis cognatio ad parentes leuati et eadem intellige de baptizante. etiam si laycus vel layca fuerit. que dicta sunt de leuante. Et idem est de sacramento cōfirmationis que nimirum sic cōtracta impedit matrimonium ꝯtrahendū et dirimit cōtractum nisi fuerit ꝯtractum ante talem cōpaternitatem. Hec patēt ex̄ de cogna. spiri. in diuersis capitulis. Et planissime eo. ti. c. Ne duz. li. vj. Et sic cōpatres nō ꝯtrahere possunt sic nec filij duorum cōpatrum si ꝑ vtrūq̄z vel alterū ip̄orum deuentum est ad cōpaternitatem. et si cōtraxerint dirimetur. Et scientes cōtrahi denuncciari debēt ecclesie. Et si tn̄ ꝑ neutrū eoꝝ deuentū est ad ꝯpaternitatē nō impedit matrimoniū nisi ꝯsuetudo eēt in cōtrariuz cui statur. hec ꝓbantur vbi supra in diuersis capitulis. Et nota ꝙ si alter cōiugum matrimonio cōsumato leuat puerum tunc ambo sunt ꝯpatres parentibus infantis. secus autē si ante carnalem copulaz. Cōpaternitas aūt cōtracta per

cathecismum impedit quidē sed non diri-
mit matrimoniū. vt ptz e.t.c. cōtractio.
Et c.ij.li.vj.e.ti. Nō etiā ꝯtrahit cōpa-
ternitas inter leuantes pariter sed licite
possunt ꝯtrahere matrimoniū. Deniq; si
vir vel mulier filiū suū ꝯmunē baptisat vel
de fonte suscipit. vel vir leuat filiū vxoris
de alio genitū queritur. vtrū ꝑ hoc incur-
ritur impedimentū exigendi debitū. Re-
spondet doc.s. ꝙ si hoc fit ex necessitate.
puta si filius natus est et est in mortis ar-
ticulo nec occurrit alius qui baptisaret h
nō est sibi impedimentū. qꝛ hoc maliciose
nō fecit sed ex necessitate ſm Tho. et Ho
stienſ. et Jo.an. Similiter si hoc fecit ex
ignorantia ꝓbabili tamē ꝯtrariū habetur
xxx.q.j.c.j. vide ibidē. Si vero scienter h
facit maliciose ꝑ fraudē. tūc nō potest exi-
gere debitū sed coactꝰ tenet reddere. Q.
si hoc maliciose ambo ꝑ fraudem fecerint
neutrum eorum p̄t exigere. nec tenet red-
dere. quia petēs ꝑdidit ius petēdi. potest
tamē exactus reddere ne scz in altero de-
terius aliquid cōtingat. Melius tñ esset
ꝙ vterq; ꝯtinentiā voueret ⁊ seruaret. Et
hoc vult litera in c. Si vir de cogna. spiri.
Hoc tamē sciendū est ꝙ si quis puerū non
tangat nec suscipit. sed solū de interroga-
ta respondet nō ꝯtrahit ꝯpaternitas seu
cognatio spiritualis. Et ecōtra si pueruz
tangit vel suscipit ⁊ ad interrogata nō re
spondet. Cuiꝰ rō est. quia in baptismo re-
quiruntur verba ⁊ aqua. sicut in ꝯfirmatō
ne verba ⁊ liquor. Et sicut in baptismate
requirunt ⁊ sunt verba necessaria. sic etiā
in leuante. de cōse. dis.iiij.c.nihil. Alioq̄n
nō cōtrahit ꝯpaternitate. Putat tamen
Gasper ꝙ puer ille sit baptisatus in fide
ecclesie. quia tota ecclesia militās ꝓ eo re
spondere videt. c. queris. Deniq; ꝓhibi-
tum est omnibꝰ monachis ⁊ religiosis re-
gulā approbatā vouentibꝰ etiā canonicis
regularibꝰ ne fiant cōpatres. ne scz hac oc
casione ꝯtrahāt suspectā familiaritatem
cum mulieribus. vt ptz. vj.q.ij.c. placuit.
Et extra de postulando. c. ex ꝑte. Simili-
ter tm̄ vnꝰ vir vel mulier vna accedere de
beret ad tenendū puerū in ꝯfirmatōe. vel
ad leuandū in baptismo. vt patz de cōse.
dis.iiij.c. nō plures. et de cogna. spiri. ca.
q̄uis. li.vj. Et Jo.an. in apparatu ibidē
Tercia cognatio scz legatio que dicitur
adoptatio ſm Hosti. ciuilis est ꝓpinqui-
tas per quā quis reputat filius vel nepos
vel deinceps. Vel frater vel affinis licet
naturaliter nō sit pene naturā imitās. ff.
de adoptionibus. l. adoptio. et. l. nec ei. §.
eoꝝ. De qua cognatōne quia iam vsitatur
rarissime gratia breuitatis suꝑsedeo. Ce-
terū de matrimonio cōtracto in gradu ꝓ-
hibito legitur de origine cisterciensiuz ꝙ
in partibus germanie miles erat nobilis
et strennuus. Hic tempore vite p̄sentis ex
pletu spiritū emisit. Cunq; diu mortuꝰ ia
cuisset et iam tempus humatōis instaret
anima redeunte homo repente rediuiuus
apparuit ⁊ velamine reuoluto oculos ape
ruit ⁊ instrato funero resedit. Stupentibꝰ
cunctis qui aderāt planctus merentium
subito sopiunt ⁊ a mortuo suscitato causa
tante nouitatis exquirit. Ille vero p̄sen-
tibꝰ vxore ⁊ germano qui debebat illi suc
cedere in patrimonio sic exorsus ē fari ad
illos. Cum in mortē inquit oculos claude
rem ductus sum ꝓtinus ad examinanduz
ad tribunal iudicis. Ibiq; apprehensus
in lance equitatis inuentus sum minꝰ ha-
bens q̄ꝫ oporteat ad salutē. Cunq; dam-
nationis sententia iam esset ꝓferenda san
ctis qui aderant intercedentibꝰ ad vos re
dire sum ꝑmissus. et ex duobus que mihi
obsunt principaliter remediū expetere ve
stre pietatis scz de illegitimo federe nup-
tiarum. et de obligatōne maxima debito-
rum. Nosti inquit dilecta mi ꝙ affinita-
tis linea iuncti illicito matrimonio sumꝰ
cōiuncti de rei eterne damnatōnis tene-
mur ambo. Vnuz tantūmodo remedium
suꝑesse cognosce. si relicta seculi pompa
christi cōnubia monastica ꝓfessione te iun
xeris mihi veniam ⁊ tibi gloriā impetra-
bis. Quod illa gratanter accipiens sese

in cõtinenti facturam esse voto firmauit. Deinde vocatis singulis creditoribꝰ suis germano suo precepit vt ad ea que iusto expostularent singulis satisfaceret. Cum autem hec et similia multa dixisset reclinato capite iterum emisit spiritum. Ad laudem dei Amen.

De octo sequentibus matrimonium iam cõtractum dirimentibus. Ser. xxxiij.

Facite dignũ fructũ penitentie. Viso iam vtcunq; de quatuor primis matrimoniũ cõtrahendum impedientibꝰ iam cetera per ordinẽ psequamur. Quintum igitur est crimen quod tamẽ nunq; habet dirimere matrimoniũ iam cõtractũ nisi in tribꝰ casibus. Primus est cum adulter dat fidez adultere vel solute, pmittendo vel iurando q; post mortẽ alteriꝰ cõtraberet eam vxore sua legitima adhuc viuente ante fidem datam vel post. adulteriũ ꝓpetrauerunt. tunc secunda nõ potest eius esse vxor. Si tamẽ soluta ignorauerit adulterũ habuisse vxorez tũc licite ꝓtrahere potest. Similiter si nõ interuenerit adulterina pollutio nõ impeditur matrimonium. Et idem est intelligendum de adultera fidem dante soluto. Secundus est cum adulter contrahit de facto cum adultera. vel soluta hoc sciente. vxore viuente. legitima in oĩ forma sicut dictum est de fide data. quia plus est de facto cõtrahere q; tantum fidem dare. Tercius est cum aliquis vel aliqua machinans in mortem viri vel vxoris alterius. illum vel illam occiderit animo cõtrahendi cum cõiuge superstite nõ potest postea cum superstite cõtrahere licet etiam nõ interceſſerit adulterina pollutio fm Innocẽ. et Hostien. Vel si mandauit vel cõsuluit dummodo tamen interfectio secuta fuerit. Si tamen occiderit sed nõ omnino cõtrahendi eam superstite nõ dirimitur matrimonium iam cõtractum sed impedit cõtrahendum. sicut dauid occidit Vriam et accepit Bersabee. Non enim occidit illum vt haberet sed vt celaret culpam adulterij. Predicta patẽt xxxj. q. j. c. illud vero. c. relatum. c. Si qs Et extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. in diuersis capitulis. Sextũ est cum est disparcultus. scz quãdo fidelis cõtrahit cum infideli. vtpote cum iudeo vel pagano. Tũc enim non tenet matrimoniũ. vt ptz. xxviij q. j. ca. Caue christiane gentili aut iudeo filiam tuam tradere. Caue inq; vt gentilẽ aut iudeum atq; alienigenam hoc est hereticum ac omnem alienam a fide tua vxorẽ non accersias tibi. Prima cõiugij fides castitatis gratia est. glosa. id est tenek seruare castitatem. Si christiana sit non est satis nisi ambo initiati sint sacramẽto baptismatis. Et sunt verba Ambrosij in libro de duodecim patriarchis. Item ca. sequenti. ex cõsilio Agathensi. Non oportet cum omnibus hereticis cõmiscere cõnubia vel filios vel filias dare sed potius accipere si tamen putidentur se christianos esse futuros et catholicos. Dñ exod. xxxiij. et Deutro. vij. prohibuit dominꝰ dicens. Non accipies vxorem filijs tuis de filijs alienigenarum. et causam addit dicens. Ne trahant eos post deos suos. Vnde et infideles si cõtrahunt matrimonium. potest quidem esse matrimoniũ inquantum est ordinatum ad prolem fm perfectionem nature. non tamen inquantum est ordinatum ad ipam prolem fm perfectionem gratie. Et ideo dicit doctor sanctus super. iiij. dis. xxxix. q; infidelis conuersus potest cum infideli manere sub spe cõuersionis si eam infidelitate non viderit obstinatam nõ tenetur tamen cohabitare sed potest eam dimittere etiam si ipa velit ei cohabitare sine cõtumelia creatoris sed conuerti nõ vult nõ tamen ꝓ alia accipe. Et si nõ est spes ꝺ quersione eiꝰ ꝓ

fidelis ad sacros ordines vel religionē accedere prius vxore requisita q̄ quertatur et si cōuertatur vxor postq̄ accepit vir sacros ordines nō est vir sibi reddendus. sz debet sibi imputare q̄ in penā tarde questionis viro suo priuata est. Porro si vxor infidelis nolit cohabitare viro fideli vel nō sine q̄melia creatoris. aut si illum ad infidelitatē trahere nititur. In his trib⁹ casibus vir fidelis discedens p̄t alteri q̄ matrimoniū copulari. Deniq̄ licz fidelis cum heretica scienter q̄trahens graviter peccet tamē tenet matrimoniū ꝓpter caracterem baptismatis. quia baptisma est ianua sacramentorū sine qua nullū aliud sacramentum recipi p̄t. licet nō teneat cuz iudeo vel pagano. Cui⁹ ratio est. Nā matrimonium est maris et femine cōiunctio nō solum corporum sed potius animorū. vt notat glosa. j. dis. c. Dis ius naturale. Cum igitur animi fidelis q̄ infidelis vniri nō possunt. qz nulla p̄t esse cōiunctio christi ad belial. lucis ad tenebras. Hinc is q̄ est in luce fidei nō potest cōiungi eis q̄ sūt in tenebris infidelitatis. Septimū deniq̄ est violentia vel metus que nimirum ex sua natura etiam sine ꝓstitutione ecclesie matrimoniū excludit. Pro quo notandum q̄ eis est maioris rei impetus qui repelli nō potest. ff. q̄ met⁹ causa. l. ij. Met⁹ autē est instantis vel futuri piculi causa iusta mētis trepidatio. ff. eo. t. l. j. Et sicvis ꝓprie infertur corpori. metus aūt infertur animo. Unde si coactio inferat̄ corpori etiam cessante metu planū est q̄ nō ꝓtrahitur matrimoniū. qz ibi deficit ꝓsensus. et dicitur poti⁹ pati q̄ agere. Si vero nō est p̄ciosa coactio tunc transit in metuz q̄ debet esse iustus scz qui cadit in ꝓstantem virum. Et est quadruplex scz metus mortis. cruciatus corpis. stupri. et seruitutis Et dicunt Tho. et Al. q̄ nō differt vtruz predicta quatuor fiant in persona ꝓpria vel vxorum vel filiorū. Qz si filia timet mortem patris vel captiuitatem vel huiusmodi nō valebit etiam matrimonium fm Hostien. Innocē. et Jo. an. Quia sicut est iustus timor parentum in filios. sic ecōtra. Si tamē cōsensus filie esset liber licet pater haberet iustum metum teneret matrimonium. Et addit Innocē. q̄ videtur nō solum habere locum in patribus sed etiam in alijs qui filios habent in potestate. sicut etiam declaratur in decretis. xxxj. q. ij. c. Deinceps tue cōiugio. per totum. vide ibidem. Deniq̄ generaliter est notandum q̄ si pater habet iustam causam precipiendi q̄ cum tali cōtrahat puta ꝓpter pacez in eundam vel simili causa alia. vel ne cum tali cōtrahat scz cū muliere mala vel eiosa. tunc filius obedire tenetur. et si nō fecerit peccat nisi ad ꝓtinētiam aspirat. Si vero filius habet iustam causaz nōobediendi nihil peccat obediendo. Porro causis legitimis hincinde cessantibus cum matrimonium omnino debet esse liberum. tum ratione significati. tum ratione tante obligationis q̄ seruitutis que in illo cōtractu cōsistit. nō est illud a parentibus iniungendum inuito. Nec a filio est de necessitate parendum. nec obligatur q̄tum ad peccatuz ex precepto patris sed tantum de honestate et consilio. Cogentes autē inuitos ad matrimonium efficiuntur peccatorum participes que exinde sequuntur. vt patet. xxxj. q. ij. ca. Deneptis tue. in fine. Et sicut dicit Franciscꝰ de zaber. Si filia nubit post vicesimū quintum annum: pater nō potest opponere ingratitudinem. Et cum pater teneatur filiam dotare etiam banc dotare debet. Si vero nubit ante vicesimum quintū annum videtur q̄ nō teneatur eam dotare. equi⁹ tamen est q̄ eam dotet si saltem dignū elegit. quia licite nubit de iure canonico. secus tamen si indignum elegit. Octauū est ordo sacer scilicet subdyaconat⁹. dyaconatus. presbiteratus. et episcopatus. Minores aūt ordines sunt. psalmistat⁹. et acolitat⁹. et in illis existentes ꝓtrahere p̄nt nec dirimit nisi esset religiosi q̄ ꝓtinētia vouerunt. qz rales sunt sic sacer ordo Sciendū tn q̄ in nullo casu si sacer ordo suscipiat̄ p⁹ mrimoniū ꝓtractū dirimit illud

B

Hec patent extra qui cle. vel vouen. ma: cõtrahere possunt in diuersis capitulis. Et. xxxij. dis. Seriatim et aperte ꝓsequa: mur q̃ sancta mater ecclesia de gradibus clericoꝝ ait. Clericos. hostiarios. lecto res. exoꝛcistas. acolitos. si extra votum ꝛ habitum monachi inueniantur et cõtinen tiam ꝓfiteri noluerint vxoꝛem ducere vir ginem cum benedictione sacerdotali ꝑmit titur. nõ autem viduam aut repudiatam. quia ꝓpter hoc deinceps nec ad subdia conatum ꝓmoueri poterunt. vt ꝓz ibidẽ Nonum est ligatio scz cum quis alteri cõ iugi siue sponse est allegatus. quod impe dimentum semꝑ validum fuit etiã anteq̃ aliquod, sup̃ hoc ab ecclesia ꝓstitueretur. Nam si quis hoc fecerit adulteriũ nisi cui diuina reuelatõne et instinctu spiritussan cti hoc reuelatum fuit. vt in patriarchis. extra de sponsa duoꝝũ. c. Accepisti tibi il lam in vxoꝛez quã alter habuit sibi despõ satam per verba de ꝓsenti. dimitte illã. quia nũq̃ potest tibi fieri legitima. Et. xl. dias in pane et aqua quod quarentenã vo cant cum septem sequẽtibus annis peni teas. Glosa. Carinã vulgare est ytalicoꝝ et dicitur carina a carentia hominũ dicta vel etiam cibarioꝝũ. Nam in illis. xl. die bus includitur ĩ aliquo secreto loco iuxta ecclesiam vbi nõ habet ꝓsortium hominũ Unde ꝑm Jo. an. Si quis cum prima cõ traxerit sponsalia de ꝓsenti licz iuramẽ tũ nõ interuenerit nõ rumpunt̃ sponsalia sequentia de ꝓsenti etiam cum carnali copula. vt patet extra de sponsat. c. ꝓmo. et c. Si inter virum et mulierem. nota per totum. Nec valet in hoc cõtraria ꝓsuetu do. extra de sponsa duoꝝ. c. vltimo. Liga tio tamẽ sponsaliorum de futuro non diri mit matrimoniũ sequens. Et ista ligatio statim in moꝛte cõiugis sublata est. Si tñ vir absens est non debet mulier cõtrahere nisi de moꝛte viri certificata fuerit. Ꝺ si cõtraxerit reddere quippe potest debitum sed nõ exigere. Et si postea cõstat de vita ꝓioris viri statim recedat a secundo. vt patet extra de secundis nuptijs. c. ij. ꝙ to tum. Nec etiã secunde nuptie debẽt a sa: cerdote benedici. Ꝺ si fecerit ab officio ꝛ beneficio suspensus est. vt ibi. ca. j. et. iij. Decimum est publice honestatis iusticia. Et est ꝑm Tho. in. iiij. Ꝓpinquitas ex sponsalibus ꝓueniẽs robur trahens ex ec clesie institutione ꝓpter eius honestatem Unde cum aliqui inter se sponsalia ꝓtra xerunt nullus de cõsanguinitate vni⁹ ꝑt alteri cõiungi matrimonio vsq̃ ad quartũ graduz ꝓsanguineoꝝ inclusiue. Hec patẽt de sponsalibus. c. iuuenis. et. c. ad audien tiam. et c. sponsam. Et extra de desponsa tione impuberum. c. duo pueri. excepto eo quod habetur in impedimẽto de affinita te vt iam patebit. Et hec iusticia publice honestatis semꝑ tenet si fuerint spõsalia pura et certa. etiam si fuerint nulla tõne cõsanguinitatis. affinitatis. frigiditatis religionis. aut alia quacũq̃ rõne. nisi fuis sent nulla ex defectu cõsensus. puta quia ambo vel vn⁹ erat minoꝛ septennio. vt pa tet de desponsa. impube. li. vj. Et dicit̃ no tanter. si pura et certa fuerint. qz sponsa lia cõditionalia si nõ fuerint purificata ꝛ certa nõ dicunt̃ ꝓprie sponsalia nec cõtra hitur publice honestatis iusticia. vt patet li. vj. de sponsalibus et matrimoniis. Uñ sancta ecclesia se reddit valde difficilẽ in hoc desponsare. Unde potiꝰ desponsaret in gradu ꝓhibito q̃ in impedimento pu blice honestatis iusticie. tum qz nõ est ho nesta q̃ q̃s cõiugatur cũ cõsanguinea ei⁹ que debebat esse secum vna caro. tũ quia sepe visum est anticipatã esse copulã ꝛ sic cum sponsa matrimoniuz impediri. tũ qz sepe visum est sponsuz interfecisse sponsaz vt cũ eius ꝓsanguinea cõtrahere posset q̃ sibi plus placebat ꝓpter qd̃ ecclesia ℟ im pedimentũ adinuenit. Et ꝑm Anno. istud idẽ tenet in sponsalib⁹ cõtractis ꝙ mona chum vel sacerdotẽ vel etiã ꝙ ꝓiugatũ scz q̃ ipa cum qua ꝓtraxit monach⁹ sacerdos vel coniugat⁹ sponsalia. ꝓhibetur quo ad quartum gradum cum quolibet cõsangui neo cõtrahere eo q̃ ex sponsalib⁹ validis ex cõsensu surgit honestas publica etiã si sint nulla ex alia causa quacũq̃ seu rõne. Sz ꝓsanguinea monachi vl̃ sacerdotij vel

cōiugati nō phibetur cōtrahere. qz mona
chus nō hz psensū primū et alīs duob⁹ cō
sens⁹ erat ligat⁹. et sic non erat legitimus
Inter affines nō surgit impedimentū pu
blice honestatis. quia c. ad audientiā. si
milia. extra de sponsa. solū dicunt de psan
guineis. ¶ Undecimū est affinitas que ē
quedā psonarū ppinquitas ex carnali co
pula pueniēs vel coytu oī carens paren
tela. Cōtrahit etiā p copulā fornicariaz.
Et habet phibitionē in primo genere tm
Nam in secūdo et tercio olim nō ptrahe
batur. hodie tamē licite ptrahit. extra de
cōsang. et affi. c. nō debet. vbi dicitur in
glosa. Nam psona addita psone p carnis
copulam mutat genus attinētie. nō gra
duz. verbi gratia. Uxor fratris mei alio
genere attinētie attinet mihi qꝫ frater. qz
ille psanguine⁹. ista affinis. sed nō mutat
gradū. qz ambo sunt in primo gradu. ille
cōsanguinitatis. ista pme affinitatis. Sic
qꝫ generaliter alicui⁹ cognati mei vxor at
tinet mihi in eodē gradu attinētie prime
affinitatis cum cognato meo. Si vero co
gnatus meus mortuꝰ et illa virū aliū reci
pit ille vir mihi attinet in eodē quidē gra
du nō tamē prime affinitatis sed secunde
Qui si mortua vxore illa aliā duxerit. tūc
illa alia mihi attinet in eodē gradu tercie
affinitatis. et in his omnibus antiquitus
erat phibitio matrimonij. ita vt non pos
sent alicui copulari de psanguinitate mea
Quādoqꝫ vero ista genera attinentie cō
tingunt ex vtraqꝫ parte. Verbi gratia.
Ego accipio vxorem et sororem meā virum.
vxor mea attinet viro sororis mee in se
cundo genere attinentie. inter quos etiā
tunc non poterat fieri matrimonium. vbi
etiam vsqꝫ ad septimum graduz cōsangui
nitatis phibitum fuerit cōtrahi matrimo
nium. Sed hec omnia in capitulo. non de
bet. reuocata sunt. ad euitanda multa
pericula in quodam cōcilio generali et li
mitata dumtaxat ad primum genus atti
nentie in affinitate et ad quartum gradū
cōsanguinitatis et affinitatis. Et sicut se
cundum genus et tercium affinitatis am
motum est. sic etiam vbi publice honesta
tis iusticia simul incidit in eundem casum
in secundo vel tercio genere ibi per eandē
cōstitutionem illud impedimentum est am
motum. Hec in glosa ibidem. Et extendi
tur prohibitio primi generis vsqꝫ ad quar
tum gradum. Unde cōsanguinei viri nō
sunt affines cōsanguineis vxoris nec ecō
tra. Et cōtrahitur etiam affinitas per in
cestuosum coytuz. Et nota qꝫ cōdiu nō est
facta cōmixtio seminum nō cōtrahitur af
finitas in adulterina vel fornicaria pollu
tione. Qz si facta fuerit cōmixtio etiam si
clausura non intrasset cōtrahitur affinitas
Si vero clausura subintrasset et semen nō
emisisset nō cōtrahitur affinitas nec con
summatum est matrimonium. Unde pos
set ab ea recedere et religionez intrare ac
si eam non cognouisset. ¶ Duodecimum
est impotētia coeundi que fm Ray. est vi
cium animi vel corporis vel vtriusqꝫ quo
quis impeditur alicui carnaliter cōmisce
ri. et obtinet inter cetera impedimēta ma
trimonium maximum locum quoniam ex
sui natura potius qꝫ ex institutione eccle
sie matrimonium impedit. Cum enī omne
matrimonium aut causa prolis suscipien
de. aut cōtinentie causa fiat impossibili
tas coeundi causam vtramqꝫ remouet.
Et sunt due species. ¶ Prima est natura
lis impotentia. et illa est duplex. Quedā
est temporalis cōmunis que cōtingit pro
pter defectum etatis tam in masculo qꝫ in
femina. Et tales in potentia aduenientē
pubertate expirat quo ad hoc qꝫ ante pu
bertatem sed nō post impediat et dirimat
matrimonium. Alia est perpetua et mul
tis modis cōtingit. tam in masculo qꝫ in
femina. Cui si subueniri potest ope' medi
corum sine graui periculo corporis tunc
non impedit matrimonium nec dirimit.
sed alias impedit et dirimit. Non tamen
impedit matrimonium si cognoscibilis est
quoquo modo quāuis cōcipere nō possit
vel in loco mingat vel mortuos pareat.
Ceterum si ambo sciuerunt impotenti
amz nihilominus cōtrahere voluerūt vel

post cõtractum simul remanere volũt hoc vtiq; possunt tanq; fratres et sorores nõ tamen credas q; sit matrimonium. Q. si potens cũ alia cõtrahit semp tenet matrimoniũ secundũ et cogit impotentẽ vt sororem tenere et alere. Secunda species ẽ accidẽtalis. que similiter est duplex Una violenta vt secciõ ꝓpter quam qs amittit virilia vel ambos testiculos et dicit spado. que dirimit matrimoniũ post ꝯractũ habens tamẽ vnũ testiculũ ꝯtrahere põt. Et eadem distinctio facienda est in accidentali in potẽtia ꝓueniente ex parte mulieris ſm Hosti. et Inno. Alia est occulta ꝓueniens scz ex maleficio ita q; reddit impotens omnib⁹ ꝓterq; vni et si illa vxor eius sit tunc bonũ sortilegiũ videtur cum adulteriũ viretur. Si vero reddit potens omnib⁹ ꝓterq; vxori. et tale maleficiũ sequitur matrimoniũ cõtractũ tunc nõ dirimit illud si ꝓcedit ꝛ est tpale. tũc eriã prestat impedimentũ matrimonio. Si vero q; petuũ impedit et dirimit. deniq; tunc ꝓpetuum presumitur qñ per triennium simul habitantes operã studiosam dederũt copule carnali et semper durat impedimentum. Ad laudem dei Amen.

De his que matrimoniũ impediunt cõtrahendum. Sed nõ impediunt seu dirimunt iam cõtractum. Ser. xxxiij.

Felicite dignũ fructũ penitentie. Jam ꝓsequamur ordine debito de bis que matrimonium impediũt sed cõtractũ nõ dirimunt Q. Que Similiter multa reperiunt. Primũ est votum simplex. Ad cuius euidentiam primo queri potest. vtrum quis obligatus ꝙ votum religioni in genere postea cõtrahens matrimoniũ teneat matrimoniũ sic cõtractum. Ad quod respõdẽs lap⁹ de castiglucio in quadã questione et distinctiõz ponit dicẽs. q; quis vel est obligatus religioni in genere puta qz ꝓmisit vel vouit intrare religionem. Et tunc tale votũ dicitur simplex. vt patz li. vj. de regulari. c. Qui post. et tunc nõ soluit matrimonium post cotractum. vt patet li. vj. de voto. c. vnio. licet mortaliter peccet. Vel ꝓfitet expresse vel tacite certam religionẽ sed ex causa illi religioni obligatus nõ est sed religioni in genere. vt patet li. vj. de reglua ri. c. nõ solum. et c. cõstitutionẽ. in fi. Vide ibidem de receptis ad ꝓfessionem ordinis mendicantiũ etiam infra ꝓbatõis annum. Tunc illud votum ſolennizatum est vt dicit Jo. an. ibidem. Et ideo obligat⁹ et ligatus est ad religionem. et sic soluitur matrimonium post cõtractũ. quia in secũdo casu iam actu ꝓfitetur. sed in primo casu nõ. quia tantũ obligat se vt fiat religiosus. et ideo nõ dirimit matrimoniũ p⁹ contractum etiam si in manibus prelati ꝓmittat se infra certum tempus religionem intraturum. vt notatur in c. tuas. super verbo. ſolenniter in nouella. Et quod scribit Jo. an. in c. cõstitutionẽ. de regularj. li. vj. in vltima glosa. et in c. cõſuluit. eo. ti.

Secundo queri potest vtrum votũ simplex quis cõtrahendo matrimonium peccat ꝑsertim quia potest cõcurrere votũ cũ matrimonio. sicut fuit inter Joseph ꝛ mariam. quia Maria nouerat virginitatem vt patet. xxvij. q. ij. ſ. Cum ergo. Q. si esset peccatum nõ daretur merito licentia de matrimonio cõtrahendo. que tamẽ datur. vt patet extra que clerici vel vo. in c. veniens. vbi ꝓpter iuuentutẽ licentia datur cõtrahendi. et ideo sic cõtrahere videtur non esse peccatum. xxij. q. iij. c. q̃ peccat. Ad hoc ſm Caspar est dicendum. q; si cõtrahens matrimoniũ ſolum cõsentit in cõiugalem societatem intendẽs cõtinere. sic licite contrahit nec peccat sicut beata Maria fecit. Deruntamẽ magno discrimini se cõmittit. niſi in spiritu certificata fuerit q; cõtrahẽs cum ea similiter viuere vellet in cõtinentia sicut beata virgo de Joseph in spiritu certificata fuit. Cõtrahens vero cum intentione copule etiã ꝓpter generationem prolis mortaliter peccat. Et ideo. xxvij. q. j. c. Et quia. p totum. et maxime in c. ſequẽti tali. recte dicit textus penitentiã imponendã. Nimirum que de ea q̃ ꝓpter iuuentutẽ cõtinere

nō potest post votū dicit textus ꝙ ſm apo
stoluz damnationē habebunt. quia primā
fidem irritam fecerunt. et sic est mortale
peccatum. Unde magister sententiarū in
iiij. dis. xxxix. post principiū dicit. ꝙ qui
priuatum fecerunt cōtinentie votum. ma
trimonium cōtrahere nō debent. qꝛ mor-
taliter peccant matrimonium cōtrahēdo
Unde. xxvij. q. j. c. nuptiarū. dicitur ꝙ vo
uentibus nō solum nubere sed velle nube-
re damnabile est. Ubi Augustin⁹ etiaz di
cit in verbo. Sed plane infra. videnť ta-
les adulteris esse peiores. in ca. tamē ve-
niens. extra de voto. licentia datur ꝑmis
siue vt maius malum vitetur. Sicut. xxij.
q. j. c. Cōsidera. magis tolleratur ꝙ quis
iuret per deum q̄ꝫ ꝙ iuret ꝑ creaturā.
Tercio ꝓinde queri potest. vtrum talis cō
trahens possit sine peccato reddere vel ex
igere debitum. Ad hoc dicendum ꝙ pri-
ma copula siue petita siue reddita semper
est mortale peccatum quia frangit tunc
simpliciter votum cum nec dum obliga-
tur ad reddendum debitum. Sed habet
adhuc libertatem intrandi religionem.
Unde generaliter notandum ꝙ votū sim
plex impedit sponsalia de futura sequētia
etiam iurata. sed votū tale nō dirimit nec
impedit sponsalia precedentia sed ex ca-
su cogi debet votum solennizare vel spon
salia perficere. Et multomin⁹ impedit vel
dirimit matrimoniū precedens de presen
ti. quia semper ante copulam intrare pōt
religionem. Matrimoniū post cōtractuz
licet impediet nō dirimit. quia simplex vo
tum soluitur quoddammodo superueniē-
te matrimonio. xxvij. dis. c. si vir. Ita ꝙ
talis cōtrahens post primam copulā pōt
et teneť reddere debitū. quia ad hoc post
matrimonium cōsumatum est obligatus
Semper tamē penitentiā agat et cū gra-
ui dolore cordis reddat debitum. nisi cō-
tractum esset cum sedis apostolice licētia
ex causa ⁊ certa sciētia dispensantis. Nā
alias si reddat voluntarie et cum affectu
tunc nō innititur iusticie reddendi debitū
principaliter. et sic nō excusatur. licet ꝓ-
pter matrimonium ad tempus illa obliga
tio suspendatur. Quod patet. quia cōiu-
ge mortua superstes cōiunx obligata vo-
to semper cōtineri tenetur eo ꝙ votū nō
fuit omnino solutum. vt dicit Bonauen.
super. iiij. dis. xxxviij. et extra de cōuersa.
cōiugj. c. ex parte. et ca. sequenti. Deniq̄
ſm solenniorem et tutiorem doctorū opi-
nionem post votum simplex factum. licz te
neat matrimoniuz nunq̄ꝫ tamē potest sine
peccato mortali etiam exigere debitum.
quia semper cum deliberatione frangeret
votum. Qđ sane intelligendum est. q̄diu
nō fuerit cum eis ex causa et certa scientia
dispensatuz. Et ſm Guilh. du. in summa.
vir vel mulier sciens votū alterius ⁊ nihi
lomin⁹ cōtrahens cū talis peccat morta-
liter. Similiter sciens aliquā post emissuz
votum nubere nec manifestans impedimē
tum presertim cum nubunt ſm statum ec-
clesie peccat mortaliter cōtemnens eccle
sie mandatum quo precipitur scientibus
aliquod impedimentum vt illud manife-
stent. Similiter omnes hoc scientes consi
lium vel auxiliū prestantes. Q⁹ si querať
vtrū faciliter potest acquiri dispensatio
in voto simplici et quis dispensare potest
Respōdet Ray. ꝙ votum cōtinentie nō
cōmutatur maxime per ep̄os. quia vix vel
nunq̄ꝫ potest aliquid melius inueniri in qđ
fieret. Quia nō est digna ponderatio cō-
tinentis anime. vt dicitur Eccle. xxvj. sed
solum per summuz pontificē. et hoc ex cau
sa multum vtili vel necessaria. quod idem
sentit Thomas scđa scđe. q. lxxxviij. Et
Hostienſ. Secundū impediēs licet nō
dirimens matrimoniū est interdictuz seu
ꝓhibitio ecclesie. Qua scz ꝓhibet ne fieri
debeat matrimonium clamdestinū. xxx. q
v. c. Nullus fidelis cuiuscūq̄ꝫ cōditionis
sit occulte nuptias faciat sed accepta be-
nedictōe a sacerdote publice nubat in do
mino. Et iterū ibidē. Aliter vero sumpta
nō ꝯiugia sed adulteria vel stupra aut for
nicatōes poti⁹ q̄ꝫ legitima ꝯiugia eē nō du
bitate. Ray. Hoc tñ nō intelligas q̄n pos
sit esse matrimoniū sed canō loquiť ſm il-
lud qđ eccīa nō presumit. Et addit petr⁹
dicēs ꝙ ꝯsens⁹ clamdestin⁹ p̄t eē duplex:

Unus qui q̃uis fiat sine solennitate contra ꝓhibitiõnem ecclesie. fit tamẽ in p̃sentia testium. ⁊ licet talis facit matrimoniũ verũ corã deo ſm omnes doctores non tñ facit presumptũ matrimoniũ. Unde cõsulendum est talibus ꝙ de nouo contrahãt et penitentiã agant de eo ꝙ ecclesiã scandalisauerunt. Unde tales magnis ꝑiculis se exponũt. quia possit alter alterã dimittere quãdo velit et cum alia cõtrahere de facto et sic semꝑ manere in adulterio. qꝛ nõ potest ꝓbari primũ matrimoniũ clamdestine cõtractũ. Idẽ Ger. de pi. et Hostienſ. Unde talibus ꝯsulendũ videt̃ sꝑ vt de nouo in facie ecclesie publice cõtrahant Nimirum quia ſm veriorẽ opinionẽ mortaliter peccant qui ante nuptialẽ benedictionẽ ante ꝯsensum de p̃senti cognoscit vxorẽ si sit sine dispensatõne ep̃i vel ecclesie et sine iusta causa in illis saltez locis vbi cõsuetum ast benedictionẽ nuptialem adhiberi nisi taliter, matrimoniũ cõsumãtes ꝓbabilis ignorãtia iuris vel ecclesiastice cõsuetudinis excusaret multomagis ergo post matrimoniũ clamdestinum cognoscens vxorẽ ꝓpriã mortaliter peccat cõtemnẽs ecclesiasticũ institutũ ⁊ excitans cõmune scandaluz. Ratio aũt quare vterq̃ grauiter peccat sine solẽni obligatõne vel benedictione in ecclesia more solito facta sponsus sponsam suã carnaliter cognoscẽs est ista. qꝛ vterq̃ venit ꝯtra generalẽ ecclesie ꝯsuetudinẽ. Et cõtemptor cõsuetudinis ecclesie sicut p̃uaricator legis diuine punit̃. vt ptz. xj. dis. c. In his. Nimirum qꝛ qñq̃ incurrũt penã ꝑpetue excõicationis ꝑ statuta sinodalia. qñq̃ vero ꝑpetui adulterij. si scz anteq̃ ip̃m publicauerit̃ ad secũda vota transierit̃. Dñ ad hoc debẽt banni poni in ecclesia añ benedictiõẽ nuptialẽ vt qui sciũt impedimẽta infra certũ tp̃s ꝓducãt. vt extra de clãdesti. despõsa. c. Cum inhibitio. vbi dicit̃ Statuimus vt cum matrimonia ꝯtrahenda fuerint in ecclesijs ꝑ p̃sbiteros publice ꝓponantur et cõpetenti termino p̃finito vt infra illũ q̃ voluerit et valuerit impedimentũ legitimũ ꝓponat et ip̃i p̃sbiteri nihilominus inuestigẽt si aliqd̃ impedimentum obsistat. Cũ aũt apparuerit ꝓbabilis cõiectura circa copulã cõtrahendã. contractus interdicat̃ expresse. donec q̃d fieri debeat sup̃ eo manifestis ꝯstiterit documẽtis. Ceterũ vt magis euitet̃ matrimoniũ clamdestine. cõstituit ecclesia vt illud etiã redundat in ꝓlem si cõtra eos qui sic post modũ ꝯtrahunt inuenit̃ aliqd̃ impedimentum. Dñ ꝓsequit̃ decretal̃. ibidẽ in c. Cũ inhibitio. dicẽs. Q. si q̃s clamdestina vel interdicta cõiugia in ire p̃sumpserit ĩ gradu ꝓhibito etiã ignoranter et soboles de cõiunctione suscepit ꝓrsus illegitima censeatur de parentũ ignorãtia nihil subsidij habitura. cũ illi taliter cõtrahẽdo nõ exp̃tes scientie vel affectores ignorãtie videantur. Pari mõ ꝓles illegitima censeat̃ si ãbo parentes impedimentũ sciẽtes legitimũ. p̃ter omne interdictũ etiã in ꝯspectu ecclesie ꝯtrahere p̃sumpserint. Sane si ꝑrochialis sacerdos tales ꝯiunctõnes ꝓhibere cõtempserit aut quilibet ali⁹ etiaz q̃ eis p̃sumpserit interesse ꝑ trienniũ ab officio suspendatur. Grauius tñ puniend⁹ est si culpe grauitas seu qualitas postulauerit. Hec ibi. Et ex his doctores cõcludũt presertim Richar. de media villa dis. xlj. ꝙ ex copulatis in facie ecclesie et sine cõtradictione in gradu ꝓhibito cõsanguinitatis vel affinitatis vtroq̃ eoꝝ vel altero impedimentum ignorante cõceptus ante diffinitiuã sententiam diuortij q̃uis post eam ex vtero natus legitimus est ⁊ succedere debet in paterna hereditate. vt etiã patet extra qui fi. sunt legit. cum inter. in textu. et glosa. Similiter etiam si quis vxorem habens aliam ducit in facie ecclesie ⁊ sine cõtradictione illius impedimenti ꝓpter ignorantiam illius vxoris secũde filius ex tali copula natus seu cõceptus. est legitimus q̃uis etiam post eius cõceptõnem parentes sui per diffinitiuam sententiam ecclesie separentur. vt patet extra eti. ca. Ex tenore. Sed hec nõ habẽt locuz in matrimonio clamdestino. Et addit Jasper in scdo. ca. de clamdestina. Pone casum ꝙ ex matrimonio clamdestino natus

est filius. mulier postea cōtrahit cum se-
cundo publice ignorante matrimoniū clā
destinum ex quo matrimonio etiam nasci
tur filius. tunc secundus filius censetur le
gitim⁹ et ad sacros ordines vel curam ꝓ
moueri potest. Primus vero censetur ille
gitimus et hoc quo ad ecclesiam que non
indicat de occultis. licet in veritate sit e-
cōtra. ¶ Hic igitur queri potest vtrū ma
trimoniuz cōsumantes cum licentia p̄lati
sine bannis et alijs solēnitatibus peccent
Ad hoc respondet Hen. boic. Cui etiā cō
cordat Pe. in. iiij. et dicit ꝙ quedaz sunt
solennitates que cadunt sub precepto sic̄
banna de quibus loquitur in c. Cum inhi
bitio. extra de clamdesti. Quas si obmit-
tunt sine causa et nō sunt ignari iuris pec
cant mortaliter maxime in illis locis vbi
tales ecclesie ꝓhibitōes seruant̄. Nec mi-
rum quia si ab ep̄o licentiā impetrauerint
sine bannis cōtrahendi ⁊ alijs solennita-
tibus nō tamē dicitur cōtrahere publice
nisi p̄missis bannis ecclesie. vt ex̄ de clā-
desti. c. cum inhibitio. in glosa. et sic ma-
trimonium clamdestinū iudicatur. Si ve
ro sunt ignari iuris tunc excusantur. qꝛ re
gulariter ignorancia iuris excusat a dolo.
Si vero hoc faciunt cum causa et sine do-
lo cum licentia prelati. qꝛ forte vterq̄ vel
alter eorum est senex et erubescit cōtrahe
re cum tanta solennitate vel nobilis acci-
pit et timent parentes ip̄i⁹ nobilis vel diu
manserunt sicut vir et vxor et erubescunt
modo adhibere solennitatē bannoꝝ ⁊ be-
nedictōnis nuptialis. et in talibus vel si-
milibus dispensari potest per ep̄m sed nō
ꝑ inferiorē prelatum. Idez tenet Asteñ.
Quedā sūt solennitates que sunt d̄ hone
state tm̄ et cōsilio. sed nō de precepto. de
quibus notatur. xxx. q. v. ca. Nostrates.
In quo capitulo dicit Hugo peccatū es-
se si hmōi solēnitates omittunt̄ si tamen
adhiberi possunt. cuius dictum intelligit
Archi. Si quis omittit eos in cōtemptū
ip̄arū rerum vel eoꝝ qui talia instituerūt
Interueniēte tamē causa et cessante cō-
temptu ꝑm eundē licite omitti possunt ta-
les solennitates. Dicit enim Asteñ. ꝙ re-
ges. principes. et milites qui cōtrahunt
hodie sine bannis nō peccāt mortalit̄ vbi
nō est cōsuetum eorum matrimoniū ban-
niri. ¶ Deniq̄ queri potest. quid cōsulen
dum est alteri cōiugum cui affirmat alter
ꝙ nunq̄ in eum cōsensit corde licet cōsen
sit ore. Ad hoc respōdz Richar. super. iiij
dis. xvij. Cōsulendum est ei ꝙ hoc nō cre-
dat presertim si in facie ecclesie fidem de-
dit. quia nec alteri cōiugum in hoc crede-
re tenetur vt ptz extra de ꝓbat. c. ꝑ tuas.
vbi dicitur. ꝙ nimis indignum est iuxta le
gitimas sanctiones vt ꝙ sua quisq̄ voce
dilucide ꝓtestatus est in eum casum ꝓprio
valeat infirmare testimonio. Si tamē te-
merarie credat ꝙ alter cōiugum verū di-
cat durante illa credulitate nō licz ei cuz
illo carnaliter cōmisceri nec ad petitionē
ꝓpriaz quia credit ꝙ nō sit cōiunx nec ad
petitionem alteri⁹. qꝛ sibi in hoc preiudi-
cat q̄diu affirmat se cōiugem nō esse. Qꝛ
si alter affirmans se nō dedisse cōsensum
presertim in matrimonio clādestino post
modum ducit secundā in facie ecclesie cō-
sulendum est ei que sic relinquit̄ ꝙ nō cō-
trahat cum alio viuente isto cū de cōsen-
su viri ad plenū certificari nō possit. extra
de des. c. in p̄sentia. Qꝛ si iam actu ꝯtra-
xit cōsulendum est ei ꝙ nō reddat debitū
cum affectu nec ꝙ exigat debitū sed red-
dat cum dolore tm̄ cum ibi nō sit opinio ꝓ
babilis ꝙ vir nō intenderit illi nisi ꝙ re-
licta ea duxerit aliam et in dubijs cercior
via est eligenda et cōsulenda. ¶ Tercium
vero impediēs licz nō dirimens matrimo
nium est tempus feriatū vel etiā interdi-
ctum et inhibitio ecclesie. ¶ Quartum si
quis scienter cognouit cōsanguineaz suā
vel affinem. xxxij. q. vij. c. quia nunq̄ p̄nt
contrahere tales. Si quis viduam. et. c.
qui dormierit ¶ Quintum raptus spon-
se vel vxoris alterius. xxvij. q. ij. c. Statu
tum. secus est si rapiat puellam vel virgi-
nem solutam ¶ Sextū si interficit vxorez
ꝓpriam. vt ptz. xxxiij. q. ij. c. admonere. ⁊
c. interfectores. ¶ Septimū quādo quis
insidiando matrimonio ꝓprium filium de
sacra fōte recipit vt vxorē debito ꝯiugali

priuari possit. xxx. q. j. c. de eo. Octauū quādo quis interficit sacerdotē. vt patz extra de pe. et re. Qui pbiterum. Nonum quādo quis solenniter penitet. vt patet. xxxiij. q. ij. c. de his. et ca. Antiqui. Decimū si quis scienter accipit monialez vel accipit virū monachum ſm Hostiēſ Hec tamē licet impediāt matrimoniū cōtrahendum. Si tamē timeā de incōtinentia debet eis eps cōcedere licentiā nubendi. vt ptz. xxxiij. q. ij. c. Antiq. Deniqz catbecizmus qđ dicit a catbeciso quod est instruo. quia ante baptismū pſertim adulti baptizandi debent instrui in fide. Talis instructio catbecizmus impedit etiā matrimoniū cōtrahendum licet nō dirimit cōtractum vt ptz de cogna. spiri. c. ij. li. vj. Ad laudē dei Amen.

De sponsalibus que cōtrahuntur per verba de futuro et quot modis soluuntur et de sponsalibus de presenti. Ser. xxxv.

Facite dignū fructū penitētie. Nunc enī videndū est de sponsalibus et eoz cōtractibus Ad cuius euidentiā notandū est qz duplicia sunt sponsalia. scz de futuro et de pſenti. Sz. ppie sūt de futuro. Improprieuero de presenti. quia tunc faciūt matrimonium. Sponsalia igit de futuro sunt futurarum nuptiarū seu futuri matrimonij promissio. vt. xxx. q. v. c. Nostrates. Nā spōsus et sponsa olim mittebāt sibi cautiones quibus spondebāt se in ūra matrimonij cōsentire et fideiussores dabant quib⁹ id se seruaturos obligabant. ff. de spon. l. ij. Et ista spōsalia ō futuris quatuoz modis cōtrahunt. Primo nuda ꝓmissione ꝑ verba ad hoc apta que ponūt extra de spon. ca. sunt. vt scz dicendo. Ego accipiā te in meā et ego te in meū. seu verba similia. vt ducā te in vxorē. Secūdo modo ꝑ iuramētum supadditū. vt extra de sponsat. ca. ex literis siluani. Tercio mō ꝑ dationē arrarum pecunie vel alioz. vt ptz. C. de spon. l. arrīs. Et illo mō fieri potest sine verbis Quarto modo per subarrationē vel anuli immissionē. vt ptz. xxvij. q. ij. c. Si quis desponsauerit. extra de spon. impuberum Sed melius. xxv. q. v. Femine. Q⁹ si quaratur que etas requirit ad sponsalia ꝓtrahenda de futuro. Ad hoc respondit Hen. boyc in c. Accessit. extra de sponsa. impuberum. qđ regulariter requirunt septē anni cōpleti tam in viro qz in muliere in matrimonijs. secus est dummodo sint primi pubertati et doli capaces. Et Jo. an. dicit qđ inter septennes sponsalia cōtrahuntur sed inter minores nō sunt sponsalia. nec ex eis oritur publice honestatz iusticia vt patet extra de spon. impub. c. literas. et c. sequēti. Imo requiritur qđ vterqz sit maioz septennio vt e. ti. c. ad dissoluendū nisi primi essent etati. et sic malicia suppleret qđ temptassent cōmisceri. vt ptz ex de spon. c. Iuuenis. Ceterū effectus sponsaliuz est qđ inducūt publice honestatis iusticiam. matrimoniū impedientē et dirimentem. vt dictum est supra Deinde queri potest an spōsalia de futuro solui possunt Ad hoc dicendū qđ sic. Et hoc multis modis. Primo per ingressum religionis. nimirum cum etiā facere possit cōtracto matrimonio dummodo fit ante carnalem copulam. vt patet extra de cōuersa. coniuga. c. ex publico. Nec tenetur in sponsalibus de futuro ingressi pfessionē expectare. vt ptz extra de regulat. c. Statutum. Secūdo per susceptionem sacri ordinis. xxvij. q. ij. §. ecce. Quod tamē nō habet in sponsalibus de presenti ſm glosam. xxvij. q. ij. desponsata. Et per Jo. an. in glosa. de voto. ca. vnico. li. vj. Tercio modo si mutuo se absoluunt sicut qui societatem fide interposita cōtrahunt et postea sibi eam remittunt. Nam extra de spon. in c. preterea dicit Hen. boyc qđ si ambo sponsalia de futuro cōtrahentes mutuo dissentiunt et resiliunt ab eis tunc nō peccant. qz non prestant hoc casu iramentū deo vel fidē sed homini. Et quia subintelligitur condicio tacita nisi mutuo dissentiant. vt dicto c. preterea. Veruntamen hoc fieri nō potest in sponsalibus de presenti. Quarto modo cum alter recedit ad longinquā re-

Facite dignũ fructũ penitentie. Expeditis his que cõ cernunt primũ bonuz matrimonĳ Jam ad ea que ſecundũ cõcernunt quod eſt ples pſequamur ſcz de procreatione pro/ lis. legitimatõne. et religioſa educatione Nam ꝯtũ ad primũ ples vitari nõ debet ſed amanter ſuſcipi et religioſe educari. Ad hoc enim ſolũ ferebat intentio patri/ archarũ. Dñ ſup illud Gen. xvĳ. Poſtq3 cõſenui et dñs me9 vetul9 ẽ voluptati ope ram dabo. dicit Lyra. Ex hoc videtur ꝙ Sara cõtinuit ab actu coniugali ex quo tranſĳt tempus cõcipiendi ſuũ ſm naturã q3 deſierũt ei fieri muliebria quouſq3 fuit certificata de cõceptu futuro. Sed ve ve laſciuie huius tꝑis. multi nãq3 cõgaudẽt ſterilitati vt plenius deſeruiãt voluptati Et quod abhominabilius eſt procurant ſterilitatem ne prolis ſollicitudinem pre/ grauentur aut libidini ſue melius ſatiſfa/ ciant. De quibus. xxxij. q. ij. c. Aliquãdo. eouſq3 peruenit libidinoſa crudelitas vel libido crudelis vt etiam ſterilitatis venya procuret. et ſi nihil valuerit cõceptus fe/ tus inter viſcera aliquomodo extinguat aut fundat. volendo ſuam prolem prius interire ꝙ viuere. et ſi in vtero viuebat oc cidi anteq3 naſci. Porro ſi ambo tales ſunt cõiuges nõ ſunt. gloſa. Si ab initio legitime cõtraxerunt ſed ad hoc poſt de/ uenerunt cõiuges nõ ſunt id eſt iura coni/ugĳ nõ ſeruãt. Sequitur. Si ab initio ta les fuerunt nõ ſibi per cõnubium ſed per ſtuprum potius conuenerunt. gloſa. Nota ꝙ non ſunt cõiuges qui eo ſunt cõ/ iuncti animo vt prolis generationem im/ pediant. Sequitur. Et ſi ambo non ſunt tales audeo dicere ꝙ illa eſt quoddammõ maritri meretrix. glo. digna tali pena qua aliqua meretrix digna ſit. Aut ille adul/ ter vxoris. gloſa. i. dignus pena qua alĳs adulter dignus ſit. Ex hoc notat ꝙ in vno op9 vn9 peccat alter nõ. et ꝙ mrimoniũ ex vna pte tm̃ tenet ⁊ ex alia nõ. Nõ q3 ad eẽtiã mrimonĳ ſz q3 ad vſũ. q3 mrimonio

sic abutētes plus peccāt q̄ fornicatores vel adulteri. Hinc vindictam horribilem acceperunt Her primogenitus Jude et frater eius. vt patz in sermone dominica secunda post ephanie ¶ Quantū vero ad secundū scz legitimationē sciendū q̄ matrimonium tam fauorabile est ipi proli q̄ legitimat filiū p̄cedentē. vt ptz extra qui filij sunt legi. c. Illo. Et hoc est verū si tēpore cōceptionis vel etiā natiuitatis ipi⁹ prolis vterq̄ fuit solutus. ita q̄ inter eos sine aliqua dispensatōne impedimenti dirimētis matrimoniū fuisset ratum. vt ptz e. t. c. tanta. et in glosa. Ex quo primo cōcluditur q̄ si mulier cōcepit ex cōiugato. sed vxore illius cōiugati mortua ꝓles nata est si suscipit mulerem illam cōiugio. legitimatur filius q̄ si ducit eam vxorē anteq̄ filiꝰ nascitur tūc ꝓles legitima nascit̄ ſm Hosti. Secūdo ꝯcludit̄ q̄ si quis suscipit filiū ex cōcubina. deinde cōtrahit matrimonium cum alia qua mortua contrahit. tunc ſm Johan. an. in regula. sine culpa. li. vj. In curialibus legitimatur proles nec curamus de medio in acto nō successiuo vt est ꝓcuratio prolis. Tercio cōcluditur q̄ si quis ex cōcubina suscipit filium. postea duxerit vxorem ex qua similiter suscepit filiū. qua mortua duxerit illaz cōcubinaz. tunc filius secundus ab vxore natus legitimatur ſm Jo. an. in eadez regula et erit primogenitus. quia fuit p̄mogenitus legitimus et quāq̄ cōiugiū cum cōcubina postea sequens cōtrahatur. nō tamen hoc trahitur in preiudicium iuris alteri iam quesiti. vt patet de rescrip. ca. quāuis. et ca. pro te. li. vj. Quarto cōcluditur q̄ si furiosus vel similis nō habens impedimentum perpetuū suscepit filiū ex muliere cum qua postea factus sane mentis cōtrahit legitimatur proles. vt dicit Gasper. Quinto concluditur q̄ si quis a cōsanguinea filiū habeat. cum qua postea cum dispensatōne pape cōtrahit. tūc ſm Vincen. et Fran. de zaber. non legitimatur nisi in dispensatione. Hoc exprimatur ex quo ab initio nō potuit esse matrimonium obstante impedimēto perpetuo quod nō poterat tolli nisi per dispensationem: Quod enim fit per beneficium extra ordinariuz principaliter dicitur fieri nō posse Et ideo dicit Jo. an. q̄ cōsiderāda sunt verba dispensatōnis. Sexto cōcludit̄ ex iam dicto q̄ filius natus ex matrimonio clamdestino habente impedimentū perpetuum. licet cōtrahentes ignorauerunt. vel in matrimonio in facie ecclesie facto vbi tamen cōtrahentes impedimentū tale sciuerunt. hic filius reputatur illegitimus et nō legitimatur per matrimonium inter parentes per dispensationem pape ratificatum nisi hoc in dispensatōne specialiter exprimatur. ¶ Porro q̄tum ad tercium scz religiosam educationem. dicit ecclesiastic⁹. vij. Filij sunt tibi erudi illos. et curua illos a puericia eorum. Filie tibi sunt serua corpus illarum et nō ostendas hylarem faciez ad illas. Et Prouer. xxix. Erudi filium tuum ⁊ refrigerabit te et dabit delitias anime tue. Alioquin vt dicitur Eccle. xvj. Ne iocunderis in filijs impijs si multiplicentur nō oblecteris super ipas si nō est timor dei cum illis. Melior est enim vnus timens deum q̄ mille filij impij. Et melius seu vtile est mori sine filijs q̄ relinquere filios impios. Hinc vt habetur in decretis. xlvij. dis. c. Sicut hi. §. necesse. de beato Job legitur q̄ pro filijs suis quotidiana offerebat deo sacrificia offerēs holocausta per singulos quosq̄ tanta charitatis perfectione in vnum cōstrinxit vt vnusquisq̄ eorum in die suo cōuiuium fratribus prepararet. et ad epulandū tres sorores suas pariter inuitarēt quod quia Hely facere dissimulauit ac falsa pietate superatus filios delinquentes ferire noluit sicut in libro reguz legitur apud districtum iudicem semetip̄m cum filijs suis crudeli damnatione ꝑcussit. Unde diuina voce ei dicitur. Honorasti filios tuos plus q̄ me. Hinc etiam dauid erga filios benignitatē nō discipline seueritatem exercens. iuuentutē eorum experimento didicit perniciosaz. quoꝝ puericiā vaga licētia ꝑmisit esse voluptuosaz Unꝰ q̄ppe eoꝝ sororē suā stupro corrūpēs a fre

eius Absalon inter epulas suas quas fratribus suis fraudulenter parauerat obtrũcatus est. Absalon vero postq̃ veniã a patre obtinuit eũ a regno expulit ⁊ ad cõcubinas eius ingressus est. Demũ in via deserti patrẽ ꝑsequens quercui adhesit. atq; ito suspensus interijt. Hinc etiam Paulus ad Tytũ. v. scribit dicens. Qui suoꝝ et maxime domesticoꝝ. glosa. filiorũ vxorum et seruorũ quorũ peculiũ habet: curã nõ habet. fidem negauit. et est infideli deterior. Hoc ibi. Et iterum. xxxvij. dis. c. legant. §. Hely sacerdos ip̃e sanctus fuit. glosa. in alijs vel opinione sed quia filios
G suos nõ erudiuit in omni disciplina ⁊ correctiõe supin⁹ cecidit ⁊ mortuus est. Nec mirum cum ecclesia tantã curam gerat infantum. ꝙ etiam patrinos ad eorum religiosam educationẽ obligat dicẽs in decretis de cõsecra. dis. iiij. c. monachi. vbi subdit. ꝙ qui in baptismate paruulos suscipiunt ꝑ eis apud deum fideiussores existũt. Et subditur. vos aũt ante omnia tam viros q̃ mulieres qui in baptismate filios suscepistis moneo vt cognoscatis vos fideiussores apud deum extitisse ꝑ illis quos nisi estis de sacro fonte suscipere. Ideo semꝑ eos admonere debetis vt castitatẽ custodiant. iusticiã diligant. charitatẽ teneant. Ante omnia symbolum ⁊ orationẽ dominicã. vosip̃i tenete ⁊ illis quos excepistis ostendite. Ceterum ꝙ ad hec scienda christianus obligatur. patꝫ ibidẽ. c. p̃mo. Quãtomagis igitur parẽtes carnales obligant̃ ad filioꝝ suorũ religiosam educationẽ. Alioquin nequicie eoꝝ participes iudicantur. Quia dicit̃ Sap̃. iiij. Ex iniquis omnes filij qui nascent̃ testes sunt nequicie aduersus parentes. glosa. Argumentum. quia merito sunt damnandi. Et Hely s̃m Iero. ꝑ iniquitate filiorũ suorũ damnatus est Ecõtra vero tenẽtur filij se correctioni parentum humiliter subijcere Alioquin p̃cipit dñs Deutro. xxj. Si genuerit homo filium cõtumacem ⁊ ꝓteruũ qui nõ audiat patris neq; matris imperiũ et cohercitus obedire noluerit ducẽt eum ad seniores ciuitatis ⁊ dicent. Hic filius noster proteruus est: monita nostra contemnit audire cõmessatõnibus vacat ⁊ luxurie lapidibus eum obruet populus ciuitatis ⁊c̃. Q⁹ licet in lege gratie locum nõ habet parentes tamẽ huiusmodi exheredi tare possunt. vt patet alibi. Felix mater filiorum septeꝫ que vt habetur. ij. Macha. vij. astabat filijs horrenda tormenta pro deo patientib⁹ et denudans mammas s̃m magistrum in histo. singulos hortabatur dicens. Has mammas vobis dedi filij sꝫ nõ auimam. Nolite ab eo recedere qui dedit vobis vitam. Vnde Cyprianus. Tũc se cõputat septem filiorum matrem cũ sibi cõtingeret filios pep̃isse deo potius q̃ seculo Quantũ deniq; ad terciuꝫ bonũ matrimonij quod est sacramentũ. Sciendum ꝙ in sacramento resultat ꝙ cõiugiũ nõ sep̃etur nec vnq̃ diuortium celebretur post cõsumatum matrimonium per carnalem copulam nisi per mortem alterius vel vtriusq; potest tamẽ fieri corporalis separatio ab inuicem multis modis licꝫ matrimonij vinculum ꝑmaneat primo potest celebrari diuortium ꝓpter alterius adulterium. Ad cuius euidentiaꝫ primo queri potest Vtrum vir ⁊ vxor q̃tum ad separationem ꝓpter adulteriũ sint equalis cõditionis presertim cum in lege veteri non sic erat licitum mulieri repudiare virũ sic ecõtra. Ad hoc respondet Richar. de media villa super. iiij. dis. xxxij. ꝙ in tali separatõne duo cõsiderantur. Primum est ip̃a coniugis dimissis et q̃tum ad hoc ad paria iudicantur quia sicut vir potest vxorem dimittere ꝓpter adulterium sic econtra q̃uis ad hoc iudicẽtur ex inequali causa. quia mulier magis ledit matrimonium q̃ vir vt videbitur. Nec hoc est cõtra iusticiam. quia minor de illis causis sufficit ad effectum illum. sicut a simili duo latrones iudicantur ad suspendium quorũ vn⁹ plus alter minus furatus est et ita ambo ad equalem penam ex inequali causa iudicantur nec iniuste. quia qui minus furat⁹ est etiam meruit illam penam. Q⁹ si queratur cur dominus cõstituit ꝙ magis propter hoc crimen q̃s licite dimittere vxorẽ

potest q̃ propter alia maiora? Ad hoc respondet glosa. xxxij. q. vij. in c. Apl'us. q̃ ideo. quia cum ip̃a in hoc nõ seruet fidem nec ei seruanda est ⁊ ita punitur in quo deliquit. Et iterum. quia fornicatio vxoris etiaꝫ maculat corpus viri. vt ptꝫ. xxxij. q. p̃ma. c. in cõiugio. Secundũ vero q̃ cõsideratur in separatõe est accusatio que est via ad hanc dimissionẽ et sic nõ est equalis cõditõnis. fauorabilius recipitur accusatio viri q̃ mulieris accusatio cõtra virũ Tum quia vir est caput mulieris. tuꝫ quia mulier adulterãs magis cõfundit virum q̃ vir adulterans mulierem. tum quia adulterium mulieris magis ledit matrimonium quia causat incertitudinez prolis. Et ideo q̃uis fornicatio simpliciter sit grauior in viro q̃ in muliere eo q̃ magis viget in viro vsus rõnis quo efficacius offrenari potest ꝯcupiscentia tamẽ omnib⁹ pensatis adulteriũ grauius est in muliere q̃ in viro ꝓpter rõnes predictas. sermo. xxxvj. Porro in lege veteri repudium iuris permittebatur ad vitandum homicidium. Secundo queri potest vtrum nõ adulterans adulterantẽ potest dimittere q̃tũ ad cohabitationem sine iudicio ecclesie ⁊ dotem vel donationem retinere. Ad hoc respondit Hen. boyc. extra de iureiuran. in c. quemadmodũ. Q. si vir est ignorãs adulteriũ vxoris tunc excusatur a peccato ſm Hosti. quia ignorãs nõ cõsentit. Si vero sciens est sꝫ fornicatio est occulta q̃ ꝓbari nõ potest. et sic eaꝫ nõ debet dimittere ꝓpter scandalum quo ad cohabitatõnem licet potest denegare debitũ quousq̃ cõpellatur autoritate ecclesie que nõ iudicat de occultis et tunc parere debet ne bonum obedientie cõtemnere videatur nisi ip̃am inuenerit impenitentẽ vel nisi intenderit post mortem vxoris ordines recipe. Si vero manifestum est per cõmunem famam aut legitime potest ꝓbari tunc si secuta est correctio in re vel in spe potest vir vxorem suam retinere et sibi recõciliari si voluerit. et hoc nõ debet facere nimis sepe. quod sic intelligitur. q̃ post penitentiam sibi recõciliari potest nõ solum semel sed etiam in infinitum sed ad intercessionem ecclesie. nõ reconciliabitur eam sibi sepe. vt ptꝫ extra de adul. c. Si vir. in glose. Q. si noluerit potest eam ꝓpria autoritate dimittere quo ad redditionem debiti etiam post peractam penitentiã. quia ⁊ post peractã penitentiã eam accusare potest ꝓpter fornicationẽ ſm Ray. Et reddendo ei debitum non solum incurrit irregularitatem sed etiam generat sibi impedimentum accusandi. Q. si voluerit põt eam expellere de domo licet hoc nõ tenet̃. vt ptꝫ. xxxij. q. vij. c. Apl's. etiam sine iudicio ecclesie. Vnde Richar. super. iiij. dis. xxxv. dicit. q̃ postq̃ dñs cõcessit vxorem posse dimitti ius ꝓmulgauit q̃ sententia debet in iudicio ferri. Et quia sentẽtia est applicatio iuris ad particulare factum. et ideo nõ bene dicunt dicentes q̃ sine iudicio ecclesie nõ posset vxor dimitti eo q̃ dominus eã posse dimitti sentẽtiauit. et hoc est in penam mulieris que fidem fregit et ĩ fauorem viri qui fidem seruauit. Si tamẽ ecclesia cui de adulterio nõ constat mandat q̃ eam recipiat et retineat tunc parere debeat. dummodo sit penitens illa nisi vir in cõtinenti adulterium cõtra vxorem ꝓbare posset. Similiter si mandat q̃ debitum reddat quia in his casibus sine peccato parere potest cũ id faciat ne bonũ obedientie cõtemnere videat̃. vt patꝫ de regulis iuris li. vj. c. Nõ licet actori qd̃ reo licitum nõ existit. Si vero presumatur incorrigibils. vtpote quia pertinaci animo se corrigi recusat. vel correctionem ꝓmittens quidem ex consuetudine relabit̃. maxime quia mulieres sunt magis ductibiles ad cõcupiscentias q̃ viri. Dicit enĩ Chrisosto. q̃ ꝓpria passio mulierum est luxuria Et tunc viro nõ licet retinere eam ne videatur correctionem negligere ⁊ vt patron⁹ turpitudinis peccato cõsentire. quia peccati particeps efficitur. et ꝑ ꝯsequẽs mortaliter peccat. vt ptꝫ extra de adul. c. Si vir. in glosa ibidem. Q. si occultum esset alijs. licet certum sit marito nec posset eam iudicio cõuincere et ideo ab ecclesia que de occultis nõ iudicat cogit̃ ad reci-

piendum eam et reddendū debitū vel ex cōmunicaē tunc potius excōmunicationē sustineat si eaz incorrigibilē sentit vel verbo vel facto, quia quo ad deū talis sententia nō ligabit eum. Q? si cōtra auctoritatem ecclesie liceat eaz dimittere ideo multo fortius sine auctoritate. Hec Tho. et Pe. in. iiij. et Hen. boyc in c. significasti. Patet hoc etiā in textu eiusdez capituli. Ceterū in sex casibus adultera nō potest accusari a viro qui ponunt extra de adulteriis. c. intelleximus. in glosa. Primus est cum ille cōuincitur similiter fornicat? fuisse, vt in e. c. in textu. et si adulterā prius a se expulit postea vero fornicat? fuerit debet tunc cogi ad recōciliationē vxoris et ipe p̄ sequentem fornicationē priuilegiuz suum pdidit sicut cōtinere, ptinentiā vouere. et religionē ingredi adultera in vita potuit. vt ptz. xxxvij. q. ij. ca. Agathosa. et extra de cōuersi. piug. c. cōstitutus. et c. veniens. Adultera vero ius exigendi debitum quod pdiderat p adulteriū viri recuperat. vt ptz extra de adult. c. penl. et vlti. Similiter ppter fornicationē spiritualem. vt pote vn? carnaliter alter spiritualiter, tunc neuter p̄t agere diuortiū. quia crimen crimine ꝑpensatur. Nimirum cum et p vtroq; diuortium fieri p̄t. vt patz ex de diuortijs. c. de illa. et c. sequēti. Secūdus ē si tradidit eā adulterandā. vt patz extra de eo q̄ cog. cō. vx. sue. c. discretioz vide textū. Tercius si violenter fuit oppressa quod intellige de vi absoluta. Nā si metu vel precepto parentū vel aliquo cōsilii casu fornicaret cum aliquo nō excusaret. ff. de adulterijs vim passz. Quartus est si ignoranter esset cognita fraudulenter ab alio quē crederet esse virum suū. vt patet xxxiij. q. ij. c. in lectū. Quintū si credens virum absentē mortuū esse alteri nupserit
E vt ptz. xxxiij. q. ij. ca. Cū p bellicā. Hic tñ notandū q̄ vxor nō pbabiliter certificata de morte viri absentis cōtrahere nō p̄t cū alio q̄tcūq; anniś expectauerit. q̄ si pbabiliter certificata fuerit cōtrahere p̄t. vt pote qz nauis fracta est in qua maritus fuit: vel quia certus nunci? venit q̄ coraī iudice de morte viri iuramētū p̄stiterit. Si tñ cō traxerit sine pbabili certificatōe nō debz separi ab eo nisi prius certificata fuerit d vita alterius viri prioris. et debet debitū reddere et nō exigere donec plene certificata sit de morte prioris. Q? si vero certificata fuerit de vita p̄oris. nec reddere nec exigere debitū debet. vt ptz extra de secun. nup. c. Dñs. Sextus Si post adulteriū cōmissum recōciliat eam sibi vt q̄ sciuit eā adulterantē et tñ ab ea debitum petijt. vel si eā publice adulterantez retinet in cōsortio maritali. vt ptz. xxij. q. iiij. c. Si illic. Addunt et alij duo casus qui tñ rari sunt. Primus est si quis infidelē dimittit dato sibi libello repudij et illa nubit alteri fm ritū suū. tunc si cōuertat ad fidē tenetur illam recipe nō obstante q̄ sit ab alio cognita cuise iunxit nisi fuerit alteri fornicata. vt dicit Hen. boyc. in c. significasti. Secundus si fuerit nimis arta prius et postea cognoscat a viro secūdo tūc redditur primo. nec p̄ ei obijcere adulteriuz hoc ptz plenissime extra de frigi. et ma. c. fraternitatis. Veruntamē abijciēs cōiugem ꝑpter adulteriū nō potest autoritate ꝑpria retinere dotē vel donationē. qz hec est pena fori cōtentiosi et sic solū p iudicem cōpetentez imponēda. extra. d. do. inter. vi. et vxo. c. plerūq; in glosa. Secundo potest celebrari diuortiū dum vnus cōiugum cum alia q̄uenit in pollutōne extra clausura pudoris. licz tunc nō cōtrahitur affinitas. qz maius peccatū facit et fidez matrimonij violat. Cōstat enī in hoc casu q̄ fornicationē cōmisit. xxxij. q. iiij. c. meretrices. Similiter fm Aug. si cū vxore ꝑpria hoc facerz dimitti p̄t si nō fuerit i culpa sed violētata in somno decepta vl hmōi qz hoc est sodomiticū. hoc ptz. xxxij. q. vij. c. Omnes causatōes. in textu et in glosa. Et in glo. addit q̄ credit virū posse dimitti eo q̄ polluit seipm ꝑpijs manib? siz alij tñ ꝓtranū dicūt. Si tñ ꝓsuetudinarie hoc faceret sine preiudicio credo q̄ hoc facere possz. Tercio ppter fornicationē spiritualem vt dū cadit in hereſi iudayzmo vel gētilitate nisi se velit corrigere q̄ penitentiā

agere. vt ptz extra de diuortijs. c. que sūt et xxviij. q. j. c. idolatria. Et addit Alber. quartū q̄ nō oportet cohabitare furi nec vsurario qui nō vult resipiscere. Et generaliter ſm Ve. de tba. quādo cōiunx scandalizatur ꝓpter peccatū cōparis tunc dimitti ꝑt q̄tum ad cohabitationē donec se corrigat. sed cessante scandalo debz fieri recōciliatio. quod sane intelligit quādo ꝑ cōparem hmōi violenter vel saltē efficaciter ad aliquid mortale sollicitat. tūc enīz licet talē dimittere ↄpiculū fugere. vt ptz manifeste. xxviij. q. j. c. vxor. et c. idolatria in textu et glosa. Quintus si alter ꝓiugū machinatus est in mortē alteri⁹ ex deliberatōne. vel si tanta est eius feuicia q̄ non ꝑt alteri trepidanti sufficiēs securitas ꝓuideri tunc nō solum nō debet illi restitui sed ab eo potius ammoueri. vt patz extra de resti. spo. c. literas. in fi. Deniqz si queratur q̄to tpe vnus cōiugum ab alio ꝑt abesse. Dicendū ſm Ber. in glosa. q̄ hoc stat in arbitrio boni viri. Et addit Hosti. in glosa q̄ nō diutius q̄z q̄ querela ad iudicem ꝓueniat vel ipis notorie liqueat q̄ incōtinenter viuūt. Ad laudē dei Amen.

De qualitate ipsius orōis ⁊ de perfectōne ac excellentia dominice orationis. Ser. xxxix.

Facite dignū fructū penitētie ⁊c. Expediti iaz de duabus ꝑtibus penitētie scz elemosina et ieiunio terciā ꝑtem q̄ est oratio succincto sermone ꝓsequamur ꝓsertim cuz in locis diuersis de eadē plura dixisse me memini. Ad euidentiā igitur ipius orōis primo queri ꝑt. vtrū cōueniens sit orare ꝑsertim cum quis ad hoc orare videtur vt intimet ei a quo petit id qō indiget vel vt aīm ei⁹ flecteret quē orat vt faciat quod ab eo petit. Sed sicut Matth. v. dicit. Scit pater vester celestis quid opus sit vobis anteq̄ petatis eum. Et iterū. ij. Re. xv. dicitur. Porro triumphator ī israel nō parcet nec penitudine flectet. Ad hoc respondet sanct⁹ Tho. scōa scōe. q. lxxxiij. inter alia q̄ sic oportet inducere orōnis vtilitatem vt nec rebus humanis ꝓuidentie diuine subiectis necessitatē imponamus nec etiā diuinā dispositionē mutabilē estimemus. Ad cuius euidentiā cōsiderandū est q̄ ex diuina ꝓuidentia nō solum disponit qui effectus fiant sed etiā ex quibus causis et quo ordine ꝓueniant. Inter alias igitur causas sunt etiā quorundā cause actus humani. Vnde oportet hoīes agere aliqua nō vt ꝑ suos actus diuinā immutēt dispositionē sed vt impetrēt quod de⁹ disposuit implendū esse ꝑ orōes sanctorum vt scz hoīes postulando mereātur accipe quod eis deus ante secula disposuit donare vt dicit Grego. in. j. dial. Nec etiā necessariū est deo ꝑces porrigere vt ei nōtas indigētias vel desideria manifestem⁹ sed vt nosipi cōsideremus in his ad diuinū auxiliū esse recurrendū. Et hec quidē oratio ad solū deū fieri debet quasi ꝓpm implēda. qz omnes orōnes nostre ordinari debent ad gratiā et gloriā ꝓsequendam que solus de⁹ dare ꝑt. ſm illud ps. lxxxiij. Gratiam et gloriā dabit dñs. Secundario tñ porrigi ꝑt ad sanctos angelos ⁊ hoīes vt ꝑ eos dñs nostras orōes cognoscat et vt eorum precib⁹ et meritis sortiant effectuz Preterea ad orationē cōpletam tria requruntur que notantur. j. Corinth. ij. vbi dicitur. Obsecro primū omniū fieri obsecrationes orationes. postulatōnes. gratiarū actōnes ⁊c. Primū est vt orans accedat ad deū quē orat qō significat noīe orōnis quia orō ſm Damas. est ascensus intellectus in deū. Secundū est petitio q̄ requiritur et significat noīe postulatōnis. Tercium est ratio impetrādi quod petitur. Et hec ratio vel sumitur ex parte dei vt ē sanctitas vel bonitas caritas ⁊c. ꝓpter quā petimus exaudiri ⁊ ad hoc ꝓtinet obsecratio que est sacra ꝑ sacra cōtestatio. sicut eī dicimus. ꝑ natiuitatē tuā libera nos dñe Vel sumitur ratio impetrandi ex pte petentis. et sic est gratiarū actio. qz de acceptis beneficijs gratiarū actiones agentes meremur accipere potiora. Et hec q̄tuor in collecta trinitatis attendi ꝑnt. Illud

enim quod dicitur omnipotens sempiterne deus pertinet ad ascensum intellectus in deum sed id quod dedisti famulis tuis ꝛc. pertinet gratiarum actiones. Presta quesumus. pertinet ad postulationē. In fine vero Per dn̄m nostrū Jesum christū ꝛc. ꝑtinet ad obsecrationē. Secundo q̄ri p̄t vtrū orō debet esse vocalis vel mentalis. Juxta illud. j. Corin. xiiij. Orabo spiritu orabo et mēte. Hinc dicit dn̄s Mat. vj. Orantes nolite multum loqui. Ad hoc respondet Tho. vbi supra. ꝙ duplex est oratio. Nam quedā est cōmunis q̄ ꝑ ministros ecclesie deo offertur in ꝑsona totius fidelis populi. Et qꝛ est ꝯueniens ꝙ talis oratio innotescat toti populo ꝓ quo offertur. ideo rōnabiliter institutū est vt minister ecclesie talē orationē alta voce ꝓnunciet vt sic ad omniū noticiā ꝑuenire possit Quedā vero est orō singularis que offertur a singulari ꝑsona cuiuscūq̄ cōditōnis siue ꝓ se siue ꝓ alijs orantis. Et de hmōi orōnis necessitate non est ꝙ sit vocalis. Adiungitur tn̄ vox tali orōni triplici rōe. Primo ad excitandū interiorē mētis deuotionē qua mens orantis eleuet̄ in deuꝫ quia ꝑ exteriora signa siue vocū siue aliq̄rum factorū mouet̄ mens hoīs ꝟm apprehensionem et ꝑ ꝯsequens ꝟm affectionem. Vnde dicit Aug⁹. ad ꝓbam ꝙ verbis et signis ad augendum desiderium sanctum nosip̄os aliquotiēs excitamus. Sed quia quātitas cuiusq̄ rei debet esse ꝓportionata fini. sicut quantitas potionis sanitati. Ideo tm̄ est vocib⁹ et hmōi signis vtendum q̄tum ꝓficit interius ad excitandum mentem ad interioris desiderij feruorem. Si vero ꝑ hoc mens distrahat̄ vel qualitercūq̄ p̄pediat̄ tunc a talibus cessanduꝫ est qd̄ p̄cipue cōtingit in illis quoꝝ mens sine hmōi signis est sufficiēter ad deuotōnem p̄parata. Vn̄ p̄s. Tibi dixit cor meū exquisiuit te facies mea. Secūdo adiungitur vocalis orō q̄tum ad redditionē debiti scꝫ vt homo deo seruiat ꝟm totū id quod ex deo habet id est nō solū mente sed etiā corpore qd̄ p̄cipue cōpetit orōni. Tercio adiungit̄ ex quadā redundātia ab anima in corpus ex affectione vehementi. ꝟm illud p̄s. Letatū est cor meū ꝛ exultauit lingua mea. Veruntamē sciendū ꝙ licet desiderium charitatis ꝓpter qd̄ et ex quo debet ꝓcedere vocalis orō cōtinuū in nobis ꝑseuerare debeat scꝫ actu vel virtute Juxta illud Luce. xviij. Oportet semꝑ orare et nō deficere. Manet enī virtus desiderij huius in omnibus que ex charitate facimus. tn̄ nō oportꝫ ꝙ oratio vocalis sit assidua. sed vt dicit Aug⁹ ad ꝓbam. ꝑ certa interualla tꝑm et horarū etiā verbis rogamus deū vt vel rerū signis nosip̄os ammoneamus q̄tūq̄ in hoc ꝓfecim⁹ nosmetip̄is innotescamus et ad hoc agendū nosip̄os acrius exercemus. Et iterum Aug⁹. ibidē. dicunt̄ fratres quidē in egipto crebro habere orōnes sed eas tn̄ breuissimas ꝛ raptim quoddammō iaculatas ne illa vigilanter erecta que oranti plurimū necessaria ē ꝑꝓductiores moras euanescat atq̄ hebetet̄ intētio. In cuius etiā argumētū dn̄s in euangelio cōposuit pater noster breuē quidē sed ꝑfectissimā orationē Vn̄ Aug⁹ vbi sup̄. Si recte ꝛ cōgruenter oramus nihil aliud dicere possumus q̄ qd̄ in orōne dn̄ica positū est vnde orō dn̄ica excellentissima ē. Et hoc p̄mo dignitate. qꝛ ab ipso deo cui oratur cōposita est. Ex q̄ ptꝫ ꝙ nec sapientius nec feruenti⁹ nec salubrius forma ab alio ꝯponi potuit hui⁹ orōnis. Nā ꝓpter tria xp̄s eam potissime fecit. Primo vt adhibeat̄ illi maior reuerentia. Vn̄ Aug⁹. Maxime ab oīb⁹ fidelibus reuerentia dn̄ice orōni exhibēda est. qꝛ ab ip̄o summo doctore facta est. Si enī vestimentū christi qd̄ corp⁹ tetigit ꝛ mortuum est tāta reuerētia dignū est q̄tomagis hec sacra oratio que de christi ore exiuit ꝛ viuit apl̄o dicēte Hebre. iiij. Viuus est sermo dei ꝛ efficax. Secūdo vt adhibeatur illi maior diligētia scꝫ in dicēdo ruminando saporādo cum sint verba mire altitudinis et virtutis. Vnde Ciprian⁹. O q̄ fidelis et beata hec orō est cui⁹ ordineꝫ nobis doctor vite ac celestis magister instituit. Tercio vt adhibeat̄ maior ꝯfidētia. Dn̄s enī qui alio loco hortatus est petite

et accipietis hoc loco nobis declarauit in quibus nos exaudiri voluit ne frustra vagaremur incerti. dans nobis in hac orõe formã oĩm petendoꝝ necessarioꝝ ad salutem in quib⁹ dulcis Jesus exaudiri semp est paratus. Secũdo hec orõ oẽs excellit brevitate. et hoc triplici rõe. Primo ꝑ facilioꝝ recordatõe quo ad memoriã vt sic in disciplina celestiũ memoria discentium nõ laboraret ꝑsertim simpliciũ ac ꝑ cõsequens inexcusabilis fiat omnis homo de eius ignorantia vt dicit Aug⁹. qz paucis verbis multiplices res cõprehendit vt sic cito simplicitas fidei sufficientiã sue salutis addisceret. et prudẽtia ingeniosoꝝ ꝑfunditate misterioꝝ stuperet. Secundo ꝑ clarioꝝ cognitõne ꝙrum ad intelligentiã qz brevia facili⁹ ingenio capiũt. Dñs christus docere volẽs quid sit gloria sempiterna totũ id breui verbo ꝯcludit Joh. xvij. dicens. Hec est vita eterna vt cognoscũt te solũ deũ ⁊ quẽ misisti Jesum christum Tercio ꝑ feruẽtioꝝ devotõni quo ad voluntatẽ. Nã sicut ignis materia vnita calorẽ reddit intensiorẽ. sic mens vnita maiorẽ devotionẽ. Hinc dicit ps. Vnã petij a dño hanc requiraz. Sola aũt pinguedo devotõis est q̃ sacrificiũ nostre orõis reddit deo acceptũ. Hinc dicit Aug⁹. Absit ab orõe multa locutio sed feruẽs ꝑseueret intẽtio. Tercio pricipaliter excellit hec orõ fecunditate. qz quicqd ẽ petibile ⁊ impetrabile in istis septẽ petitõib⁹ cõtinet. Qd̃ sic ptz. Nã oẽ petibile vel est ꝑ bonis adipiscendis vel ꝑ malis ammouẽdis vel cõfirmationẽ vtriusq;. Nã primo ꝑ bonis adipiscẽdis siue ꝑ se siue ꝑ alĩs quequidẽ bona sunt triplicia. Quoddã est enĩ bonũ glorie qd̃ petimus dicẽdo. Adveniat regnũ tuũ. Quoddã est bonũ gratie qd̃ petimus ibi. Fiat volũtas tua sicut in celo ⁊ in terra. Quoddã est bonũ nature ad qd̃ etiã reducit bonũ fortune qd̃ petimus ibi Panẽ nostrũ cottidianũ da nobis hodiẽ. Secundo pricipaliter est ꝑ malis ammouẽdis tam ꝑ se q̃ ꝑ alĩs. Est igit̃ triplex malum. Nam quoddã tenet rõem ꝑteriti vt ẽ malum culpe ⁊ trãsgressionis qd̃ petit̃ ammoneri ibi. Dimitti nobis debita nra. Qd̃dam vero tenet rõem ꝑtis vt est malũ pene vel temptatõis. Et hoc petim⁹ ammoneri ibi. Et ne nos inducas in temptatõm Quoddã inq̃ tenet rõem futuri vt ẽ malum pene sive tribulatõis qd̃ ammoneri petimus ibidẽ. Sed libera nos a malo. Tercio eĩ petitio quedã pricipaliter ordinatur ad cõfirmationẽ vtriusq; scz tam boni adepti q̃ mali ammoti tam ꝑ se q̃ ꝑ alĩs et hoc est septimũ qd̃ est tũ in ordine primũ scz sanctificet nomẽ tuũ. Tũc enĩ veraciter sanctificat̃ dei nomẽ in nobis quãdo et bonũ necessariũ oẽ obtinet̃ et omne malum penit⁹ ammouet̃. Ex quibus oĩb⁹ ptz qualia sunt in sacra orõe dñica sacramenta q̃ multa et q̃ magna et q̃ breui sermone collecta vt nihil omnino ꝑtermissum sit qd̃ nõ in hmõi celestis ac dñice orõis cõpendio ꝓprehendat̃. Thomas aũt ſa fe. q lxxxiij. dicit q̃ in orõne dñica nõ solũ petuntur oĩa q̃ recte desiderare possum⁹ sed etiã eo ordine quo desiderãda sunt vt sic hec orõ nõ solũ instruat postulare sed etiã sit informativa totius nostri appetitus. Manifestũ aũt est q̃ in ꝓmo cadit in desiderio finis. Deinde ea que sunt ad finem. Finis aũt noster deus est in quẽ affect⁹ noster dupliciter intẽdit. Uno mõ ꝑut volumus gloriã dei qd̃ ꝑtinet ad dilectõm qua deũ in seipo diligim⁹. et hoc petit̃ cũ dicit̃ sanctificet̃ nomẽ tuũ. Unde fm Aug⁹. in libro de sermone dñi in mõte cũ dicimus. sanctificet̃ nomẽ tuum nõ hoc petit̃ quasi nõ sit sanctũ dei nomẽ sz vt sanctũ ab hominib⁹ habeat̃ qd̃ ꝑtinet ad dei gloriã in hominibus ꝓpagandã. Alio mõ fm q̃ volumus frui gloria dei qd̃ ꝑtinet ad dilectõnem qua diligimus nos ⁊ oẽs alios in deo et petit̃ cum additum̃. Adveniat regnum tuũ. nõ ita dictũ est quasi de⁹ nõ regnet sz sicut Aug⁹ dicit ad ꝓpam. Desiderũ nostrum ad illud regnũ excitam⁹ vt nobis veniat vt et regnem⁹ in eo. Porro ad finem predictũ nos aliqd dupliciter ordinat. Uno mõ vt aliquid est vtile ꝑ se ad finem et hoc vel pricipaliter et directe sicut est meritũ quo deo obediẽdo meremur beati-

tudinem. et quantū ad hoc ponit volūtas tua. quasi diceret. obediat p̄ceptis tuis sicut in celo ⁊ in terra. i. sicut ab angelis ita ab hoīb⁹. Vel aliquid est vtile ad finez nō p se sed instrumētaliter ⁊ quasi nos ad merendū coadiuuās sicut exteriora oīa. Et ad hoc ptinet qđ dicit. Panē nostrum cottidianū ꝛc. Siue hoc intelligat de pane sacramētali cuius vsus cottidianus p̄ficit hoī in quo etiā intelligunt oīa alia sacramenta. siue de pane corpali vt p panem intelligatur omnis sufficientia ꝑ substantia victus. sicut dicit Aug⁹ ad pbam: qr eucharistia est p̄cipuum sacramentū et panis est p̄cipuus cibus. Alio mō ad finez predictū nos ordinat aliqđ p accidēs sicut ordinamur ad beatitudinē per remotionem phibentis. Nā tria sunt que nos a beatitudine p̄hibent. Primū est peccatum quod directe nos excludit a regno fm illud. j. Corinth. v. Neq; fornicarij neq; idolis seruientes regnū dei possidebunt et sic est impedimentum p̄me petitōnis et secunde. quia directe excludit a regno et impedit sanctificationē diuine nominis in hominibus Et ad hoc ammouendū pertinet quod dicit. dimitte nobis debita nostra. Secundū est temptatio que nos impedit ab obseruantia diuine voluntatis. et ad hoc pertinet quod dicit. Et ne nos inducas. per quod nō petimus vt nō temptemur sed vt a temptatōne nō vincamur qđ est ī temptationē induci qr per hoc impedimur a secūda obseruātia diuine volūtatis. Terciū est penalitas p̄sens q̄ scz impedit sufficientiā vite. Et hoc directe est impedimentū quarte petitōis. scz sufficiētia circa vitā. Et ideo ꝓcludit. Sz libera nos a malo Ex q̄bus oīb⁹ ptz qp oro dñica p̄fectissima est omnē in se ꝓtinēs petitōez hominib⁹ cōgruam ⁊ necessariā. Et ideo sicut vnicuiq; christiano p̄ceptum est scire symbolū apostolor⁹ tanq; fundamentū fidei sic etiā eidē p̄ceptū est scire dñicaz orōez. vt ptz de cōse. dis. iiij. c. monachi. ℔ vos ante oīa. Ad laudē dei Amen.

De captōne benuolētie ipsius oratoris et cur se deus patrē nominare voluit. Ser. xl.

Felcite dignū fructū penitētie. Ad psequendū aūt delectationē ip̄i⁹ orōis dñice sciendū qp xp̄s ante septē petitōes docuit nos primo captare benuolentiā. q̄ nimirū in orōe dñica ꝑplex ab oratore duoto captatur. scz ex pte rogati ⁊ rogātis ac assessor⁹ rogati. Prio nāq; capeat ab oratore benuolēcia ex pte rogati cū dicit pater. Naz deus q̄ infinite dignitatis ac maiestatis ē immensa sua pietate tā dignāter inclinat se nostre vilitati qp a nobis vocari pater expostulat vt fiduciā pleniorē ac amorem vberiorē ingerat. Nimirū cū filiū suū vnigenitū vilissimo nostro cinctorio vestitū fratrē nostrū fieri voluit et hoc est vnicuz ꝓuilegiū xp̄iane religiōis. Vñ dic Aug⁹ Multa quidez dicta sunt in laudem dei. nusq; tñ inuenit in ppō israel vt dicerent pater noster. sed est eis dñs insinuat⁹ tā q; seruis. Hinc sepi⁹ repitur in lege veteri. Ego dñs ego dñs. Vñ Bonauē. admirāf ineffabilē dei dignatōz in expositōne' pater noster ait. O immensa clemētia lutum vilissimū dei filiū se nōiat et rex regū meū se patrē dicit. Christus enī sic nos orare docet vt ⁊ patris aurē ad benuolentiā inclinemus ⁊ vt ip̄m fidelissimū acverissimū fratrē nostrū esse recolam⁹. Et hoc primo rōe creatōnis. qr licz dñs oīa creauit ex nihilo tñ nulli creature suā impressit imaginē ⁊ sīlitudinē sicut rōnali creature. et de rōe filij est qp sibi patris imago ⁊ similitudo sit impressa. Nūc aūt fecit hoīez ad imaginē ⁊ similitudinē suā vt habeat Bernef. j. Et ℔ q̄tū ad aīaz quā ex nihilo creauit cū tñ oīa alia creata sint tñ quasi vestigiū dei ⁊ a deo ordinata ad seruitiū humani generis. Hinc Moyses ingratū tā torū bñficior⁹ improperat in cātico Deutro. dicens. Generatio prauа ac peruersa. Heccine reddis dño populе stulte ⁊ insipiens. Nunqđ nō ip̄e est pater tuus q̄ possedit et fecit et creauit te. Secundo ratōne

redemptōnis Johis. j. Quotquot autē receperūt eū dedit eis potestatē filios dei fieri his q̄ credūt in noīe ei⁹ vt sicut in creatione suscepimus esse nature sic in recreatōne suscipimus esse gratie incorporati christo p̄ sacramentoꝝ susceptionē Unde Aug⁹ ibidē. Magna benivolētia est vnicus nat⁹ est ⁊ noluit esse vn⁹. Nō timuit habere coheredes. qz ei⁹ hereditas nō fit angusta si multi possiderint. Crisō. ibidē. Nō aūt dixit quō fecit eos filios dei fieri sed dedit eis potestatē filios dei fieri ⁊c. ostendēs quō multo opus est studio vt eā qui in baptismo adoptōis formata ē imaginē incōtaminatā semp̄ custodiam⁹ Similiter aūt ⁊ ostendēs qm̄ potestatē hāc null⁹ auferre p̄t nisi nosipō auferamus. Si enim qui ab hoībus dominiū aliquarū rerū suscipiūt tm̄ habet robur q̄rū vero hi q̄ dederunt. multomagis nos qui a deo potimur ℞ honore. Simul aūt ostēdere vult qm̄ hec gratia aduenit volentib⁹ ⁊ studentibus. Et ei in potestate est liberi arbitrij et gr̄e operatōne filios dei fieri his q̄ credunt in noīe eius q̄ nō ex sanguinib⁹ neq̄ ex voluntate carnis neq̄ ex volūtate viri sed ex deo nati sunt. Crisō. vbi sup̄. Hoc narrat euangelista vt vilitatē ⁊ humilitatem p̄oris partus q̄ est p̄ sanguinē ⁊ volūtatē carnis addiscentes ⁊ altitudinē sc̄di et q̄ p̄ gratiā ⁊ voluntatē est cognoscētes magnā quandā hic suscipiam⁹ intelligentiā ⁊ dignā dono ip̄ius q̄ genuit. et multū⁹ post hoc studiū demonstrarem⁹ Aug⁹. Cū dixisset ex deo nati quasi ne miraremur ⁊ horrerem⁹ tantā gratiā ⁊ nobis incredibile videret. qz hoīes ex deo nati sunt quasi securitatē faciēs ait. Et verbū caro factū est. Quid igit̄ miraris qz hoīes ex deo nascunt attende et ip̄m deū ex hoīb⁹ natū. Factus est enī p̄p̄rius filius dei filius hoīs vt filios hoīm faciat filios dei. Tercio rō ne glorificatōis. qz p̄ eū feliciter renascemur in gloria beatoꝝ. ibi ei oīm pater erit p̄ gloriā. Dñi Ro. viij. Quicunq̄ spiritu dei agunt hi sunt filij dei. Sequit. Si aūt filij et heredes. Heredes quidē dei coheredes aūt christi. Heredes nūq̄ dei. quia deum p̄ hereditāte habituri. Coheredes christi. qz sicut x̄ps in fruitōne hereditatis paterne cōtinue nascit̄ filius naturalis sic⁊ nos in illius fruitōe p̄tinue renascimur filij adoptōis p̄s. Cū dederit dilectis suis somnū ecce hereditas dñi. His igit̄ trib⁹ casibus nō solū pater esse dignat̄ sed etiā vocari delectat̄. et hoc p̄pter quinq̄ causas. Prima est vt amorē suū ad nos certius cognoscamus. j. Joh. iij. Videte q̄lem charitatē dedit nobis pater deus vt filij dei noīemur ⁊ simus. Qz si aliqs hāc filiatiouē ad futurā gloriā cōferre voluerit p̄cito subdēs respōdit. Charissimi nūc filij dei sumus nō apparuit q̄d erimus ⁊c. Secūda est vt amorē nostrū p̄ hoc nomen efficatius excitemus. Unde dicit Aug⁹ de sermone dñi in mōte. et hoc noīe charitas excitat̄. Quis enī carior debeat esse filius q̄ pater. Plus enī appetit a nobis amari q̄ timeri. Tercia est vt malū diligēti⁹ cauēamus et bonū studios⁹ faciam⁹ ne tāto patri tāq̄ degeneres iudicemur indigni. qz dicit Aug⁹ p̄ eū deū patrē dicim⁹ eius esse filios postulam⁹. Et licet a nobis hic nō demonstret̄ effectus sibi. tm̄ nō deest⁹ affectus Johis. viij. Si filij Abrahe estis opa Abrahe facite. qz sm̄ Aug⁹ in Omel. Cuius q̄s opa facit ei⁹ filius est. Alioquin vt dicit Richar. q̄ multi domū dei deprecaturi ingrediunt̄. et q̄ pauci exaudiunt̄. q̄ multi vocāt deum in hac orōne patrem qui eius filij nō sunt sed illius patris de q̄ scriptū est vos ex patre diabolo estis Dei nō sunt filij qui p̄diderūt gratiā sed diaboli filij. qz gignit eos et nutrit p̄ culpā. hec ille. Quarta ē vt ei petitiones nostras porrigamus ⁊ nos exaudiri securi⁹ p̄fidamus Dñi Luce. xj. Ego dico vobis petite ⁊ dabitur vobis. querite et inuenietis. pulsate et aperiet̄. Quis ex vobis patrē petit panem nunq̄d lapidē dabit ei? Unde Aug⁹. Datur nobis fiducia quedā impetrādi q̄ petituri sumus cum p̄ius q̄ aliquid peteremus tam magnum donū accepimus vt sinamur dicere pater noster. Quid ig̃ nō det filijs petētibus qui iam hoc ip̄m ante dedit vt essent filij. Juxta illud. Dedit

eis potestatē filios dei fieri. Quinta est vt que a tanto patre sunt petenda aduertamus cautius. Vnde Crisо. sup Matth. Dñs se patrē magis dici voluit q̄ dñm vt fiduciā daret impetrādi. q̄ serui nō impetrāt q̄ petūt. Patrē se vocat nō dñm vt ostendat orātes non seruos sed filios esse qui nō mobilia cū ismahele sed immobilia cū Isaac capere petāt. Et Grego. Si filiū dei te credis illa pete que tibi expediūt et illum decet dare. Si carnalia petis quō illa prestabit que et si habeas pcipit tibi vt cōtemnas. Et Abbas Isaac sup orōne dñica. Vides inquit qualis ab ipō qui p illā exorandus est indice orōnis sit modulus et forma ꝓposita. In qua diuitiarū petitō nulla. nulla memoria dignitatum. nulla potentatus ac fortitudinis postulatio. nulla corporee sanitatis seu tēporalis vite mentio cōtinet. Nihil enī caducū vult a se. nihil vile. nihil tpale cōditor eternitatis implorari. itaq̄ magnifice eius magnificētie maximā irrogabit iniuriam quisq̄s his sempiternis petitōnibus ptermissis transitoriū et caducū ab eo maluerit postulare et offensam potius q̄ ꝓpiciationē iudicis sui vilitate orōnis incurret. ¶ Secūdo principaliter captatur ab oratore beniuolētia ex parte rogātis. cuz addit. noster. p quod reducim⁹ ad memoriam illā dignatiuā ꝯmunionē qua natura nostrā assumpsit et nobis nat⁹ ac datus extitit. In quo verbo et vtraq̄ charitas in nobis scz dei et ꝓximi. Dei inq̄. q̄ super omnes nationes christianus hāc gratiam accepit vt a christo christian⁹ diceretur et sacramentorum participatione christo feliciter incorporaret. Nec est alia natio tam grādis que habeat deos appropinquātes sibi sicut deus noster adest nobis. Totus enī nobis datus est. tot⁹ in nostros vsus expensus est. Dotaliciū insup puri amoris nobis relinquēs totū amorē nostrū sibi vendicare voluit. Secūdo confirmatur ꝓximi charitas. quia dicēdo. pater noster. mouet anima nostra addi latādum se per dilectionē ꝓpter amorē dei ad triplicē naturā creatā. Primo ad naturā creatam. Primo ad naturā intellectualē scz ad vniuersum multitudinē beatoꝝ spirituum qui nobiscum omnes sunt filij dei. Juxta illō Job. xxxviij. Quis dimisit lapidem terre cum me laudarēt astra matutina et iubilarēt omnes filij dei. Lapis angularis dicit christus Matth. xxj. Nūq̄d legistis in scripturis. Lapidez quē reprobauerunt edificantes factus est in caput anguli. Quē pater dimisit cum christū introducendum angelis p reuelationē ostendit. De quo ipm laudabant astra matutina id est angeli iam creati et iubilarēt oēs filij dei id est angeli iam beati et in glozia cōfirmati que cōfirmatio cōstituit eos filios dei fieri ad quoꝝ amorē velut ad fratres anima dilatari debet. Secūdo vero cum dicit. noster anima dilatari debet ad naturam rōnalem. i. ad totū humanū genus vt sic duplex preceptū charitatis cōpleatur quo maxime captat beniuolentia scz dei cum dicimus. pater. et ꝓximi cū pluraliter dicimus. noster. Et ex hoc orō nostra magis exaudibilis reddit. Vñ Crisо. super Matth. Libenter audit deus q̄ christianus nō solum p se sed p altero orat etiam. Pro se orare nature est. p altero orare gratie. Pro se orare cogit necessitas. sed pro altero charitas Dulciоr est oratō ante deum quā nō necessitas mittit. sz fraternitatis charitas ꝓmit. Vnde dicit Cyprianus de orōne dñica. Nō autē dicim⁹ pater meus sed pater noster. quia pacis et vnitatis magistet voluit singillatim et priuatim fieri preces. vt cum quis eum precatur p se tm precare. Publica est enī nobis et ꝓmunis oratio quādo oramus. quia totus populus vnum sumus. Sic enī vnum orare pro omnibus voluit quō in vno omnes ipe portauit. In cuius etiam argumētum in tota hac oratione christus docuit semper pluraliter loqui vt manifeste patz in vltimis quatuor petitionibus. Sed ne causeris o homo. quia dicit Grego. xxv. mozal. Quisquis intercedere p alijs nititur sibi potius ex charitate suffragat. Et enim p semetipo tanto citius exaudiri meretur q̄to deuotiꝰ p alijs intercedat Per

hoc etiam ꝙ omnes dicimus pater noster admonentur omnes diuites vel in genere nobiles ꝙ cum facti fuerint christiani nō superbiant aduersus pauperes et ignobiles. quia simul in vnū duces et pauper dicunt pater noster. qō non possunt vere ac pie dicere nisi se fratres esse cognoscant. Criso. in omel. Quid enī nocumentuz est ex inferiori cognatōne cum ſm superiorez omnes simus copulati. Qui etiaz patrem dixit et peccatorē remissionē et adoptōez et beredtatē ⁊ fraternitatē que est ad vnigenitum et spiritus largitionē pervnaz banc cōfessus est nuncupationē. Nō enim possibile est deum vocare patrē nisi eum q̄ est omnibus istis bonis potitus. Dec ille. Vnde et christus pauperes et abiectos fratres vocare dignatus est in euangelio Quos igitur christus frates vocat christianus despiciet? Tercio denicz quia cuz dicimus noster anima dilatari debet p dilectionem ad natura corporalē ex habundanti creatoris dilectōne. tum quia amore dilecti creatoris omnia creata diligibilia sunt. Nimirum cum vulgo dicit. qui diligit me diligit et canem meū. Dinc etiam beatus Franciscus teneritudine diuine dilectōnis omnes creaturas fratris aut sororis noīe cōsueuit appellare eo ꝙ ab vno principio cum eo sumpsissent exordiū. tuz etiam quia ſm Aug⁹. deus creauit omnia ꝓpter hominē et hoīem ꝓpter se. Tercio principaliter caprat ab oratore beniuolētia ex parte assessorū ipius rogati cum additur. qui es in celis. Ad cuius euidentiā sciendum ꝙ licet deus esse dicit in triplici celorū virtute scz glorie. gratie et nature tamē ꝓprie dicit esse in celis glorie hoc ē in beatis spiritibus tam angelicis q̄z hūanis quoz interventōne beniuolentioz redditur et ad exaudiendū ꝓmptior. Vnde Aug⁹. in sermone dñi in monte dicens. ꝙ sicut terra appellatus est peccator cui dictum Gen. iij. terra es et in terram ibis. sic celum iustus ecōtrario dici potest. Recte igitur dicit. qui es in celis. id est in sanctis que sunt singulari excellēria dignissima et gratissima habitatio diuina vtpote in quoꝝ intellectu habitat ꝙ claram visionem infallibilis veritatis ꝙ quā intellectus recipit perfectā intelligentiā ad mirabilis excellentie dei cognite in sua natura. Et hec est ꝓma dos anime qua intellectus ꝙ meritū fidei perficit et beatificatur. animaq̄z videns deiformis efficit. In eoꝝ etiā memoria habitat ꝙ possessionē ⁊ securam tentionē que est secunda dos anime per quā ꝓpter meritū spei memoria ꝓficitur ⁊ beatificatur in possessione et securitate iamissibilis dignitatis ita ꝙ intellectus et memoria sunt ꝓfecte securi de tentionis predicte perpetuatōne. In eoruz denicz voluntate deus habitat per cōsummatam dilectionez quam dilectionē Richar. sup. iiij. dis. xlix. noīat fruitiōz ꝙ quā dilectionē fruitiuā ꝓficit. gratificat. ⁊ beatificat ipa volūtas. ī delectatōe quadā infastidibilis bonitatz. Dī igit celi beatissimi sunt assessores ipi⁹ rogati. Et ex hoc fiducia nobis augēt impetrādi cū ⁊ ipi solliciti sint ꝙ nobis orare dñm Inter quos supeminentissima est virgo Maria cui cōcinit ecclesia. Audi nos nam te filius nihil negās honorat. Secūdo dicit esse in celis gratie. hoc est in iustis viatorib⁹ in quib⁹ habitat per gratiā ⁊ virtutes. ꝑcipue theologicas et potissime ꝙ charitatē. Iurta illud Johis. iiij. Deus charitas est. Que tamē charitas requirit in exhibitōe. Dñ Joh. xiiij. Si quis diligit me ⁊c. Tercio dicit esse in celis nature. i. celis corpalib⁹ Dñ Criso. sup Matth. Christ⁹ ascendit in celos vt sciamus nos habere patrē celestē et erubescāt se terrenis reb⁹ substernere q̄ patrē habent in celis. Et iterū in omel. dicitur in celis nō ibi deū cōcludēs hoc ait sed a terra abducit orantē et excelsis regionibus affigēs ⁊ in colit. patrū dicit. ꝙ additur in celis vt ad illā regionē in q̄ patrē nostrū ꝓmorari fatemur summo desiderio ꝓperemus scientes. qz nō habemus hic manentem ciuitatem vt sic nostra cōuersatio in celis sit. Ad laudē dei Amen.

De prima petitōne que est sanctificatio diuini nomis in nobis corde ore et opere.

Facite dignũ fructũ penitẽtie. Expediti vtcũq; de captione beniuolẽtie summi patris vt melius inclinet̃ ad dandũ et succurrendũ. iam ꝓsequamur septẽ petitõnes quas christus posuit ꝑ nos a patre postulãdas tanq̃ saluti nostre necessarias. Et licz inter eas in supioribꝰ ãliquã distinctionẽ fecimus tñ ꝓ clariori et faciliori intellectu eodẽ ordine q̃ christus easdez in euãgelio posuit ꝓsequi breuiter intẽdimꝰ. Nã tres prime petitões ordinãt ipaz animã ad deum. Et ſm Augꝰ. exordiũ capiũt in hoc seculo sed tm̃ ꝯplebunt̃ in seculi cõsummatõne et manebũt ineternũ. Alie vero q̃tuor tm̃ sunt tꝑales ⁊ corꝑales vtpote respectum habentes ad hoĩs defectũ ⁊ in hac vita tꝑali terminant̃ vt declarat Augꝰ in li. ij. de sermone dñi. Q⁹ aũt tres ꝑme petitões ordinãt aĩaz ad deũ hoc fit dupliciter scz ꝑ gratiã et gloriã. vt patebit in ꝓcessu. Ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ intellectus humanus ꝑ fidẽ ordinat̃. primo ad deũ et hoc in prima petitõe dñs docet postulare cum dicit. sanctificet̃ nomẽ tuum.

Quartus denicz mod⁹ homīes subuertendi erit aperta p̄secutio. que tāta erit q̄ vt dicit domin⁹ Matb. xxiiij. Tūc erit tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio mundi vsq; modo: neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi salua omnis caro nō fieret. sed propter electos breuiabūtur. Exhibebit enim tāta tormentoz̄ genera q̄ in p̄cedentibus martyrib⁹ non fuerunt cōpleta. Unde Daniel. viij. dicit q̄ supra quaz credi potest vniuersa vastabit. ⁊ p̄sperabitur. ⁊ interficiet robustos ⁊ populuz sanctoz̄ ꝓm voluntatē suā. Et licet fideles i illis regionibus occidendi sunt vbi domin⁹ eoz̄ fuit crucifixus. illa tamen p̄secutio nō per partes. sed simul totū mundū examinabit. vt dicit Haymo super Apocal. Soluētur quidē demōes qui modo ligati sunt in cordibus. s. peccatoz̄. vt dictum est. ita q̄ quātuz vellent nocere iam nō possunt. qui per suggestionē procurabūt q̄ antichrist⁹ ordinabit per omnes p̄ncipes sibi subiectos vt egrediat illud edictū q̄ ponitur Apocalip. xiij. Et faciet omnes pusillos ⁊ magnos. diuites ⁊ pauperes. liberos ⁊ seruos habere caracterē. Glo. Richardi. Nomīs antichristi in manu dextra aut in frontib⁹ suis vt manifeste videat ⁊ portetur. et ad antichristū pertinere cognoscat. et ne quis possit emere aut vendere nisi qui habuerit caracterē aut numez̄ nomīs eius. i. numerus ille qui in literis quibus nomē ei⁹ scribitur cōtinetur. vt sic plures hac necessitate cōstringātur ⁊ antichristus adorare cogantur. Quia verisimile est q̄ sicut sine illo caractere non licebit vendere siue emere sic nec in publico ꝓparere. q̄ crudelitas nondū christifidelib⁹ innotuit a christianorum p̄secutoribus. Unde tanta vigebit inuidia contra religionē nomīs christiani q̄ dicit domin⁹ Matb. xxiiij. Tunc tradent

vos in tribulationē. ⁊ occident vos ⁊ eritis odio omnib⁹ ꝓpter nomē meū. Et tunc scādalizabunt̄ multi ⁊ ūuicē tradēt. ⁊ odio habebunt inuicē. ⁊ multi ꝑseudo ꝓphete surgēt ⁊ seducēt multos. Et itez Matth. xiij. Tradet aūt frater fratrē. ⁊ pater filiū ⁊ ꝓsurgent filij in parētes ⁊ morte eos afficient. Et sic illi qui nō adorauerūt imaginem bestie occident̄. sic illi qui non habuerint in manib⁹ vel in frontib⁹ suis caracterem eius aut numez nomis ei⁹. de quo numero patebit in ꝓmōe sequēti. Unde qui abhorrēt portare caracterē bestie debent īduci ad portandū numerū nomis eius q̄si min⁹ abomīandū. vt sic saltē in aliquo cōsentiāt antichristo. sicut Tyburcio dictuz est vt iaceret thura in carbōib⁹. ⁊ Eleazaroꝝ fingeret se māducasse carnes suillas. vt ptz in lib. Macha. Et sic in christo fuit oīs plenitudo diuinitatis. sic in antichristo erit omnis plenitudo iniquitatis. quia in ipō erit caput omniū malorꝝ. Nimiꝝ qz ꝓfitebit̄ se verū filiū dei ⁊ homis. ita vt in templo dei sedeat tanq̄ ipe sit deus. ⁊ faciet etiā seipm adorari. Et sicut crudeliores erit omnib⁹ ꝓteritis ꝓsecutorib⁹. sic sancti tūc fortiores ⁊ sanctiores erūt omnib⁹ retro martyribus. Erit magna anxietas populi fidelis qui respuet portare caracterē. ⁊ nomē ⁊ numez nomis eius. Sz de eisdē ꝓsequēs ca. xiiij. pnūciat posteriorē ꝓsolationē: dicens. Vidi ⁊ ecce agn⁹ stabat sup̄ montē syon. et cū eo centūquadragintaq̄tuor milia habētes nomē eius ⁊ nomen pris eius scriptū in frontib⁹ suis. ⁊ cātabāt q̄si canticū nouū ante sedē dei ⁊ c̄. Deinde ꝓsequit̄ de parte aduersa: dicēs ca. xiiij. Si quis adorauerit bestiā ⁊ imaginez eius et acceperit caracterē in fronte sua aut ī manu sua: hic bibet de vino ire dei qđ mixtuz est mero in calice ire ipius. Qđ aperti⁹ exponēs subdit. Cruciabit̄ igne ⁊ sulphure ī ꝓspectu angelorꝝ sanctorꝝ. ⁊ ī ꝓspectu agni vt sez magis erubescāt. Qđ a nobis auertat Jesus christus. Amen.

De Enoch ⁊ Helya ⁊ morte antichristi ⁊ suorꝝ. et de signis terribilib⁹ que fiēt in fine diez.

Sermo. iij.

Tunc reuelabitur ille iniqu⁹ quē dñs Jes⁹ interficiet spū oris sui. ij. Thessa. ij. Vt aūt virtutē illius clari⁹ cognoscam⁹ qđ ponit̄ Apoc. xiij. vbi dicit̄. ne quis possit emere vel vendere nisi q̄ habuerit caracterē aut nomē aut numez nomis ei⁹. Notandu⁹ est qz sicut dicit Richard⁹ de sancto victore sup̄ hūc locū. tradūt doctores sancti qz Apocal. grece sit edit⁹ ꝑm grecos numerus ipe q̄rend⁹ est. apud q̄s oēs lr̄e numerū habēt singularē. Nomē enī illi⁹ grece Antemos dicit̄ qđ ꝓtrari⁹ interꝑtat. In quo noīe a. signat vnū. n quinq̄ginta. t trecēta e quinq. m q̄draginta. o septuaginta. s ducenta. quoꝝ oīm summa sexcenta sexagīta sex ꝓstituit. Sūt ⁊ alia ei⁹ noīa quoꝝ hmōi interꝑtatio numez eundē reddit. Cur xo antixꝑo talis numer⁹ ꝓueniat citi⁹ demonstrat̄ si q̄litas hmōi numeri subtili⁹ attēdatur. In eo nanq̄ triplex sumi ꝓfectio pōt. minima. s. q numez senariū. mediocris per numez sexagenariū. maxima xo ⁊ ꝓsumata q sexcēnariū intelligi pōt. Cōuenienter igit̄ tali numero describit̄ qui ī oī gradu maloꝝ ꝓfecte maligⁿ⁹. ⁊ in oī gradu bonoꝝ bonitati ꝓfecte ꝛri⁹ inuenit̄. In vtroq̄ enī triplici gradu ꝓfecte ꝓ viri⁹ inardescet. ⁊ vtrobiq̄ perfecte vires sue malignitatis extēdet. Et vt ptz Apoc. xj. Cuz Enoth et Helyas finierit̄ suū testimoniuz .i. ꝓdicatōez sūā. bestia. i. antixꝑus q̄ ascēdit. s. apicē regni ō abysso vniuersalis malicie faciet aduersus eos bellū. ⁊ vincet illos. ⁊ occidet illos. Et iacebūt corꝑa eoꝝ in plateis vt oēs qui viderint timeāt eos imitari ⁊ cōformari ciuitati magne. i. iherusalē. q̄ spūaliter vocat̄ zodoma. i. muta. ⁊ egypt⁹. i. tenebrosa. qz muta erit a ꝓfessione vere fidei. ⁊ tenebrosa ꝑuis actōibus vbi ⁊ de⁹ eoꝝ crucifix⁹ est. Et videbunt de ꝓpls tribub⁹ ⁊ linguis ⁊ gentib⁹ corꝑa eorum ꝓ tres dies ⁊ dimidiū iacere. s. sup̄ terram. ⁊ nō sinēt poni ī monumēto: ne. s. eorum memoria habeat̄. Et inhabitātes terraz. i. terrena diligētes gaudebūt sup̄ il

lis. s. occisis. ⁊ iocũdabunt. ⁊ munera mit tent adinuicē. qm̃ hi duo ꝓphete cruciaue runt eos q̃ habitãt sup̃ terrã. s. eoꝝ ꝺicendo malicie. Et post tres dies ⁊ dimidium spũs vite. i. aĩa viuificãs intrauit a deo in eos. ⁊ steterunt sup̃ pedes suos. i. surrexerunt. Et timor magn⁹ ex tam subita surrectiõe cecidit sup̃ eos q̃ viderunt eos. s. ita glorificatos. Et audierũt Enoch ⁊ Helyas vocẽ magnã. i. magne potestatis de celo dicentẽ eis. Ascẽdite huc de medio impioꝝ ad ꝓsortiũ sanctorũ. Et ascẽderũt in celũ in nube. vt qui dñm imitati sunt in sustinẽda tribulatiõe ꝑ ipũ ꝓsikes ei essent in ascensiõe. Et viderũt eos inimici eoꝝ corꝓoraliter. s. ascẽdentes ĩ celũ. Et nota generaliter q̃ ea que hic dicunt̃ ꝑ ꝓteritũ intelligẽda sunt ꝑ temp⁹ futuꝝ. qr mos est ꝓphetie sic nõnunq̃ narrare futura q̃si iam essent ꝓterita. Et in illa hora. s. glorificationis eorũ fact⁹ est terremot⁹ magn⁹ q̃ alij moti sunt ad penitentiã. alij vo ad duriciam. Hec ibi ⁊ in Glo. Richar. Nihilominus tñ antixp̃us suoꝝ fult⁹ auxiliovt dicit Danie. xj. figet tabernaculũ suũ aphedno. i. emaus q̃ est ciuitas nicopolis posita ad radicẽ mõtis oliueti distãs a iherlm duo vel tria miliaria. Vel lm magistꝝ ĩ histo. figet tabernaculũ suum in iherlm q̃ sita est ĩter mare mortuũ ⁊ mare tyrenũ a tiro dictũ. Et ascẽdit sup̃ montẽ inclitũ ⁊ sanctũ. i. olueti. veniet q̃ ad summitatẽ ei⁹ Glo. i. ad locũ vbi christus ascẽdit ad pẽz: extendẽs ibi papilionẽ suũ. Et nemo auxiliabit̃ ei. Glo. dño irascẽte ꝓtra eũ. Asserunt aũt q̃ ibi sit peritur⁹ vbi christ⁹ ascẽdit ad celos. Magister in histo. Quia audietur vox in aere dicẽs. Morere. ⁊ statiꝝ fulminabit̃. Ꝺ etiã innuit Paul⁹ ĩ verbis thematis dicẽs. Quẽ dñs Jesus interficiet spũ oris sui. Glo. sola potẽtia iussiõis sue ⁊ hoc in mõte olueti. Quo mortuo cõplebitur illꝺ Ezechiel. xxxviij. dicẽte dño aduersus exercitũ antixp̃i. Cõuocabo aduersus eũ. i. exercitũ Gog ⁊ Magog ĩ cũctis montib⁹ meis gladiũ: ait dñs de⁹. Gladi⁹ vniuscuiusq̃ in frẽm suũ dirigẽt. ⁊ iudicabo eũ peste ⁊ sanguine ⁊ ymbre vehemẽti. ⁊ lapidibus ĩmensis. ignẽ ⁊ sulphur pluaꝝ super eũ ⁊ sup̃ exercitũ suũ. ⁊ sup̃ populos multos qui sunt cũ eo. Adhuc capꝺo sequẽti. Adducã te Gog sup̃ montes israhel. et cades tu ⁊ oĩa agmina tua ⁊ populi qui te cũ sunt. Feriscꝝ auib⁹: omnicꝝ volatili terre. ⁊ bestijs terre dedi te ad deuorandũ. super faciẽ agri cades. qr locutus suꝝ ait dominꝰ. Similiter Apoc. xx. dicit̃. Cum consumati fuerint mille anni solueẽ sathanas de carcere suo. put in fin̄e ꝓcedenti expositꝝ est. Et exibit ⁊ seducet gentes q̃ sunt sup̃ q̃tuor angulos terre Gog ⁊ Magog. ⁊ cõgregabit eos in preliuꝝ. quoꝝ numer⁹ est sicut arena maris. Et ascenderunt sup̃ latitudinẽ terre. Ponit̃ ꝓteritũ ꝓ futuro. Et circuierũt castra sanctorũ. i. vniuersalem ecclesiã fundit⁹ euertere laborabunt ⁊ ciuitatẽ dilectã. i. iheruſalẽ. sed ne quaq̃ sunt timendi. quia cito peribũt. Et sequit̃. Et descendet ignis de celo. i. repẽtinus interitus. ⁊ deuorabit eos. Et diabolus qui seducebat eos missus est in flamaꝝ ignis ⁊ sulphurꝭ. vbi ⁊ bestie ⁊ Pseudo ꝓphete cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Unde tunc tanta strages erit illi⁹ innumerabilis multitudinis Gog quod Ezechielis. xxxix. prosequitur dominus dicens. Hec est dies de qua locut⁹ suꝝ scilicet interfectionis Gog ⁊ Magog. Et egredientur habitatores de ciuitatib⁹ israhel. ⁊ succendent et comburẽt arma clipeum ⁊ hastas. arcuꝝ sagittas ⁊ baculos manus ⁊ contos. ⁊ succendent ea igni septẽꝝ annis. et non portabunt ligna de regionibus. nec q̃ succident de saltibus. quoniã arma succendent igni ⁊ depredabuntur eos quibus ꝑde fuerunt. Ubi dicũt doctores hebrei q̃ tantus erit exercit⁹ Gog ⁊ Magog q̃ hebrei per septem ãnos vsum ligno rum habebunt non de siluis sed de armis. Et sepelietur eorum cadauera septem mẽsibus. Quod etiam innuit̃ in textu cum ꝓsequitur. Post menses autem septẽ quere te incipient. ⁊ circuibunt terram peragrãtes scilicet ad querendũ ossa. Cumq̃ viderint os hominis statuent iuxta illud titulus donec sepeliãt illud politores in valle

multitudinis Gog. Ceteruz antixp̃o moꝛ
tuo cum maxima parte sui exercit⁹ reliqui
ministri eius qui relicti fuerũt gaudebunt
ducentes vxoꝛes ꝛ dicentes. Licet magi/
ster noster moꝛtu⁹ est. pacem tamẽ ꝛ securi
tatem habẽtes bonis terre ditati sumus.
Et hoc innuit domin⁹ Luc. xvij. dicẽs. Si
cut factũ est in diebus Noe ita erit in die/
bus filij homĩs. edebant ꝛ bibebãt ꝛ vxo/
res ducebãt. ꝛ venit diluuiũ ꝛ pdidit om/
nes. Similiter sic factũ est in dieb⁹ Loth.
edebant ꝛ bibebãt. emebant ꝛ vendebãt.
plantabãt ꝛ edificabant. Qua die autem
Loth exijt a zodomis pluit ignẽ ꝛ sulphur
de celoꝛ pdidit oĩes. ẽm hoc erit qua die
filius homĩs reuelabit. Quia nimirũ da/
buntur quadraginta quiq̃ dies penitentie
in quib⁹ erit pax ꝛ trãquillitas post moꝛ
tẽ antixp̃i ad refrigeriuz sctoꝛ ꝛ subuersoꝛũ
pnãz. vt dicit Glo. sup Daniel. xij. vbi di
citur in textu. A tempe cum ablatuz fuerit
inge sacrificiũ. Glo. cum antichrist⁹ oꝛbez
possidens dei cultuz interdicet. Et posita
fuerit abomĩatio in desolatõem. Glo. i. cũ
se colendũ pſuaserit ĩ desolatõez legis dei
ꝛ sanctoꝛ dies mille ducenti ꝛ nonaginta
Glo. i. tres ãni et semis erũt. Beatus qui
expectat ꝛ puenit ad dies mille trecentos
triginta quiq̃ dies q̃etis ꝛ pacis post moꝛ
tem antichristi ad sanctoꝛ refrigeriũ ꝛ ad
cõuersionẽ subuersoꝛ. Verũtamen post il
los. xlv. dies quãtũ temp⁹ restabit vsq̃ ad
extremũ iudiciũ omnib⁹ est ignotũ. Et sic̃
boni ꝛ iusti pro peccatis suis et alienis lu/
gebunt ad vicinũ dñi aduentũ se ꝑparan/
tes. sic impij falsa securitate toꝛpebũt car
nis delicijs inseruiẽtes. Sed sicut ait apo
stol⁹. j. Thessal. v. Dies dñi sicut fur ita in
nocte veniet. Cuz enĩ dixerint Glo. carna
les homĩes pax ꝛ securitas: tũc repentin⁹
supueniet ĩteritus. i. pditio iudicij. Et ita
grauis sicut dolor in vtero habẽtis. i. par/
turientis. qui dolor maxim⁹ est. Q̃ etiaz
innuit dñs Math. xxiij. dicens. Statim
post tribulatõem diez illoꝛ sol obscurabi/
tur ꝛc. vbi tangit terciũ ꝑcedens iudiciũ.
Tercio nanq̃ ꝑcedent terrifica signa ꝛ
inaudita ad terroꝛẽ ꝛ vindictam maloꝛũ.
Cõsurget enim omnis creatura in vltõem
repꝛoboꝛ. Vnde Sapiẽ. v. Accipiet scz
chꝛist⁹ armaturã zelus illius. s. patris. ꝛ ar
mabit creaturã ad vltionez inimicoꝛ. Et
itez ibidẽ. Acuet aũt. s. dñs diraz iram in
lanceã. ꝛ pugnabit cum eo oꝛbis terraruz
ꝓtra insensatos. Cõsurget igit̃ omnis cre
atura in vltionẽ repꝛoboꝛ. ꝛ qui in cũctis
deliquerũt in cunctis ferient. qõ sic ostẽ/
di potest. Nam primo pugnabit ꝓtra eos
creatura supceleſtis. i. ãgelica. quia vt di/
citur Math. xxiij. Virtutes celoꝛ nouẽ/
bunt. Lyra ibidẽ. Virtutes quidẽ accipi
untur angeli qui sunt de medio choꝛo secũ
de iberarchie. ad quoꝛ effectuz ꝓtinet ali/
quo modo cooꝑari ad miracula. ẽm q̃ dic̃
beatus Dyonisi⁹. ꝛ ipi tunc frequẽtius so
lito mouebunt diuina volũtate ad facien/
das miraculosas trãsmutatões in elemẽ/
tis. scz tonitrua. fulgura. vẽtos terribiles
pluuiã sanguineã ꝛ similia ad incutiendu
hominib⁹ terroꝛez ꝛ hoꝛroꝛem iudicis ve/
nientis. Dicit enim Grego. in omel. Quid
enim virtutes celoꝛ nisi angelos. domĩa/
tiones. ꝓncipatus. ꝛ potestates appellat.
qui in aduentu districti iudicis nostris tũc
oculis visibiliter apparebũt. vt districte a
nobis tũc exigant q̃ qõ nos modo inuisibil
cõditoꝛ equanimiter poꝛtat. Secũdo xo
creatura celestis. quia vt ꝓz Joel. ij. sol
cõuertet̃ in tenebꝛas. Glo. i. tenebꝛas mũ
do inducet ꝛ luna in sanguinẽ. ad lr̃am sci/
licet ad terroꝛem impioꝛ anteq̃ veniet di
es domĩ magnus ꝛ hoꝛribilis. Non enim
sol obscurabit̃ q̃tum ad sui luminis ꝓiua
tionem cum sit ei naturale ꝛ coꝛpa celestia
in sua natura tũc integra remanebũt. Sz
respectu nostri obscurabit̃ diuina virtute.
vel per interpositõez alicuius coꝛpis opa
ci quẽadmodũ fit ĩ eclipsi. vel per interpo
sitionẽ densaruz nubium. Et luna non da/
bit lumẽ suum. quia vel posita erit inter so
lem ꝛ terrã. vel per interpositõem densa/
rum nubiũ. Et stelle cadent de celo. nõ q̃n
tum ad earuz substantiã cum sint incorru/
ptibiles. sed respectu nostri q̃ntum ad ap/
parẽtiam. qz absc̃odent̃ dẽsitate nubiũ. ꝛ
de nubibus descendent exalatões ignite

q̄ dicunt a sub ⁊ apparent stelle cadentes Tunc enim fiet maxime talis impssio. quia ignea q̄litas abundabit. Tercio pinde pugnabūt contra eos quatuor elemēta. scilicet ignis qui sperget fulgura. causabit tonitrua. emittet horribiles igneas exalationes. Sic aer tempestates incomphensibiles emittet. pluet intollerabiles grādines ⁊ aquā sanguineā. Apocal. viij. Facta est grando ⁊ ignis cōmixta in sanguine. ⁊ missum est in terram. Et iterū ca. xvj. Et grādo magna sicut talentus descendit de celo in homīes. ⁊ blasphemauerūt homīes deum propter plagā grandinis: quoniā magna facta ē vehemēter. Sic facta fuit grādo super Pharaonē et egyptus Exod. ix. vbi sequit̄. Grando ⁊ ignis mixta pariter ferebā̄tur. Similiter in mari rubro. vt patet alibi. Sic erūt venti ⁊ tēpestates incredibiles. ita q̄ lapides inuicem collidētur. domus ⁊ arbores euertētur. ⁊ mōtes trās ferētur. sicut tempore Helye fugiētis a facie Jezabel in montez syna. quādo transibat ipiritus grandis. i. ventus. de quo patet alibi. Similiter signa terribilia ostēta bit terra. quia erunt terremotus maximi: ita q̄ nullus stare poterit: sed cuncta solo pternent̄. Unde Apocal. xvj. Facta sunt fulgura. Alexander de balis ibidē Glo. ad literā. Et voces. s. clamantiū pre timore ⁊ tonitrua: ad lr̄am. Et terremotus fact⁹ est magnus. i. fiet qualis nunq̄ fuit ex quo homines esse ceperūt super terram talis terremotus sic magnus. Glos. Alexandri de balis. Bis ponitur hic terremotus vt per hoc innuat Johānes ⁊ pmuniat quātitatem motus. Excedet enim omnes qui ante fuerūt. quia vniuersalis erit ⁊ alij fuerunt particulares. s. per loca. ⁊ istius mot⁹ vniuersalis non erit causa naturalis: sed volūtaria. Non enim possibile est sm naturam q̄ fiat terremotus vniuersalis. sz particularis fieri potest qui fit ex grosso fumo icluso in aliqua parte terre. qui cuz natura repellente cogit̄ exire non habens respiraculum facit terremotū. vt patet in castanea. Hec ille. De quo terremotu dicit̄ Zacha. xiiij. In die illa scindet̄ mons oliuaruz ex media parte sui ad orientē ⁊ ad occidentē pruptо grandi valde. ⁊ sepabitur mediuz montis eius ad aquilonez. ⁊ medium eius ad meridiez. ⁊ fugietis ad vallem montiū meoz. quoniā cōiungetur vallis montuz vsq̄ ad proximuz. ⁊ fugietis sicut fugistis a facie terremotus in diebꝰ Ozie regis iuda. De quo habet. ij. Paralipp. xxvj. Et iiij. Reg̃. xv. Ubi dicit magister in historijs. q̄ in festiuitate ppiciatōis: que est decima die decembris indut⁹ rex Ozias stola pontificali templū intrauit vt incensuz poneret Azaria pontifice cū octoginta sacerdotibus eum phibente. Et claritas solis valde effulsit. ⁊ incidit in faciem regis. lepraq̄ percussus est. ⁊ factus est terremotus magnus. et scissa est media pars montis adiacentis ad occidentem. ⁊ deuoluta est ita vt vias regias clauderet. ⁊ ortos regios oppremeret. vide pleni⁹ supra. Unde pre timore cōgregabūtur volatilia celi et bestie terre. nec comedentes nec bibentes sz pre formidine mirabiles rugitus voces ⁊ vlulatus emittentes. vt dicitur in annalibus iudeoruz. Arbores quoq̄ ⁊ herbarū olera rorem ferent sanguineuz. In aquis denīq̄ signa terribilia fient ita vt dicit dominus Luc̄. xxj⁰. Et in terra pressura gentium pre cōfusione sonitus maris et fluctuum. Thomas in Glo. continua super hunc locam. quasi diceret domin⁹. Mare terribiliter fremet ⁊ litus maris agitabit̄ tempestate. ita vt sit populo terre pressura. i. cōmunis miseria vt tabescant timore ⁊ exspectatione malorum irruentium in mundo. Sicut enim legitur in annalibus iudeorum aque marine viginticiq̄ cubitis eleuabuntur sup̄ omnes montes ⁊ colles persistentes nihilomin⁹ in loco suo. Et omnia que mouētur in aquis turmatim cōgregabuntur. ⁊ super pelagus eleuabūtur more contentiōis inuicez mugientes quasi concitati paratiq̄ ad vindictam impiorū. Et hec erit horrenda confusio maris. pre cuius terrore erit i terra pssura gētiū arescētib⁹ hoīb⁹ p timore ⁊ expectatōe q̄ supueniet vniuerso orbi. Hec enim pdicta fient vt dicit Bonauētura sup. iiij. Primo ppt

vindictam peccatoꝝ hominuꝫ impiorũ. vt per que ⁊ in quibus quis peccauit: per hec ⁊ in illis puniat̃. Secũdo ꝓpter plurimas dei cõtumelias multiformiter ab antichristo suisq; complicibus illatas. sicut tempore passionis christi sol obscurat⁹ est. terra mota. petre scisse sunt. quasi ferre nõ sustinentes in christo tantas exerceri cõtumelias ⁊ iniurias. Tercio propter mundi renouationeꝫ. quia nihil renouatur nisi prius aliquo modo veterescat. Tandeꝫ cõsurgent ignea flumĩa vniuersaꝫ machinã mũdialem operientia ⁊ cõsumentia. que quatuor elementorũ ambitu continẽtur. ꝓut ĩ ſmone sequẽti videbitur. Ad laudem dei. Amen.

De igne ⁊ cõflagratiõe machine mundialis ⁊ quatuor elementorum. Sermo. iiij.

Conflabor vos ⁊ cõgregabo vos. ⁊ succendã vos igne furorꝫ mei Ezechiel. xxij. Vtrũq; iam expediti de tribus futurum iudiciũ ꝑcedentibus. ꝓcedendũ est iam breui stilo de tribus alijs ip̃m iudicium cõcomitantibus. Que sunt hec? Mundialis cõflagratio. generalis resurrectio. iudicialis congregatio. Q̃ntum igitur ad primũ erit mũdialis cõflagratio. sicut manifestissime apostol⁹ Petrus in. ij. canõica. capi. iij. dicit. Ille tunc mund⁹ Glo. qui fuit ante diluuiũ fuit alterius modi q̃ nunc. quia terrenascentia tunc erãt meliora. sed aqua. i. per aquam mundã Glo. i. a peccatis. s. hominũ perijt. vt dicit̃ Genes. vij. Et ex magnitudine enim peccati mũdus infect⁹ fuit q̃tum ad terram ⁊ aerem. quia in illis duobus termĩabat̃ locus hominũ. Hinc etiã occupauit aqua terrã ⁊ aerem quindecim cubitis. supra quã opera hominũ ascendere poterant. vt etiã aer infectus idolatrie fumo purgaret̃. Sequit̃. Celi autẽ qui nũc sunt. scilicet post diluuiũ. Glo. dicit celi ꝓpter diuersas regiones celi aerei qui nunc sunt. non quia sunt alij in substãtia. sed q̃a mutati sunt qualitate. et terra que nũc est mutata. quia tunc aer factus est spissior et terra rarior. nũc autem est contrariũ. Sequitur. Eodem verbo. i. eadẽ virtute sunt igni reseruati in diem iudicij. scꝫ vt purgẽtur ⁊ in melius cõmutent̃ ⁊ in perditõem hominũ impioꝝ. Et postea subditur. Aduenit auteꝫ dies dñi vt fur. in qua celi magno impetu trãsient. Glo. i. violẽtia ignis inuoluẽtis. transient in aliam formã multo plus q̃ ante mutati fuerunt in diluuio. Elementa ꝟo scꝫ omnia quatuor. vt dicit Glo. calore illius soluẽtur. Terra autem scꝫ qđ est centrũ aliorum ⁊ que in ip̃o sunt exurent̃. Si querat̃ cur hoc subdit de terra cum p̃misit ꝙ elementa calore soluẽtur Dicendũ ꝙ ideo. quia elementũ terre materiale est. ⁊ inter om̃ia elementa maxime comburet̃ qđ per resumptionẽ insinuatur.

Ad horũ autem maioreꝫ euidentiã primo queri potest vtrũ aliqua purgatio mũdi sit futura. p̃sertim cum vnũquodq; dicitur purgari cum sep̃atur illud qđ est extraneum ab ip̃o inducens in eo ignobilitatẽ. Sep̃atio enim illius qđ nobilitateꝫ inducit nõ dicitur purgatio: sed diminutio magis. sed hoc ad nobilitatẽ ⁊ ꝑfectõem ꝑtinet qđ aliq̃d extranee nature est admixtũ eis. qꝛ forma corp̃is mixti nobilior est forma simplicis. igit̃ elemẽta purgari nõ possunt. Ad hoc rñdet Tho. sup. iiij. dis. xlvij. ꝙ cũ mũdus aliquo modo ꝓpter hoĩem factus est: oportet qñ homo ſm corp⁹ glorificabit̃ etiã alia corp̃a mũdi ad statũ meliorem mutent̃. vt sit ⁊ loc⁹ ꝯueniẽtior ⁊ delectabilior aspect⁹. Ad hoc igitur ꝙ gloriaꝫ corp̃is homo ꝯsequat̃ oportꝫ ea pri⁹ remouere q̃ glorie opponunt̃ q̃ sunt duo. s. corruptio ⁊ infectio culpe. Simil̃r oportet elementa purgari a ꝯtrarijs dispositõib⁹ anteq̃ in nouitate glorie adducant̃. ⁊ ꝓportionabiliter qđ de hoĩe dictũ est. Quãuis enĩ res corp̃alis ꝓprie subiectũ infectiõis culpe esse nõ põt. tñ ex culpa q̃dã incõgruitas ĩ reb⁹ corp̃alib⁹ relinquit̃ ad h̃ ꝙ spũalib⁹ dedicent̃. Et ĩde videm⁹ ꝙ loca in q̃bus aliqua crimina sunt cõmissa non reputant̃ idonea ad aliqua sacra in eis exercẽda nisi purgatione quadam premissa. Et ſm h̃ ex peccatis hominũ quãdam in ydo-

neitatē ad glozie suſceptiōem pars mundi recipit que in vſum noſtruz cedit. ⁊ ꝗtum ad hoc mundatōe indiget. Similiter circa medium locum propter elementoꝝ contactuz multe ſunt coꝛruptōes. generatōes. ⁊ alterationes elementoꝝ que puritati illoꝝ derogant. et ideo ab his oportet illa purgari vt ſic glozie nouitatē decenter recipiant. Et ſic illa mundi purgatio remouebit a mundo infectionē a culpa relictam ⁊ impuritatē ꝑmixtiōis. ⁊ erit diſpoſitio ad glozie perfectionē. Et hec tria cōuenientiſſime fiēt per ignē ꝓpter tria. Primo quia ignis cum ſit nobiliſſimū elementoꝝ naturales habet ꝓꝛietates ſimiliozes ꝓꝛietatibus glozie. vt maxime patet de luce. Secundo quia ignis non ita recipit cōmixtionez propter efficaciaz virtutis actiue ſicut alia elementa. Tercio quia ſpera ignis eſt remota a noſtra habitatione. nec ita cōmunis eſt nobis vſus ignis ſicut terre aque ⁊ aeris. vnde nō ita inficiē. Et preter hoc habet maximam efficaciaz ad purgandum ⁊ diuidenduz ſubtiliando. Secundo principaliter queri poteſt de extenſione illius ignis cōflagrationis. ꝑ ſtum cū dicitur. ij. Petri. iij. q celi ardentes caloꝛe ſoluētur. ⁊ elementa ignis ardoꝛe rabeſcent. ſz celi qui ab elemētis diſtinguūtur ſunt celi ſuperiozes in quibus fixa ſunt ſidera. Ad hoc reſpōdet Tho. ſup. iiij. diſtī. xlvij. q purgatio mundi ad ℣ fiet vt a coꝛpozalibus remoueatur diſpoſitio contraria perfectōi glozie. que nimiruz perfectio eſt vltima rerum cōſummatio. Et hec indiſpoſitio in omnib⁹ coꝛpozalib⁹ inuenit licz diuerſimode. Nam in quibuſdā inuenitur indiſpoſitio ſm aliqd inherens ſubſtantie eoꝝ. ſicut in coꝛpoꝛib⁹ inferiozibus: que per mutuam cōmixtionē a ꝓpꝛia puritate decidūt. Et ideo oīa iſta inferioꝛa igne purgabūtur. Similiter ⁊ quatuoꝛ elementa. que quidem elemēta manebūt ꝗtuz ad ſubſtantiā ⁊ qualitates eoꝝ ꝓpꝛias. ſed purgabunt ab imperfectiōe quam ex peccatis hominū contraxerūt. ⁊ ab impuritate quam per actionem ⁊ paſſionē mutuam in eis ceperūt. quia iam ceſſante motu primi mobilis: actio ⁊ paſſio mutua in inferioꝛibus elemētis eſſe non poterit. Et licet ꝫ. Petri vlti. Glo. Bede dicat. q ignis ille duo elementa ex toto cōſumet. duo ℣o in meliozē faciem vel ſpeciē reſtituet. hoc tamen nō eſt intelligendū ꝗtum ad ſubſtantiam. ſed quia illa duo magis remouebunt a ꝓꝛietate quā nūc habent. ſ. ignis ⁊ aq. que maxime excedunt in qualitatibus actiuis. ſ. caloꝛe ⁊ frigoꝛe. q̄ ſunt maxime coꝛruptionis ꝓncipia in aliis coꝛpoꝛibus. Et quia tūc non erit actio ignis ⁊ aque ī inferno. vt poſtea videbit. ideo maxime mutari videbūtur a virtute quam nunc habent. Secundo reperit in quibuſdā coꝛpoꝛibus indiſpoſitio non per aliqd inherēs ſubſtātie. ſicut coꝛpoꝛibus celeſtibus in quib⁹ nihil inuenit repugnās vltime perfectōi vniuerſi ſed motus qui eſt via perfectōis. nec motus quilibet: ſed localis tantuz. qui nō variat aliqd quod intrinſecū eſt rei. vt ſubſtantiam aut quantitatē. ſed ſolum locum qui eſt extra rem. Et ideo a ſubſtantia celi non oportet q aliquid remoueat. ſed oportet q motus eius quietet. Quietatio ℣o localis non fit per actionem alicuius contrarij agentis. ſed per hoc q motoꝛ a mouendo deſiſtat. Et ideo celeſtia coꝛpa nec per ignem. nec per alicuius creature actionem purgabūtur. ſed ipa eoꝝ quietatio ſola volūtate diuīa accidens eis loco purgationis. Vnde celi in auctoꝛitate predicta non diſtinguūtur ab elementis. vt patet clarius textum intuēti. Dicit tamē ibidem Bonauētura. q ille ignis tantū aſcēdet quātum durant coꝛpoꝛa cōſumptibilia. Et quia coꝛpoꝛa celeſtia non ſunt receptibilia aliene impſſionis. ideo quātuz durat ſpacium elementa cōtinens: tātū aſcēdet flāma ⁊ non vlterius. Non enim aſcēdet vſq ad ſidera. plus tamen aſcendet ꝗ aqua diluuij. ſ. vſq ad vltimū ſpere ignis. Dō innuit in Glo. ꝫ. Petri. iij. vbi dꝛ q maxim⁹ ille ignis ꝗtuoꝛ elementa ꝓſumet. Ex his ꝓz q ardebit terra vſq ad inferos deoꝛſum. ſicut ait Auguſti. in ſermone de innocētibus. Et infernus nihilominꝰ ardebit licet non purgabit. ſz ad iſum ducentur

totius mundi purgamenta. Secūdo quia totum elementū aque per ignez purgabit. Vnde Sapien. xvj. Q. enim mirabile erit in aqua qō omnia extinguit plus ignis valebit. Vnde est enim orbis iustor. Et iterum ibi. Quodā tempore in aqua sup̄ verticez ignis ardebat vndicp vt in aquā terre nationem extermīaret: scilicet sodomam ⁊ gomorram quādo pluit ignem ⁊ sulphur vt sic terra in eternū aresceret sine spe germinādi. ⁊ ita grauius puniuit istos cp̄ primos diluuio peccatores. Similiter respiciens domin⁹ super Pharaōez ⁊ exercitum eius in mari rubro per columnā ignis ⁊ nubis: īmisit super eos vt dicit magister īhistorijs intollerabiles ymbres ⁊ grauia tonitrua ⁊ chorruscatōes. lampadesq̄ ardentes iniecit super eos. Quid mirū cum ⁊ in legenda beati Nicolai legitur diabolū fecisse oleum mediaton. qō contra naturam ardet in aqua ⁊ lapidib⁹. vt patet ibidem. Q. si obijciat illud Apocal. xxj. Vidi celum nouum ⁊c. qō dicit q mutatio aeris et terre dubitabilis non est Glo. quin p ignē fiat. sed de aqua dubitatur. Nam purgationem in seip̄a habere creditur. Ad hoc respondet doctor ibidem. q ratio dubitationis exp̄mitur in glosa. quia scilicet aqua in se virtutem purgatōis habere creditur non tamē virtutem purgatōis talis habz qualis futuro statui competit. Nam q prima purgatio facta fuit per aquā diluuij ex eo cōtingit q illa purgatio nō respiciebat nisi infectionē peccati. ⁊ tunc precipue reguabat peccatū cōcupiscentie. Ideo purgatio cōuenienter facta fuit per aquā. sed secunda purgatio respicit infectōem etiaz p̄mixtionis impuritatē. ⁊ cp̄tum ad vtrumcp magis fiet per ignem cp̄ per aquā. quia per aquā naturalis elementoz impuritas tolli non posset sicut per ignē. Et quia circa finem regnabit vitiū tepiditatis. qz refrigescet charitas multoz. vt dicit Isaie. xxiij. Regnabit etiam vitiuz cupiditatis que semper in senio crescit. ideo cp̄tum ad vtrūcp magis fiet per ignē purgatio vt tepiditas puniat. et cupiditas defraudetur cum omnia ī nihilū redigent. Que Ques

fetose. boues crasse. p̄mptuaria plena ⁊c. de quibus dixernut filij Adam populū beatum cui hec sunt. Tercio vo q totus aer purgabit. qz elementa totaliter purgabūtur ab impuritate ⁊ etiā ab infectōe peccati. qui etiā aer infectus est. vt patet per fumū idolatrie supioza inficiētis. Quarto denicp ignis purgabit seip̄m. Q. si obijciatur cum ignis sit pars mūdi purgatiōe indiget sicut ⁊ alie partes. non debet igit̄ idē esse purgans ⁊ purgatū. Ad hoc dicendum q ignis elemētaris qui est in spera sua nō venit in vsum nostrū. sed sic remotus est a nobis. ita q non patitur culpe infectionē vel impuritatis īmixtionē. ⁊ quo ad hoc poterit per ignem in sua puritate existentē fieri purgatio. Ignis autē in materia aliena indiget purgatōe ⁊ etiam ignis elementaris p tanto vt calidū vstiuum ⁊ omne qō grossum ⁊ fetidū erit ex aliena scilicet materia contractū debet separari ⁊ in gehennā mitti. vt postea videbit. Q. si quera vnde tanta insurgat ignis īmensitas. an forte de nouo creabit. Ad hoc respondet Bonauētura. q sicut in diluuio non sunt creata aq̄ noue. sed eedem ip̄e multiplicate operatōe ⁊ adiutorio superiorum corporum per que facta est eleuatio vaporum. sic non solum ignis qui est in spera sua: sed etiaz omnes ignes qui sunt in terra ⁊ super terram ⁊ sub terra incurrent ad illam inflagrationem. sicut videtur Augusti. velle. xx. de ciui. dei. q mundanoz ignīū inflagratiōe figura huius mundi periret sicut mundanarum aquarū inundatione factuz est diluuium. Vnde sic dicit doctor sanctus vbi supra. q ista inflagratio nihil aliud est cp̄ cōgregatio omniuz causarum superiorū ⁊ inferiorum que ex natura sua virtutē habēt igniendi. que quidem cōgregatio nō naturali cursu rerum: sed virtute diuina fiet et ex omnibus istis causis sic congregatis generabitur ignis qui faciē huius mundi exuret. Tercio principaliter q̄ri pōt de duratione illi⁹ cum de hoc auctoritates diuine scripture diuersimode loquantur et sentiant. Quidā etiaz duos ignes futuros esse perhibent. Vnde super illud Malach. iij.

Purgabit filios leui. dicit Glosa. Duos ignes legimus futuros. vnū quo purgabit electos ⁊ p̄cedet iudiciū, alterꝙ quo reprobos cruciabit. Ad hoc dicendum esse reor saluo sanctoꝝ iudicio q̄ ignis inflagratōis iudiciū p̄cedens cōtinue durabit quousq̄ data horribili sentētia reprobos cūctos inuoluat, ⁊ cum eis pariter descendat in penam damnatōis. Q. ō rationabiliter persuaderi p̄t ex dictis sacre scripture. Naz de igne inflagratiōis iudiciuz precedente nullus est doctoꝝ qui ambigat: dicēte ps: Ignis ante ipm p̄cedet, ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos eius. Vñ dicit doctor sanctus vbi supꝝ. q̄ illa inflagratio fm rei veritatē q̄tum ad sui initiuz precedet iudicium. Q. ō ex hinc mānifeste colligi potest. qz mortuoꝝ resurrectio iudicium p̄cedet. vt dicitur. j. Thessal. iiij. Mortui qui in christo sunt resurgent primi. Similiter autem erunt hec duo, cōmunis resurrectio: ⁊ sanctoꝝ glorificatio. quia sancti resurgentes corpora gloriosa resumēt. vt patet. j. Corinth. vij. et. xv. Seminat in ignobilitate resurget in gloria. Quādo vo corpa sanctoꝝ glorificabunt tunc etiam tota creatura renouabit suo modo. Vnde dicitur Ro. viij. q̄ ipa creatura a seruitute liberabit corruptionis in libertatem glorie filioꝝ dei. Cum igitur cōflagratio mundi sit disposita ad renouationē predictā necesse relinquitur q̄ ipa cōflagratio mundi ipam mūdi purgationē precedet. De igne vo cōcomitante iudicem vel iudiciuz dicitur Ysa. lxvj. Ecce dominꝰ in igne veniet, ⁊ q̄si turbo quadrige eius reddere in indignatione furorem suū ⁊ increpationē suam in flamma ignis. quia in igne dominus iudicabit. Nimiruz cum ⁊ dominꝰ decem p̄cepta daturus in monte syna venit in igne. Exo. xix. Mons syna fumigabat: eo q̄ dominꝰ descendisset sup̄ eum in igne, et ascenderet fumus ex eo q̄si ex fornace, eratꝙ mōs omnis terribilis. Et iterum ibidez. xxiiij. Erat autē species glorie domini q̄si ignis ardens super verticem montis in conspectu filioꝝ israhel. quādo scilicet Moyses fuit apud eum quadragīta diebus et quadraginta noctibus. Sic etiā horribili aduentu venturus est. p̄sertim cum iudicaturus sit. et rationem de singulis exacturus. sicut innuitur Ysa. xxix. vbi dicit. Repente a dño exercituū. visitabitur mundus. Sed quomō visitabitur subiungit dicens. Tonitruo ⁊ cōmotione terre ⁊ voce magna turbinis, et tempestatis. ⁊ flāme ignis deuorantis. Joel. ij. Ante faciem eius ignis vorans. ⁊ post eū exurens flāma. Hinc dicitur in ps. quo nihil manifestius. Deus manifeste veniet. deus noster ⁊ non silebit. Ignis in cōspectu eius exardescit. ⁊ in circuitu eius tempestas valida. Q. ō est etiam ostensum Danie. vij. vbi agitur ō antichristo ⁊ futuro iudicio. Aspiciebā scz post decessuz antichristi throni positi sunt. et antiquus dierum sedit. vestimentū eius quasi nix candiduz ⁊ capilli capitis sui q̄si lana mūda. Thronus eius flāma ignis. Glo. vt bonos purget: malos puniat. Rote eius. i. angeli ignis accensus scilicet ad vindictam. Nam currus dei decem milibus ⁊c. Sequit. Fluuius igneus rapiduſqꝫ egrediebatur a facie eiꝰ. Glo. i. vt peccatores tradat in gehennam. Deniqꝫ de igne sequēte iudiciuz dicit ibidem Bonauētura. q̄ ignis futurꝰ est ad iudicium ⁊ purgationem et innouationem mundi qui sequitur iudicium faciem mundi purgans ⁊ exurens. ⁊ reprobos crucians ⁊ in eternam damnatiōem inuoluens. Et sic erit post eum exurens flāma. vt dicitur Joelis. ij. ¶ Quarto principaliter queri potest de effectu illius ignis conflagratiōis. Ad quod dicendum q̄ habebit effectū ⁊ officiū q̄tuor igniū. Nā primo hēbit officiū ignis infernalis q̄ erit instrumentuz diuine iustitie reprobos adhuc viuos crudeliter puniendo et in cinerem resoluendo. ac iterum resurgentes exurendo ⁊ ad eternam damnatiōem inuoluendo. Vnde dicit Basiliꝰ sup̄ illud ps. Vox domini intercidētis flammaz ignis. Q. quo ad calidū vstiuum et q̄tum ad id qō in genere grossuz ⁊ fetidum reperietur descēdet ad inferos ad penā dānatoꝝ. qō vo subtile ⁊ luciduz est remanebit supius

ad gloriaz electoꝝ. scz ad adornandū hūc mundū. Secūdo ꝟo fungetur officio purgatorij, ꝓut etiam erit instrumentū diuine iusticie. Unde dicit doctor sanctus vbi supra. ꝙ boni vbi nihil purgandū inuenitur omīno nullū dolorez sentient ex igne. sicut nec tres pueri senserūt in camīo ignis Daniel. iij. Boni ꝟo in quib⁹ aliquid purgandum inuenit̄ cruciatuz doloris sentient ex illo igne plus vel min⁹ pro meritoꝝ diuersitate. Tercio ꝓinde gerit officiū ignis terrestris. i. virtutis naturalis. s. oīa vegetabilia ⁊ sensibilia ꝯsumendo. ⁊ etiam omnium hominū corpora in cinerē resoluendo. Dicit enim Bonauētura super. iiij. distin. xlvij. ꝙ ille ignis cum erit ad electoꝝ purgationē non erit ad eoꝝ ꝯsumptōem. sz sicut tres pueri in camino ignis ardentis diuina virtute illesi sunt cōseruati. sic fiet in illo igne qui eos purgabit pro q̄litate culpe. Unde. j. Thessal. iiij. Et mortui qui in christo sunt resurgēt primi. deinde nos q̄ viuim⁹ qui relinquimur. Glo. ab antichristi ꝑsecutōib⁹ simul rapiemur. Glo. ab angelis cum illis obuiaz christo in aera. In ipo autem raptu moriētur. tamē sine pena vt credendum est sicut de Johāne euangelista legitur. ⁊ statim resurgēt vt impleatur illud. j. Coꝝ. xv. Sicut in Adam omnes moriūtur. ita ⁊ in christo omnes viuificabunt̄. Unde dicit ibidē Glo. ꝙ in ipo raptu mors eoꝝ erit resurrectio. Quarto deniq̄ ꝯplebit officiuz ignis elemētaris. s. elementa subtiliādo ⁊ ad innouatōem disponendo. Ad laudē dei Amen.

De generali resurrectiōe ⁊ modo eiusdem. Sermo. v.

Omnes quidē resurgem⁹. sed non om̄es īmutabimur. j. Coꝝ. xv. Secunduz ꝟo cōcomitans iudiciū erit generalis resurrectio. Que cum sit difficilis ad credendū tradit de illa specialē doctrinā apl's. j. Coꝝ. xv. vnde verba thematis sumpta sunt. Et. j. Thessal. iiij. vbi dicit. Nolum⁹ vos ignorare fratres de dormiētibus vel mortuis: quos dormiētes appellat ꝓpter resurrectionis facilitatē. sicut aliquis faciliter suscitatur a somno. Nolumus igit̄ vos ignorare. s. ꝙ resurrecturi sint. vt non ꝯtristemini. i. nō totaliter tristemini sicut ceteri qui spem non habent resurrectōis scz. Si eniz credimus ꝙ Jesus mortuus est ⁊ resurrexit. ita ⁊ credere debem⁹ ꝙ de⁹ eos q̄ dormierunt per Jesum instrumētaliter vel in fide Jesu non solū suscitabit: sed etiā adducet cum eo. vt scilicz sint in eadē beatitudine ⁊ īmortalitate cuz eo. Quoniā ipe dn̄s in ꝓpria ꝑsona ī iussu. i. imꝑiandi potestate non in hūilitate. ⁊ in voce archangeli. i. facta ministerio archangeli Michaelis. qua dicet̄. Surgite mortui venite ad iudiciū. Et in tuba dei. que scz a deo habebit efficaciā. i. manifestationē sui aduent⁹ vt dicit Glo. qui tante erit efficacie ꝙ vt dicit̄ Math. xxiiij. Sic̄ fulgur exit ab oriente ⁊ apparet in occidentē. sic erit aduentus filij hominū. Et tunc mortui qui ī christo sunt. i. cum christo quiescunt resurgent primi. s. tempe. Deinde nos qui viuim⁹. s. illo tempe qui relinq̄mur ab antichristi ꝑsecutionib⁹ simul. rapiemur scz ab angelis cum illis in nubib⁹ obuiam christo in aera. ⁊ sic semper cum domīo erim⁹. Itaq̄ consolamini inuicē in verbis istis. s. de resurrectione futura. Ad maiorē autem euidentiam resurrectōis breuitatis gr̄a octo conclusiōes ꝓsequi statui. Quaruz prima est de resurrectōis veritate. de quo manifestauit Job cuius verba dn̄s cōfirmauit eiusdem. xlij. dicens. Nō estis ad me locuti recta sicut ꝑuus me⁹ Job. Ait enī. xix. Scio enim ꝙ redemptor me⁹ viuit ⁊ in nouissimo die de terra surrectur⁹ suz ⁊ rursuz circūdabor pelle mea. ⁊ ī carne mea videbo deum saluatorē meū. quem visurus suz ego ipe ⁊ oculi mei ꝯspecturi sunt. Glo. nō solum cordis. sed etiam corꝑis quātuz ad humanitatez. Et non alius. Glo. ex parte mea. Reposita est hec spes mea ī sinu meo Glo. Nihil nos certius habere credim⁹ q̄ qd̄ in sinu tenemus. In sinu igit̄ spem repositaz tenuit. qz vera certitudine de spe resurrectōis ꝑsumpsit. Istud etiā ratiōe

probari potest. Nam apostolus. j. Corin. xv. ꝓbare videt̃ resurrectionẽ ex remuneratõe: dicẽs. Si in hac vita tantũ in christo. i. in fide christi sperãtes sumus. ita vt futurã vitam non sperem⁹ in qua retributionẽ reciperem⁹: miserabiliores sum⁹ omnibus homĩbus. quia ⁊ miseri ĩ corpore in quo propter illum maiores miserias sustinemus. ⁊ miseri in anima ꝓpter errorez. ⁊ sic miserabiliores ceteris qui saltem seculi fruũtur delicijs. Et quia retributionẽ exspectam⁹ bonoꝝ opeꝝ. ⁊ anima se habz ad corpus vt forma ad materiã. ideo operatio est cõiuncti ⁊ non tantũ anime. vt patz per phm̃ in ꝑmo de anima. Hinc requirit̃ ꝙ homo cõpositus ex aĩa ⁊ corpe mercedẽ operis sui recipiat ad qd̃ ꝑsupponit̃ resurrectio corpis. Hinc ad ꝯfutandũ iudeorũ errorẽ non credentiũ mortuoꝝ resurrectionem: ostendit dominus Ezechieli ꝓphete xxxvij. ca. visionẽ de resurrectiõe: quã magister in histo. succincte ⁊ lucide comp̃hendit: dicens. In anno duodecimo trãsmigrationis venit ad Exechielem quidã qui fugerat de iherusalẽ: dicens. vastata est ciuitas. Qd̃ audiens om̃is trãsmigratio leuauit oculos: dicẽs. perijt spes nr̃a. abscisi sumus. non resurgemus. Et exclamauit Ezechiel. Hec dicit dñs. Cum sanctificatus fuero in vobis tollam vos de gentib⁹ ⁊ adducã vos in terrã vestram. ⁊ effundã super vos aquam mundã. ⁊ mundabimini ab omnib⁹ inquinamẽtis vestris. Et facta est super ꝓphetã manus domĩ. ⁊ duxit eũ in spiritu in campo qui plen⁹ erat ossibus siccis vehemẽter. eduxit ⁊ ait ad euz. Fili hominis putasne viuãt ossa ista? Et dixit. Domine tu nosti. Et dixit. Dic ad ea. ossa arida hec dicit dñs. Ecce dabo super vos neruos. ⁊ succrescere faciã carnes. ⁊ super extendã cutem: daboq̃ spiritũ ⁊ reuiuetĩ. Quo loquẽte factus est sonus ⁊ cõmotio. ⁊ accesserũt ossa ad ossa. vnũ quoq̃ ad iũcturã suam. Et ecce super ea nerui ⁊ cutis ⁊ spiritũ nõ habebãt. Et ait domin⁹. Clama ad spiritũ ⁊ dic. Hec dicit dominus. a quatuor ventis veni spiritus ⁊ infla super interfectos istos ⁊ reuiuiscẽt. Et factũ est steterũtq̃ super pedes suos exercitus grãdis nimis. Et dixit domin⁹. Ossa hec vniuersa domus israhel est. Et restituit spiritus ꝓphetaz in medio trãsmigratiõis. qui locutus est ad eos q̃ dñs sibi mõstrauerat in signũ duoꝝ. s. reuocatõis eoꝝ a captiuitate ⁊ resurrectõis corpoꝝ ĩ fine. Hec ibi.

Secũda cõclusio est de resurrectõis generalitate. ꝙ scz omnes qui receperũt animam rationalẽ corpore ⁊ anima resurgẽt in iudicio. sicut dicit̃ Joh. v. Omnes qui in monumẽtis sunt audient vocez filij dei. ⁊ qui audierint viuent. Qd̃ etiam ratiõe ꝓbari potest. Nam ad hoc resurrectio est necessaria vt resurgentes recipiant ꝑ meritis penam vel premiũ: sed omnib⁹ debetur pena vel premiuz pro merito ꝓprio sicut adultis. vel alieno vt paruulis. Vnde sm̃ Bonauent̃. in. iiij. quia anima paruuli cõtraxit originale in corpe ⁊ per corpus. ideo illi vniri debet: vt sicut ex vnione ad corpus peccauit: simul cum illo mulctetur pena damni vel sensus. Cuius nimiruz resurrectiõis causa est christi resurrectio. q̃a diuina dona a deo ĩ homĩes mediãte christi hũanitate tãq̃ mediatore ꝓueniũt. Et ideo sicut a morte spũali liberari nõ possumus nisi per gratie donũ diuinitus datũ. sic nec a morte corꝑali possumus nisi ꝑ resurrectionẽ diuina virtute factã. Et ideo sicut christus primicias gratie suscepit diuinitus. ⁊ eius gratia nostre gratie causa est. quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiaz pro gratia. sic in christo inchoata est resurrectio nostra ⁊ sua resurrectio causa nostre resurrectõis est. Sed virtus diuinitatis eius est causa principalis. Ipa vo resurrectio christi virtuti diuinitatis adiũcta est causa quasi instrumentalis. quia diuĩe operatões agebant̃ mediãte christi carne quasi quodã organo. sicut exempluz ponit Damasceñ. in libro. iij. de tactu corꝑali quomõ mundauit leprosum Math. viij. Hinc etiam omniũ hominum resurrectio habebit aliquid de similitudine resurrectõis christi: qd̃ scilicz pertinet ad vitam nature: sm̃ ꝙ omnes christo cõformes fuerũt. ⁊ ideo omnes resurgent in

vitam ĩmortalẽ. sed in sanctis qui christo
ꝑ grãm ꝯformes fuerunt. erit etiã ꝯformi-
tas quo ad ea q̃ sunt glorie. ¶ Tercia con
clusio est de resurrectõis tpe. qd̃ breuiter
lucideq̃ determinat apl̃us. j. Cor. xv. di-
cens. In momẽto. i. in breuissimo tempo
ris spacio. ĩ ictu oculi. i. q̃cito ocul⁹ ꝑcutit
visa ⁊ transit ad ea: vl̃ q̃cito percutitur a
palpebra. in nouissima tuba. i. postq̃ nõ e-
rit alia. Nomĩe autem tube aliqd̃ euidens
⁊ p̃clarũ signũ ĩtelligitur qd̃ quãdoq̃ vox
archangeli dicit̃. s. Michaelis instrumen
taliter. quãdoq̃ vox filij dei ꝓpter aucto-
ritatez mittentis. quãdoq̃ tuba dei ꝓpter
vehementiaz terroris. qñq̃ clamor ꝓpter
euidentiam operis. ad qd̃ signũ omnes re
surgent in instanti. Ad cui⁹ euidentiaz sci
endum ꝙ sicut Aug⁹. dicit ĩ. iij. de trinit̃.
ꝙ sicut corpa crassiora ⁊ inferiora ꝑ subti
liora ⁊ potentiora quodã ordine regũtur.
sic oĩa corpora regũtur a deo per spiritum
vite rationalẽ. Qd̃ etiam tangit Grego.
iiij. dialog̃. Et ideo in omnib⁹ que corpo-
raliter a deo fiunt: vtitur deus ministerio
angeloꝝ. In resurrectõe igitur erit aliq̃d
ad trãsmutationẽ corpoꝝ pertinẽs. scz ci-
nerum recollectio. forme ꝑegrine sepatio.
corpoꝝ ⁊ omniũ organoꝝ eius reparatio.
sanguinis pervenas diffusio. ⁊ similia. Et
q̃tum ad hec vtetur deus ministerio ange
lorum. ⁊ ideo non erit illud in instãti si in-
stans capiat̃ ꝓ tempe imꝑceptibili. qꝛ sine
motu locali fieri nõ possunt. Sunt tamen
nobis in instanti quodãmodo imꝑceptibi
li ꝓpter facilitatem operãdi que competit
angelis. Fiet etiaz ĩ resurrectõe infusio ani
me: que sicut ĩmediate a deo creata est. sic
ĩmediate a deo corpi denuo vniet̃ sine aliq̃
operatõe angeloꝝ. Simlr ⁊ gloriã corpo-
ris perficiet absq̃ ministerio angelorũ sic̃
⁊ aĩam ĩmediate glorificat. Hinc etiaz pa
tet ꝙ licet Ezechiel ĩ visione predicta loq̃
tur iudeis tanq̃ rudi populo distinguẽs ꝓ
cessuz resurrectõis ac si successu temporis
perficeret̃. Et Moyses in creatõe mundi
distinguẽs opera dierũ per dies vt rudis
populus capere posset. oĩa tamen simul fa
cta sunt ꝟm Aug⁹. non in tempe nobis sal-
tem notabiliter ꝑceptibili. qd̃ notat apo-
stolus: dicens. In momẽto in ictu oculi.
Et addens. ĩ nouissima tuba. significat ꝙ
non erit resurrectio nisi in fine tempis pre
sentis. Pro quo notandum ꝙ q̃uis hora
tempis qua resurrectio fiet determĩate sci
ri non potest. vt dic̃ magister in. iiij. disti.
xliij. Tamẽ ꝟm Tho. ibidem satis ꝓbabili-
ter a quibusdã dicit̃. ꝙ erit resurrectio q̃si
in crepusculo sole existente in oriente ⁊ lu-
na in occidente. qꝛ tali dispositõe sol ⁊ lu-
na creata credũtur. vt sic eoruz circulatio
compleatur penitus ad idem punctuz. Et
quando resurrectio fiet non erit amplius
tempus: sed terminus tempis. quia in eo-
dem instanti quo cessabit mot⁹ celi erit re
surrectio mortuoꝝ ⁊ non ante. Unde Bo
nauẽtura super q̃rtuz. dis. xliij. ponit ad h̃
sex rationes ꝯgruẽtes. Prima ratio est se
ueritas diuini iudicij que inflixit penã ĩci-
neratõis corpori vsq̃ ad aduentũ ꝟm filij
dei. dicens Genes. iij. Puluis es ⁊ in pul
uerem reuerteris. sicut penam carẽtie visi
onis diuine inflixit aĩe vsq̃ ad aduentum
primũ. Et hui⁹ ratio est. qꝛ ꝟm carnẽ om̃es
simul fuimus ĩ vno ꝓncipio peccati. Secũ
da ratio est meritũ fidei que multuz mere-
tur credendo nos reuiuiscere ⁊ remunera-
ri q̃ videmur sil̃es bestijs ĩ moriendo. Qꝛ
si illa exꝑimẽto videret tunc merituz non
h̃ret. qꝛ fides non habet meritũ vbi huma-
na ratio prebet experimẽtuz. Tercia ratõ
est corpis mistici. Quia enĩ omnes vnum
corpus sumus in christo. ideo necesse est ꝙ
q̃tum ad aliquã gloriã resurgamus simul
sed non q̃tum ad gloriam aĩe. q̃a ibi esset
maximũ damnuz ⁊ importabile. quasi igit̃
q̃tum ad gloriã corpis. Quarta ratio est
subsidiũ infirmitatis nostre. qꝛ sancti duz
sua desiderant corpora vehemẽtius etiaz
desiderant salutez nostram. Unde ad He
bre. xj. vbi cõmemorans fidem ⁊ fidelita-
tem patrũ antiquoꝝ: tandẽ subinfert. Hi
omnes testimonio fidei ꝓbati. i. approbati
ĩuenti non acceperũt repromissionẽ. i. am
bas stolas. s. corpis ⁊ aĩe deo ꝓ nobis ali-
quid meli⁹ ꝓuidente vt non sine nobis con
sumarentur. s. vtraq̃ stola vt in cõmuni re

surrectõe omniũ sit maius gaudiũ singulorum. Chris. Non illis iniuriã fecit: sz nos honorauit. Quinta ratio est manifestatio diuine iusticie. qz omnib⁹ debet esse notuz quãta iusticia damnat malos ⁊ saluat bonos. ideo vltimã distributionẽ distulit vsqꝫ ad nouissimũ vt omnes cõpareant. Sexta ratio est ꝯsumatio glorie. Nam qz spiritus angelici sunt adhuc viatores q̃tum ad ministratõem q̃diu hoĩes viuũt. ⁊ semper crescit gaudiũ eoꝝ accidẽtale ꝑm multitudinẽ electoꝝ. ido ĩ aliquo singlari modo nõ debuit gloria perfecte cõsumari donec ĩ omnib⁹ simul cõsumetur. Q⁹ si obijciatur illud Math. xxvij. Multa corpora sanctoꝝ qui dormierãt surrexerũt surgente domino. ⁊ venerũt ad sanctã ciuitatez. Ad hoc rñdet Tho. in. iiij. inclinãs ad hãc partẽ. ꝙ resurrectio eoꝝ vera fuit. qz ad h̃ ꝙ veꝝ testimoniũ de vera resurrectõe xp̃i ꝓferrent: ꝯgruũ fuit ꝙ vere resurgerent. sz eoꝝ resurrectio non est accelerata propter nos: sed ꝓpter resurrectiõem christi testificandã. Q⁹ quidẽ testimoniũ fuit ad ꝯfirmandã fidem noui testamẽti. vnde decentius factũ est per patres veteris testamẽti q̃ per eos qui nouo testamento fundato decesserãt. Ceteꝝ licz de eoꝝ resurrectiõe mentio fiat in euãgelio ante christi resurrectionẽ: hoc tñ est ꝑ anticipationẽ q⁹ frequẽter historiographis accidit. Null⁹ em̃ ante christum vera resurrectõe nisi denuo moritur⁹ surrexit eo ꝙ ip̃e est primicie dormientiuz. vt dicit. j. Coꝝ. xv. Quarta ꝯclusio est de resurgentiũ corpoꝝ idemptitate. quã oñdit Job. xix. dicẽs. In carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ. quez visurus sum ego ip̃e ⁊ non alius ⁊c̃. Ex quibus liquet ꝙ oportet animã resumere corpus p̃cise illud q⁹ deposuit. Cui⁹ ratio ẽ vt dicit Bonauent. vbi sup̃. qz corpus exq̃ vnitur anime rõnali statim habet ratõem ad ĩmortalitatẽ ꝑm diuĩam ꝓuidentiã. ⁊ anima naturalẽ habz appetitũ ad corpus: Et licet corp⁹ illud fuerit resolutũ vsqꝫ ad elementa: nihilomin⁹ tamẽ aĩa habet naturalem appetitũ ad hanc partẽ elementi: licet sit vnius nature cum alijs elemẽti partib⁹ nec distinctionẽ habeat ꝙ oĩno potest alij ꝯmisceri. ⁊ aĩe posset eque bene corpus ex alia parte elemẽti repiri eiusdẽ ꝯplexiõis habitudinis ⁊ ꝯplemẽti. Et ratio hui⁹ est qꝛ quãtumcũqꝫ fuerit simile alijs elemẽtis ⁊ ꝯmisceat̃ vni vel pluribus. semꝑ tñ manet eadẽ substantia materie cuz ratõne seminali. que licz nõ sit actu sepata ab alijs ꝑtib⁹ quib⁹ est ꝯmixta. est tñ sepabilis ⁊ distinguibil̃ saltẽ ꝑm potentiã ⁊ sapĩam diuinam que nouit in q̃d reducat̃ corpus hũanum q⁹cũqꝫ ⁊ quibuscũqꝫ mutatõib⁹ ⁊ cõuersionib⁹ sit mutatũ. Et sic per illi⁹ sapiẽtie discretionẽ ⁊ potentie operatõem illd̃ per easdẽ formas per quas disponebat̃ ad formatõem aĩe postmoduz disponit̃. Q⁹ si q̃rat̃ cur aĩa magis appetit illud q̃ aliud cum nulla sit p̃electio ꝓpter vniformitatẽ Rñdet Bonauẽtura ꝙ hoc est ꝓpter colligantiã ⁊ ꝯiunctõem quã prius habuit ad illud. q⁹ sic patet. Nam aĩa ratõnalis differt ab angelo. ⁊ ꝯmunicat cuz animabus ⁊ ꝓpter hoc habet inclinatõem ad corpus Sed qz rõnalis: ad corp⁹ habet humanuz Et qz nobilis ad nobilius organizatũ: sed magis ad propriũ corpus q̃ ad aliud propter ꝯiunctõem quã habuit ad illud. Exẽplum. si quis vellet ꝯtrahere cum duabus virginibus eque pulchris bonis ⁊c̃. ⁊ ip̃e ad vtrãqꝫ eque inclinaret̃. sed esto ꝙ alteri ꝯiungat̃ iam adeo colligat̃ vni ꝙ nõ curat habere aliam. nec daret hanc ꝓ illa etiam pulchriori ⁊ meliori. Sic aĩa tantũ afficitur ad substantiã carnis quã prius viuificauit ꝙ ei ꝯplete nõ sufficit: nisi illa eadem vbicũqꝫ lateat repetur. Et sic aĩe deus satisfaciẽs: ꝓprieqꝫ iusticie ꝓpriuz corpus adaptabit eidez: vt simul p̃mia vl̃ penas ꝑm merita vel demerita recipiant. Et in hac materia errabãt phi ⁊ quidã heretici. dicentes quidẽ animas a corpore separatas iterato corpibus ꝯiungi. sed in h̃ errabant. quia dicebãt eam iterum cõiungi corpi naturaliter per viam. s. generatõis. et ꝙ secunda ꝯiunctio non erat ad idẽ corpus q⁹ per mortem fuit depositũz: sed ad aliud. Et hoc dupliciter. s. vel ad idem specie. cuz scz aĩa bene viuens in corpore post

mortem aliqua felicitate ꝑcepta post aliq̃ secula ad corpus velle redire. ⁊ sic iterum corpi cõiungebatur hũano licet alteri numero. Vel etiam animã dicebant intrare corpus diuersum specie. cum scz anima exiens ꝑter ratiõis ordinem vitã duxerat ꝓpter qd̃ transibat post mortez de corpore hominis in corpus alicui⁹ animalis. cuius moribus viuendo se ꝯformauit sicut ĩ corpus canis ꝓpter luxuriaz. vel porci ꝓpter gulam. aut leonis ꝓpter rapinã ⁊ violentiam. ⁊ si de sil̃ibus. Quorũ error sicut detestatur: sic ⁊ manifestius cõuincit̃. quo[illegible] in resurrectõe resument idez corpus numero qd̃ deposuerunt. vt sic fiat isdem homo numero. tamẽ ex hoc ponat̃ resurgendi necessitas. vt homo finẽ vltimũ ꝓpter quem creatus est ꝯsequatur. s. eternaz beatitudinem. Alioquin non reciꝑet tot⁹ homo premiuz pro meritis ꝓprijs. qd̃ fit cum eadez anima eidez corpi numero ꝯiungitur. Et qd̃ maius est corpibus diminutis vt infantium ⁊ abortiuoꝝ habentiuz animã rationalez nihil addet̃ de materia ꝑegrina: sed sine additiõe materie corp⁹ adaugebitur: sicut ecõtra ſm quosdã gigãtibus d̃trahetur sine abstracitõe materie: ne scz ibidem appareat aliqua mõstruositas: aut notabilis corporũ ineq̃litas. sed om̃es vt dicitur Ephes. iiij. occurram⁹ in viruz perfectum. in mensurã etatis plenitudinis christi. vt postea plen⁹ videbit̃. Et hoc etiam tangitur Ysa. xxvj. de gigãtibus vbi dicit̃. Gigantes non resurgent. s. in statura ita mõstruosa. Similiter etiaz legitur de manna Exod. xvj. ⁊ ibidẽ magister in historijs. ꝙ nec qui plus collegerat ad ꝓpria veniens plus inuenit. nec qui min⁹ parauerat min⁹ reperit. sed omnes inuenerũt ad mensurã gomor. Unde ⁊ diuina virtute factũ est vt hec mẽsura sufficeret edacibus. ⁊ comedebatur ab omnib⁹. Ad laudẽ dei Amen.

De generali resurrectõe ac modo eiusdem. ac qꝛ damnatoꝝ corpora erunt incorruptibilia passibilia ⁊ incõsumptibilia.

Sermo. vj.

Omnes quidez resurgem⁹: sed nõ omnes ĩmutabimur. j. Coꝝ. xv. Pro lucidiori thematis intellectu dicit ibidẽ apostol⁹. Fratres ecce misteriũ vobis dico. i. occultũ hoc. s. omnes. i. tam boni q̃ mali resurgemus. sz non omnes ĩmutabimur. ⁊ erit in momento. ĩ ictu oculi. ĩ nouissima tuba. Ergo ibi erit breue tempus. celere opus. finis vltimus. Canet enĩ tuba. i. aliqd̃ euidẽs ⁊ preclarũ signũ diuĩe iusticie apparebit ad qd̃ subito sequet̃ viuificatio mortuoꝝ. ⁊ mortui resurgẽt ĩcorrupti. euident̃. ĩtegralit̃. mirabil̃r. ⁊ vniuersal̃r. Et nos scz electi ĩmutabimur. corpus assumẽtes gloriosum quatuor dotibus glorificatũ ⁊ qualificatum. s. impassibilitate. subtilitate. agilitate. ⁊ claritate. Sequit̃. Oportz enĩ ꝓpter bonũ nostrũ. s. ſuitiũ remuerãdũ. ⁊ ꝓpter veruz dei ꝓmissum corruptibile hoc corp⁹ idem numero induere incorruptiõem tanq̃ ornamentũ. vt scilicet iam non esuriat. non sitiat. nõ frigeat ac estuet ⁊c. Et mortale hoc induere ĩmortalitatez. s. vt vltra non dissoluat̃. Hec eniz sunt indumẽta salutis. De quib⁹ Ysa. lxj. Gaudens gaudebo in domĩo ⁊ exultabit anima mea in deo meo. quia ĩduit me vestimẽto salutis. Sequitur. Cuz autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ: tunc fiet. i. implebitur sermo qui scriptus est Ozee. xiij. Ero mors tua o mors. scd̃m quam ꝓphetiam absorpta est mors in victoria. i. christi in eius resurrectiõe. Sequit̃. Vbi est mors victoria tua q̃ scilicet om̃es vincebas? vbi est mors stimulus tuus. i. originale peccatũ quo puncti ⁊ venenati sumus om̃es? sicut exponẽs ꝓsequitur: dicens. Stimulus autẽ mortis peccatũ ẽ. s. origĩale. virtus ꝟo. i. augmẽtũ peccati lex. s. per occasionẽ. quia vbi nõ est lex: nec ꝑuaricatio. Hoc autem dicit ne quis credat ꝙ a lege sufficiens adiutoriũ cõtra peccatũ habuit. Sequitur. Deo aũt gratias scz ago. qui dedit nobis victoriaz peccati mortis ⁊ diaboli per dominũ Iesum christũ. qui non sibi sed nobis militauit ⁊ vicit. Vt igitur materiã de resurre-

rctione ꝓsequamur. Quinta cõclusio est de corpoꝝ resurgentiũ integritate. de qua iam dictũ est. Nortui enim resurgẽt incorrupti Glo. i. sine aliqua diminutiõe membroꝝ. Pro quo sciendũ ſm Tho. in. iiij. q. duplex ẽ deformitas. Una ex defectu alicuius membri. sicut mutilatos turpes dicimus. ⁊ de tali deformitate non est dubium q in corpibus damnatoꝝ etiã nõ erit qz omniũ corpa tam bonoꝝ q̃ malorum integra resurgent. Alia est deformitas ex debita partiũ dispositiõe. q̃ntitate. qualitate. vel situ. ⁊ de talibus ⁊ similib⁹ defectibus ⁊ deformitatibus sicut febres ⁊ alie hmõi egritudines que sunt interdũ causa deformitatis Aug⁹. indeterminatũ ⁊ sub dubio relinquit in Ench. Unde super hoc apud doctores modernos est duplex opinio. Dicit enim ibidẽ Bonauẽtura distĩ. xliij. q. Aug⁹. istam questionẽ insolutaz relinquit quasi non sit magne vtilitatis. Attamẽ cũ assignat rationẽ quare non debeat in hoc laborari determiationẽ hui⁹ questiõis nobis tribuit. Dum enĩ dicit q nõ debz nos molestare inquisitio circa pulchritudinez vbi est certitudo circa damnatõem. si enĩ ad hoc resurgunt vt damnẽtur nõ vt meliores: sed vt peiozis ꝓditionis sint: manifeste apparet q nõ habitur eis pulchritudo quã non habuerũt. nec auferetur deformitas quã habuerunt. Q⁹ si obiciẽ dei perfecta sunt opera. Dicendum q quãtum ad eos est pius reformator. qz ſm eandẽ formaz reformat quã eis natura dedit in generatõe ꝓmaria. In qua reformatõe apparet ꝓmo dei sapia. qz scit omniũ corpora eodẽ modo reparare. eodem modo scilicet sicut ante fuerũt. Secũdo eius iusticia vt sicut qui meruerũt ĩ pulchro remunerãtur eoꝝ pulchritudiné. sic qui in turpi peccauit in eius turpitudine cruciari debet. Porro sanctus Tho. ĩ ꝓtrariũ sentiẽs. dicit ibidem q illi rõnabilius dicunt qui ponunt q auctor qui naturã cõdidit in resurrectõe naturã integre repabit: ita q in resurrectõe totũ remouebiẽ quicqd defect⁹ aut turpitudinis ex corruptiõe vel debilitate nature vel ꝓncipiorũ naturaliũ in corpore fuit sicut febres lippiditudo ⁊ similia. qz licet errat natura: tñ auctor nature non potest errare cui⁹ perfecta sunt opa. Nec ĩ damnatis erit aliquid qd̃ in eis sensuz dolozis impediat. sed egritudines impediũt sensum dolozis ingẽtum per ea debilitanẽ organa sentiendi. Similiter defect⁹ membroꝝ impediret ne in corpe dolor vniversalis esset. Defectus qui naturaliter ex principijs naturalib⁹ in humano corpe ꝓsequũtur: sicut põderositas. passibilitas. ⁊ similia remanebũt in corpibus dãnatoꝝ quos defect⁹ gloria resurrectõis excludet a corporibus electorũ. Sexta cõclusio est de bũani corpis resurgẽtis totalitate. quam innuit dñs in euãgelio: dicẽs. Capillus de capite vestro non peribit. Pro quo notãdum q quicqd est de veritate nature ⁊ totum qd̃ est in homine resurget in iudicio. Q.d̃ sane intelligendũ est ꝓsiderata totalitate speciei: que ſm quãtitatez attendit ⁊ figuram. situz ⁊ ordinẽ partiũ. non tamen resurget totũ cõsiderata totalitate materie. qz tota materia que fuit in homie a ꝓncipio vsq ad finem quãtitatẽ speciei debitam excederet. Modo constat q materia carnis non habet ordinẽ ad animã rõnalẽ nisi ingẽtuz est sub debita forma. ⁊ ideo ratione illius habet ordinẽ ad resurrectõez. Similiter quicqd aduenit corpi ex nutrimento qd̃ nõ facit augmentũ: sed cedit in restauratõem de perditi nutriẽdo non cõputatur vt pars aliqua totius considerati ſm speciem: cũ non obtineat aliuz locũ vel sitũ in corpe quaz pars que fluxit tenebat cuius possit alia pars cõputari ꝓsiderata totalitate speciei. quia obtinet aliuz locũ ⁊ situm in corpe. Ex his patet q intestina resurgent in corpe sicut ⁊ alia membra. et plena erunt. non quidẽ turpibus superfluitatibus: sed nobilibus humiditatib⁹ et spiritibus qui totũ corpus ſm Bonauent. ibidem reddent agilius. Et requiriẽ in resurrectione q corpus homis esse anime totaliter correspõdeat. eo q non resurget nisi ſm ordinem quẽ habet ad animã rationalem. Unde oportet hominẽ perfecte resurgere. vtpote qui ad vltimaz perfectionem

ꝯsequendā reparat̄. Et ideo non solum il-
la que sunt de necessitate: sed etiā illa que
sunt de integritate ⁊ decētia ⁊ pulchritu-
dine. cuiusmodi erūt humores ī intestinis.
Nam dicit Augustinus de ciuit̄. dei. ꝙ in
omnibus visceribus que nulluz decus mo
do videntur habere: ita pulchritudo dele-
ctabit hominē vt omni forme apparenti q̄
oculis placet ſm mentis iudiciuz prefera-
tur. Similiter crines ⁊ vngues sunt de de
cētia ⁊ pulchritudine. quia caluiciū est im
perfectio nature. ⁊ hec duo sunt etiam ad
custodiam aliarū partiū corꝑis. ⁊ sic sunt
de secunda perfectōe iꝑius nature. ꝓpter
qd̄ oportet ꝙ in homīe resurgant in tanta
quātitate pro quāta sufficiunt ad debitū
ornatum. Non eniz omnes capilli qui pre
scindūtur ⁊ iterū crescunt resurgent. quia
tunc esset magis indecens nature q̄ꝫ orna-
tus. Septima cōclusio est de resurgenti
um quātitate vel corporis vel etatis. De
vtraqꝫ quātitate dicit apostol⁹ ad Ephes.
iiij. Ipse scilicz christ⁹ dedit quosdā apo-
stolos. quosdam ꝓphetas. alios euangeli-
stas. alios pastores ⁊ doctores ad ꝯsuma
tionem sanctoꝝ. vt in sanctitate cōsumen
tur qui iam sancti sunt ī opus ministerij. i.
vt quisquis posset implere op⁹ sui ministe-
rij. Si enim vnus omnia non perfecte age
ret singula. in edificatōnem corꝑis christi
mistici. i. vt qui adhuc alieni sunt edificen
tur in corpus christi. donec occurram⁹ om
nes in vnitatez fidei. i. cōfitēdo articulos
fidei. ⁊ agnitōis filij dei. i. virtutū quibus
deus agnoscit̄. Occurramus inq̄ꝫ obuiam
scz christo in viruz perfectū. i. perfecte sta
ture in mensurā etiaz etatis plenitudinis
christi: qui fuit trigintatriū annorū. vltra
illam etatem nihil homī naturaliter accre
scit quo ad perfectōem membroꝝ. Quan-
tum igitur ad primā quātitatez dicit Bo
nauētura super. iiij. dist. xliiij. ꝙ ex quo cor
pus humanū generatū est statim scit quan
tum debet esse in mole: licet nos non perci
piamus. quia iam est sibi totuz ratōne. Es
se autem ratione hoc est esse in quantitate
virtutis que distinguit̄ contra quātitatez
molis. Et hoc est esse ſm potentiam virtu
tis augmētatiue. Quātū igitur potest na
tura illud augmētare qui iaz paruul⁹ est di
citur esse tantus ratōe. ⁊ tantus erit mole
nisi ꝑpediat̄ occasionatōe. Quātitas igi-
tur rationis potest a statu ꝯpetente speci-
ei in aliquo deficere vel suꝑabundare vel
sufficere. Q⁊ igitur sufficiat est de integri
tate nature. Tunc eniz dicit̄ sufficere quā
do tantuz corpus ꝓducere potest quātum
humane nature cōpetit que determīatos
habet termīos in paruitate vel magnitu-
dine inter quos statura christi medium te-
nere creditur tanq̄ꝫ ꝑfectissima. Et q̄ꝫdiu
ab illa statura non recedit̄: ita ꝙ deformi-
tas generet̄: dicitur virtus augmētatiua
siue quātitas ratōis sufficiens. ⁊ resurget
vnusquisqꝫ ſm staturaz illi quātitati com
petentē. Si vo recedit̄ ab ea: ita ꝙ defor-
mitas generet̄ ī suꝑfluo vel diminuto: tūc
quātitas rationis fuit occasionata. ⁊ nō
fuit perfecta: sed viciata. Et ido tūc opor
tet detrahi vel addi. tamē sine additione
vel diminutiōe materie. vt ibidem tota ⁊
sola materia remaneat que est de veritate
nature. quia non oportz ꝙ deus adducat
materiam aliūde ad perficiēduz. sed possi-
bile est ꝙ de illo totum extrahat: sicut cuz
panes mltiplicauit quādo tot milia homi
num in deserto pauit. Quātum ad secun-
dam quātitatem scilicet etatis sciendum
ꝙ omnes resurgent tales ac tāti in corpo
re quales fuissent in etate virili. qꝛ illa eta
te christus mortuus est ⁊ resurrexit. ⁊ nos
in mensuraz etatis plenitudinis christi re
surgere debemus. Qd̄ ostendit ratōe do-
ctor sanctus super. iiij. dicens. ꝙ homo re
surget absqꝫ omni defectu humane nature
sicut eum deus primo absqꝫ defectu institu
it. Deficit igit̄ hūana natura dupliciter. q
Vno modo quia nondū consecuta est vl-
timaz perfectiōem. ⁊ sic deficit in pueris.
Secundo quia iaz ab vltima perfectōe re
cessit ⁊ sic deficit in senib⁹. ⁊ ideo in vtris-
qꝫ reducetur humana natura per resurre-
ctionem ad statum vltime perfectiōis qui
est in etate iuuenili ad quez termīatur mo
tus augmenti ⁊ a quo motus incipit decre
menti. Et ideo in hac etate mortu est chri-

stus ꝙ Adam formatꝰ. Et illa reductio ad virilem etatē sicut erit sanctis ad maiorē gloriam. sic erit damnatis ad maiorez penam. vt potentes potēter tormenta patiantur. Octaua conclusio est de corporū resurgentiū qualitate. Sed quia de qualificatione corporum electorum satis dixisse me memini in sermonibus de pascha. De qualitate autem corporū reproborū videamus. Nam sicut quatuor dotes corporū ad gloriam electorum: sic eorum contraria mala ad penam sunt reproborum. scilicet pro impassibilitate passibilitatez. pro agilitate ponderositatē. pro subtilitate grossiciem. pro claritate tenebrositatē patiuntur. de quibus gratia brevitatis supsedentes duo dumtaxat prosequmur. Primū est vtrum corpora damnatorū erunt incorruptibilia. pſertim cum omne compositum ex cōtrarijs sit corruptibile necessario scōm naturam: vt dicunt philosophi. Ad hoc respondet doctor sanctus super. iiij. distin. xliij. inter alia. ꝙ contraria ex quibus corpora componūtur non sunt prima principia agentia ad corruptionē: sed secunda. Nam primus agens ad corruptionem est motus celestis. Vnde supposito motu celesti necesse est corpus ex contrarijs compositum corrumpi ſm naturaz: nisi forte alia causa potior impediēs assit. Sed motu celi cessante contraria ex quibus corpus cōponitur non sufficiūt ad corruptionez faciendam etiam scōm naturam. ꝙ post resurrectionē motu celi cessante nulla qualitas erit sufficiens vt humanus corpus alterare posset a sua naturali qualitate. Ex quo patet ꝙ etiam scōm naturam damnatorū corpora corrumpi non poterunt post iudiciū. Et hoc deseruit diuine iusticie vt perpetuo viuentes: perpetuo puniātur. qō diuina iusticia requirit. Vnde Apocal. ix. In diebus illis querent homines mortez ꝙ non inuenient. et desiderabunt mori et mors fugiet ab illis. Et hoc innuit dominus in promulgatōne horribilis sententie dicens. Ite maledicti in ignem eternum. Et iterū. Ibūt hi in supplicium eternum.

Q. si queritur vtrum corpora damnatorum posita in supplicīū eternum erunt passibilia. pſertim cum dolor qui ex passione eorum proueniet si passibilia sunt omnem presentez corporum dolorem superare debet: sicut sanctorum iocunditas omnē presentem iocunditatem excedit. sed propter īmensitatem doloris in presenti statu anima separatur quandoq; a corpore. igitur fortius in illa īmensitate anima separabitur a corpore. Ad hoc dicendum scōm sanctum Thomaz ibidem. ꝙ sicut corpus cooperatur anime ad meritum: sic eidem cooperatur ad peccatum. sed propter cooperationem illam ad meritum non solum anima: sed ꝙ corpus premiabitur. Igitur simili ratione damnatorum corpora punientur. quod non esset si impassibilia forēt. Et ideo licet dictum est post resurrectionē motu celi cessante aliquod corpus a sua naturali qualitate alterari nō poterit: iō per consequēs nullum corpus poterit pati passione nature. poterit tamen ab igne pati prout ignis est instrumentum diuine iusticie. quia remanebit adhuc passio que est ꝙ modum anime. que tamen passio non separabit animā a corpore. quia dolor non separat animaz a corpore scōm ꝙ manet tātus in potentia anime cuius est dolere: sed scōm ꝙ a passione anime mutatur corpus a sua naturali dispositōe scōm modū quo videmus ꝙ ex ira corpus calescit et ex timore frigescit. sed post resurrectionez corpus non poterit trāsmutari a sua naturali dispositione. Et ideo quantuscunq; dolor sit animam a corpore non separabit.

Tercio queri potest vtrum ne sint ab illo igne cōsumptibilia: preserttim cum naturaliter ad vstionem sequitur inflāmatio et ad inflammatiōem cōsumptio. Quod sane intelligendum est cum illud quod inflāmatur leditur. quia albeston qui lapis est ferrei coloris ꝙ ab igne nomē sortitur. De quo dicit Ysidorus libro. vj. ꝙ semel accēsus nunq; extinguitur. Vnde in quodam templo veneris erat factum candelabruz ī quo erat lucerna lapidis huius sic ardēs

vt nulla tẽpestate: nullo imbre possz extin gui. de quo gentiles capti sacrilegio mira bantur. Sic inq̃ lapis inflammat: sed non leditur. et ideo non cõsumitur. Ad hoc re sponder Bonauẽtura super q̃rtuz. distin. xliij. q̃ nullo modo sunt ab igne cõsumpti bilia. quia nunq̃ sunt mortalia qõ sequere tur: sunt tamen corruptibilia incẽtum cor ruptio est idem q̃ priuatio bone dispositi onis. quia a corporibus damnatorũ auferetur quies ꝛ bona dispositio que generat in anima voluptatẽ. Hec est que continue corrumpitur. que corruptio est afflictõnis ꝛ non consumptõis. ꝛ hoc fit per adustio nem. Et possumus ad hoc manuduci exem plo et ratione. Videmus enim quedam in igne viuere ꝛ nõ deficere. sicut narrat Au gustin⁹. xxij. de ciui. dei. de salamãdra po nens exemplũ. Si igitur mirabilius est ali quod animal in igne cõseruari sine afflicti one ꝛ consumptõne q̃ affligi sine consum ptõne. ꝛ illud est scõm naturam possibile. non debeat igit̃ impossibile iudicari illud. Q. si obiciatur non est simile. quia natu ra illius animalis est igni conformis: natu ra vo corporis humani difformis. Respõ det ad hoc primo q̃ licet natura bũani cor poris scõm statum presentez sit ab igne cõ sumptibilis. nihil tamẽ prohibet quin crea tor posset ei talem naturam dare. sicut le gitur de mirabili christiana: que mortalis adhuc i igne permanere potuit viua. Hoc ipsum etiaz pbari potest exemplis sum ptis ex pte ignis. Nam ideo ignis ille vrit sed non consumit. quia pabuluz non requi rit. Exemplum habem⁹ in auro. qõ quidez inflammat̃: sed non consumitur. eo q̃ igni non prebet pabulum. sic nec igni infernali corpus humanuz. sicut Augustinus exem plum ponit de igne in partibus sicilie. qui mõtes illos ab antiquis temporibus estu are facit: ꝛ tamen adhuc integri pseuerãt Et in partibus orientalibus ignis inueni tur: qui positus super manuz vehementer affligit: et tamen de manu nihil consumit. vt habetur in legenda sancti Nicolai. Se cundo possumus manuduci ratione. quia scilicet hoc accidit taz ex parte agentis q̃ ex parte patientis. Nam igni inferni da ta est virtus ad inflammãduz ꝛ non ad cõ sumendum ꝛ corpori data est natura passi bilis ꝛ non ad deficiendum. Q. si quera tur ratio huius. Dicendum q̃ ex parte na ture est passibilitas ad suscipiendum: et ex parte dei est potestas ad danduz. ꝛ ex par te finis est cõgruitas ad sic faciendũ. quia in inferno homo debet cruciari vt manife sterur dei iusticia infinita. Nec est impossi bile vt corpus aliquod a calido tangatur ꝛ non consumatur: cuz videmus in natura corpus a frigido tangi. et calefieri potius q̃ infrigidari. vt patet in aqua ꝛ calce. Et sic̃ illa corrũpũtur ꝛ non psumũtur. sic cõ positio ex anima ꝛ corpore affligitur ꝛ nõ cõsumitur seu moritur. Denicq̃ q̃ imorta lia ꝛ passibilia corpora possunt affligi sine interruptione ꝛ consumptione est propter cõiunctionem indissolubilez anime ad car nem. Q. homo enim morit̃ dolore hoc nõ est quia dolor sit contrarius vite cum do lor non sit nisi in substãtia viuente: sed ꝗa nõ est indissolubr corpori alligata. Ido intensus dolor eaz expellit de presenti ha bitaculo propter peccatuz. Nam nunc est carcer tẽporalis: sed tunc erit perpetuus. Ex his patet q̃ corpora damnatoruz erũt incorruptibilia etiam per naturam. et erũt passibilia ꝛ incõsumptibilia. vt impleatur illud Ysa. vlti. Vermis eorum non morie tur. ꝛ ignis non extinguet̃. Vnde conque ritur in eoruz persona Iere. xxx. dicens. Quid clamas super q̃tritione tua. insana bilis factus est dolor tuus ꝓpter multitu dinem iniquitatis tue. ꝓpter dura pecca ta tua feci tibi hec. Vnde sicut in ꝓmo mo mẽto resurrectõis corpa sanctoꝝ erũt glo rificata ꝛ diuina psolatione plena. sic cor pora dãnatoꝝ erũt omni penalitate circũ data: ad gaudiũ electoꝝ et ad inexpñsibilẽ dolorem damnatoꝝ. Ad laudem domĩ no stri Jesu christi. Amen.

De sex que requiruntur ad debitam congregationem in extremo iudicio.

Sermo. vij.

Omnes nos manifestari oportz ante tribunal christi: vt referat vnusquisqꝫ propria corporis prout gessit. ij. Corinth. v. In ordine debito prosequendum est tercium concomitans iudicium: scilicet iudicialis congregatio que verbis propositis aptissime declaratur. quia in iudicio ex parte iudicādorum duo requirūtur que in verbis propositis includuntur. Primum est generalis resurgentium tam bonorum q̄ malorū congregatio cum iudice. quod innuit̄ cum dicitur. Omnes oportet nos manifestari ante tribunal christi. Secunduz est vniuersalis omnium operum nostrorum: tam bonorum q̄ malorum manifestatio: cum addit. vt referat vnusquisqꝫ propria corporis prout gessit siue bonum siue malum.

Quantum igitur ad primum sex requiruntur. Primum est congregatio omniuz hominum in valle iosaphat tam bonorum q̄ malorum. quia ibi erit generale iudicium. sicut dicitur Johelis. iij. Consurgant et ascendant gentes in vallem iosaphat. quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes. Et boni quidem congregabūtur ab angelis. sicut dicitur Math. xxiiij. Mittet angelos suos cum tuba. Lyra. quia ministerio angelorum colligentur cineres mortuorum cum tuba. sicut in datione legis auditus est sonus terribilis Exo. xix. Et tūc sonus similis audietur angelorum virtute factus in elemētis. Et voce magna. Ista vox erit christi vocantis ad iudicium. Et congregabit electos eius. s. angelorū ministerio tanq̄ conciues a quatuor ventis celi: id est a quatuor partibus terre. ⁊ per cōsequens ex omni parte terre. Nec erit labor angelis ad congregandum electos: vt pote iam ipsa corporis glorificatione beatos. Reprobi vero quorum corpora erunt ponderosa et fetida vt rationabiliter credi potest cōgregabūtur ab angelis malis: licet scriptura nō specificat. Vñ Math. xiij. In consumatione seculi mittet filius hominis angelos suos. et colligent de regno eius omnia scandala ⁊ eos qui faciunt iniquitatem. ⁊ mittent eos in caminū ignis. Et iterum Math. xxij. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manib⁹ ⁊ pedibus mittite euz in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiuz. Et hec congregatio fiet in valle iosaphat vbi erit extremuz iudicium propter tria. Primo quia ille locus positus est in vmbilico terre: iuxta illud Psal. lxxiij. Deus autez rex noster ante secula operatus est salutez in medio terre. Cōuenientius est enim q̄ in medio vocentur vndiqꝫ venturi: sicut legatus concilium conuocans circa medium terre legatione sua potissimum illud celebranduz discernit. Secundo quia iudicium cum discepratione quadaz fiet: iuxta illud Johelis iij. Cōgregabo omnes gentes. ⁊ ducā eos in vallem iosaphat. et disceptabo ibi cum eis. Cum igit̄ in disceptatōe solet fieri impperatio. Et quia hinc inter alia de⁹ maxime impperabit beneficia redemptōis quetaz misericorditer exhibuit ī carne. Et qz mouent magis ea q̄ oculis ostendunt̄. ideo non solū insignia passionis. sed etiam loca passionis eis ostendet in aere sublimatus in sede maiestatis dicens inter alia. Ecce hic vallis iosaphat in qua sepulta fuit mater mea de qua propter vos carnez assumpsi quem toto tempe matrez misericordie peccatorib⁹ deputaui ne p̄tenderent vela men desperatōis vel excusatōis. Ecce ibi caluarie locus in quo ꝓ salute vestra patibulo suspensus inter duos latrones crudelissima ⁊ acerbissima ⁊ abiectissima morte vitam finiui. Ecce sepulchrum in quo propter vos suscitandos triduo corpore post mortē quieui. Ecce illic bethleē in q̄ ꝓpter vos īops ⁊ pauꝑ effect⁹ fui pānicul̄ inuolutus ⁊ ī p̄sepio posit⁹. Ecce ihrl̄m de q̄ ꝓpt̄ vos baiulans mihi crucē cum maximo vi-

tuperio eiectus fui. Ecce mons oliueti vbi me ascendente, descenderunt angeli reditum meum qui nũc est prenũciantes: vt in tempore misericordie: misericordia digna penitentia requireret. Hec nimiruz ad dolorez magis mouebunt demonstrata. quia obiecta mouent potentias. Vnde legitur in scholastica hysto. ꝙ cum antipater accusaretur coram cesare de infidelitate erga romanos. ipe proiecta veste multitudinem vulneruz ostendit que propter romanos receperat: dicens. Non opus est verbis cuz cicatrices se tacente reclamarent ipsum fuisse fidelez romanis. Tercio quia decens est ꝙ ibi exhibeatur inflexibilis iusticia vbi exhibita ⁊ oblata fuit incomprehensibilis misericordia: vt illuc fiat reprobis maioris damnatiõis occasio. ⁊ electis maioris gratiarũactiõis incitatio. Secundum ꝟo est omnium spirituũ reproborum horribilis ⁊ metuenda conglobatio: qui profecto se presentabũt ad accusandũ peccatores: ostendẽdo tempus ⁊ loca quãdo et vbi peccauimus. personam cum qua peccauimus: nihil relinquẽtes indiscussuz Vnde dicit Augustin⁹. Tunc p̃sto erit diabolus verba professiõis nostre. ⁊ obijciens nobis quecũq; fecerimus. ⁊ in quo loco. ⁊ in qua hora peccauerim⁹. ⁊ quid boni tunc temporis facere debuimus. Dicturus est enim ille aduersarius. Equissime iudex iudica hunc esse meum ob culpam qui tuus esse noluit per gratiam. Tuus est enĩ per naturam. meus est per miseriam. tuus est per passionez. meus est per obsuasionẽ. tibi inobediens: mihi obediens fuit. A te accepit ĩmortalitatis stolam. a me accepit hanc pessimaz quam indutus est tunicam. Tuam vestem dimisit. cum mea huc venit. Equissime iudex iudica hunc esse meuz ob culpam suam: ⁊ mecum esse cõdemnandũ. Heu heu poterit ne talis apire os qui talis inuenitur vt iuste cum diabolo computetur. Haruz autem accusationũ erit tunc testis angelus custos ⁊ ꝯscientia propria. que sine dissimulatiõe seip̃am tunc iudicabit. Et inde sequitur horribilis reproborum artatio. quam tangit Ansel⁹. dicens. O q̃ anguste tunc erunt vie reprobis. superius erit iudex iratus. inferius horrenduz chaos. a dextris peccata accusantia. a sinistris infinita demonia ad infernuz trahẽtia. intus cõscientia vrens. foris mundus ardens miser peccator sic dep̃hensus quo fugiet. latere erit impossibile apparere intollerabile. Hinc ꝯsulit Eccl̃iastic⁹. xviij. dicens. Ante iudicium interroga teipsuz. ⁊ in conspectu dei inuenies ꝓpiciationez. Sic fecit abbas Agathon. qui stetit trib⁹ diebus ante mortez ĩmobilis apertis oculis ad recolligendũ se pro reddenda ratione. Qui cum pulsaretur a fratribus dicentibus Abbas vbi es? Respõdit. In conspectu diuini iudicij assisto. Dicunt ei. Et tu times pater? Respondit. Etiam. Et licet in custodiendis dei mandatis virtute qua potui laboraui: sed homo suz ⁊ nescio vtruz opera mea placuerunt dño. Tercium autem est omnium beatorũ spirituuz cõgregatio cum omnibus insignijs passionis christi. Naz dicit Chrisosto. in omelia de cruce ⁊ latrone. ꝙ sicut imperatorez legalis pompa p̃cedit ⁊ militaris ordo preeundo vexillum humeris portare consueuit: ⁊ his insignijs declaratur eius aduentus. sic domĩo de celo adueniẽte cetus angelorum ⁊ archangeloꝝ multitudo. signũ illud scilicz crucis humeris excelsis portabit. et regalem nobis aduentũ nunciabũt. Sic etiam apparebũt omnia alia passiõis arma. Et s̃m Chriso. non solum vulnerum cicatrices: sed etiam ipsam exprobratissimaz mortẽ ostendit. Et hoc tribus de causis. Primo ostensionez sue gloriose victorie. ꝓut postea videbitur. Secundo ad sue ostensionem supexcellentissime misericordie qua tam liberaliter tam vilissimos sarcinulos sua dignãtissima pietate de mortis faucibus eripuit. vt sic boni pleni⁹ diuinam percipiẽtes erga vere salutis opus sollicitudinem: prouocentur ad maiorem gratitudinem. Tercio ad ostensionem sue iusticie. vt scilicet ex hoc ostendatur q̃ iustissime reprobi sunt damnati qui tantum

preciũ sanguinis illius dãnabiliter ꝯtem-
pserũt. De hoc enĩ Chris. sup Math. eis
im ꝓperatões ĩgerit in h̄ ꝟba: dicẽs. Ego
ꝓpt̄ vos hõ fact⁹ sũ. ꝓpt̄ vos alligat⁹. delu
sus. cesus. ⁊ crucifix⁹ suz. vbi est tãtaꝝ me
arũ iniuriarũ fruct⁹. Ecce p̄ciũ sanguinis
mei quez dedi in redemptionẽ animaꝝ ve
straruz. vbi est merces vestra quam mihi ꝓ
precio sanguinis mei dedistis? Ego super
gloriã meam vos habui cum essem de⁹ ap
parens homo. ⁊ viliorez me oĩb⁹ reb⁹ vr̄is
fecistis. Nã omnẽ rem vilissimã terre am
plius dilexistis quã iusticiam m eã ⁊ fidez
Hec ille. Quartuz ꝓinde erit bonorum
⁊ malorũ separatio. Nam dñs angeloꝝ mini
sterio separabit eos ab ĩuicẽ sic̄ pastor segre
gat oues ab hedis. Et oues q̄dẽ statuet a
dextris. hedos autem a sinistris. Non ta-
men credendũ est ꝙ erũt in valle iosaphat
omnes: sed electi ꝓpria agilitate eleuabũ-
tur in aere super locũ illum. ⁊ reprobi licet
ponderosi diuĩa virtute simil̄r in aere po-
terũt suspendi. Et tunc diuidẽtur duo qui
prius erãt in domo vna. in mola vna. ĩ pi-
strina vna. ĩ lecto vno. vnus assumetur: et
alter relinquet̄. Et separabitur vir ab vxore
⁊ pater a filio. ⁊ mat̄ a filia. soror a fratre.
amicus ab amico. ⁊ erũt inimici homĩs do
mestici eius. Et a dextris quidez primo lo
co statuet eos qui pro noĩe eius ludibria ⁊
verbera experti sunt s̄m apostoluz ad He
bre. Insup ⁊ vincula ⁊ carceres lapidati
secti. temptati. in occisione gladij mortui.
qui circuierũt in melotis. in pellibus capri
nis egẽtes. ãgustiati. afflicti. q̄b⁹ dign⁹ nõ
erat mundus. Secũdo ꝟo loco pauperes
⁊ inopes. debiles ⁊ claudos. ceterosq̄ de
spectos ab amatorib⁹ hui⁹ mũdi. sicut ait
in euãgelio. Exi cito in plateis ⁊ vicos. et
debiles ⁊ cecos ⁊ claudos introduc huc vt
impleat̄ domus mea. Nõ ꝙ hmõi om̄es il
lic venient: sed quia tales maiorem occasi
onem emendatõis habentes vt in plurib⁹
citius ad deuz cõuertũtur. Et qd̄ illis de⁹
negat in temporalib⁹: plerũq̄ refundit il-
lis ĩ spiritualib⁹. In sinistra ꝟo parte po-
nentur hi quos enumerat Johãnes Apo
cal. vij. dicens. Reges terre ⁊ principes ⁊
tribuni ⁊ diuites ⁊ fortes. et om̄is seruus
⁊ liber absconderũt se. i. abscõdere deside
rauerunt in spelũcis ⁊ petris montiũ. ⁊ di
cunt montibus ⁊ petris: cadite super nos
⁊ abscondite nos a facie sedentis sup thro
num ⁊ ab ira agni. quoniaz venit dies ma-
gnus ire ipsorũ. Et quis poterit stare? Ni
mirũ quia s̄m Bernard̄. in sermone. Rudi
stabũt ante tribunal iudicis vt audiãt vo
cem iudicij: qui obdurauerunt aures suas
ad vocem cõsilij. Quid enim nunc loquit̄?
Penitentiã agite inquit. Multi tamẽ dis
simulant. multi cõtinent aures suas et di-
cunt. Dur⁹ est hic sermo. Non sic impij nõ
sic cum intonuerit dur⁹ sermo. verbũ aspe-
rum cum ꝓnunciatuz fuerit Ite maledicti
in ignem eternũ. Quintuz itaq̄ erit bo
norum ⁊ maloruz disceptatio. Tunc enim
vt dicitur Sapien̄. v. Stabunt iusti in ma
gna constãtia aduersus eos qui se angusti
auerunt. ⁊ abstulerũt labores eorum. Ibi
pupillus et orphanus. vidua et desolata.
pauper ⁊ inops vindictaz vociferabũt ad
inuicez. Ibi vox vna erit omniũ oppresso-
rum. vox sanguinis et merces detenta la-
borum. vox ip̄ius nature aduersus vitium
zodomiticum. vox deniq̄ omniuz qui vio-
lentiam. iniuriã. iniusticiaz. deceptionem
passi sunt. scilicet aduersus falsos iudices
scabinos. causidicos. testes. mercatores.
⁊ cõsimiles in iniusticijs ꝓximos circũue-
niendo. ⁊ vt dicitur Apocal. vj. clamabũt
voce magna dicẽtes. Vsq̄quo domĩe san
ctus. Glo. Richard̄. odiendo inquitatem
⁊ verus soluendo ꝓmissionez non iudicas
malos a bõis discernẽdo. ⁊ vindicas ip̄os
puniendo sanguinez nostrum. i. omnes in-
iurias illatas de his qui habitãt in terris
Dixi enim. vindictam mihi ⁊ ego retribu-
am. Et istam disceptationẽ in futuro iudi
cio tangit Psal. dicens. Beneplacitũ est
domĩo in populo suo. ⁊ exaltabit scz in re-
surrectione generali: mansuetos in salutẽ
scilicet eternam. Exultabunt tũc sancti in
gloria. scilicz corporis glorificati qd̄ tunc
habebũt. letabunt̄ in cubilibus suis. Glo.
. i. in ꝯsciẽtijs suis Exultatões dei in gutte
re eoꝝ. i. lingua eoꝝ. Sic enim exultabunt

in corde ⁊ ligna q̄ non sibi tribuent q̄ bo ni sunt: sed deo a quo recipiūt quod sunt. Et gladij ancipites. i. bis acuti. per q̄ intelligitur sentētia iudicij. in manibus eor. i. potestate eor. Ad faciendā vindictam in natiōibus: increpatiōes in populis. Lassi. Ecce quāta gloria ⁊ gaudiū sanctorum tunc erit quādo pauper qui erant derisui potestatē habebunt iudicare super eos. Sequit. Ad alligādos reges eor in ꝓpedib⁹ ⁊ nobiles eor in manicis ferreis. q̄s ligabunt in igne eterno. Vt faciāt in eis iudicium cōscriptum: gloria hec est omnib⁹ sanctis eius. Ecōtra vo de reprobis dicitur Sapiē. v. Videntes autez. s. reprobi electos in corpe glorioso fulgentes: turbabūtur timore horribili. Et quid mirū cum legitur Daniel. x. q̄ cum vidisset angelū in specie humana: vestitū lineis auro obriso: accinctū renibus. cui⁹ corpus quasi crisolitus. qui scz lapis lucet vt auruz. scintillat vt ignis. facies ei⁹ vt species fulguris. oculi vt lampas ardens. Ⅱ scapulis deorum quasi vt species eris candētis. Fuit itaq̄ ex hoc cōterrit⁹ Daniel q̄ cecidit et emarcuit q̄ non habuit quicq̄ viriuz. Si igitur tantū timuit iustus ad visionē vnius angeli. o quid erit impijs in die vindicte in presentia totius curie celestis. Hinc sequitur Sapiē. v. Et mirabūtur in subitatōe insperate salutis. s. electorum gementes. et pre angustia spiritus dicētes. Hi sunt q̄s aliquādo habuim⁹ in derisum ⁊ in similitudinez impropij. Nos insensati vitam illorum estimabam⁹ insaniam: ⁊ finem illoruz sine honore. Ecce quomō cōputati inter filios dei. ⁊ inter sanctos sors illorum est. Ergo errauim⁹ a via veritatis. lassati sumus in via perditōis. ⁊ ambulauim⁹ vias difficiles. Quid nobis ꝓfuit superbia aut diuitiaruz iactantia: quid cōtulit nobis? ⁊c. In horum argumentū refert Gregorius in dialogo. q̄ regi Wandalorū vium fuit de nocte q̄ ad iudicium raperet. Inter alios ergo iudices vidit Paulinū epiſcopum tunc captiuū quem rex multum affixerat in iudicio sedentem. ⁊ sententiā iudicis cōfirmantez. vt patet ibidez latius.

Sextum deniq̄ erit ipius iudicis apparitio. quem omnes videbūt i⁹ humanitatem in qua est iudicaturus. sed electi dūtaxat videbunt ipius diuinitatem. De quo queri potest vtrū apparebit reprobis i forma corpis glorioſi. ꝑsertim cuz dicit Christosto. q̄ venit christus in iudicium non solum vulnerum cicatrices: sed etiam ipsam mortem exprobratissimā ostendens. Ad B respondet Bonauētura super. iiij. distin. xlviij. q̄ christus apparebit in forma gloriosa non tantū bonis: sed etiaz reprobis Cuius ratio est. quia talis apparebit in iudicio qualem decet eum apparere ad cōfusionem inimicor ⁊ letitiam amicor. Sed inimici maxime cōfundūtur in gloria ⁊ exaltatione illius quem despexerūt. ⁊ econtra amici maxime letātur. Erit tamen differentia ex parte recipientiū formaz gloriosam. quia boni recipiūt illud cuz gaudio ⁊ gloria. sed mali cum confusione ⁊ pena. Confundētur enī in aspectu illius. nec poterunt vultum eius sustinere ꝓpter conscientie remorsum: ⁊ ꝓpter expectationē ferende sententie. sed ecōtra boni mirabiliter oblectabūtur in eius visione. Et licet insignia passionis et vulnerum cicatrices ibidem apparebunt sicut in martyribus cicatrices non sunt signa p̄sentis: sed superate infirmitatis. quia cōtum ad gloriam decentiam ⁊ pulchritudinē sunt signa victorie ⁊ glorie. Sic etiam intelligendū est in christo q̄ omnia illa insignia signa erūt mortis vilissime quam sustinuit. Quia tamen apparebūt in excellentia glorie: signū erunt glorie tunc p̄sentis. Vñ dicit Christosto. super Matheuz. q̄ crux radijs solis tunc erit lucentior. similiter et cicatrices. Ⅱpparente autem iudice vt dicit Matb. xxiij. plangent se omnes trib⁹ terre. Vbi dicit Chrisosto. Plangent se iudei videntes viuentem ⁊ viuificantem: quem quasi hominē mortuum estimabant. ⁊ cōuincentes se corpore vulnerato scelus suum denegare non poterūt. Plangēt se gentiles. q̄ vanis disputatōib⁹ ꝓhor decepti irrationabilē stulticiā eē putabāt deū crucifixum colere. Plāgēt se x̄piani pctōres q̄ magis

dilexerũt mundũ q̃ christuz. Plangent se heretici qui purũ hominem crucifixũ dixerunt: cum ip̃m esse iudicez viderint in quẽ compũxerũt iudei. Plangent se om̃es tribus terre. quia nec resistendi virtus ꝯtra eum est. nec facultas fugiendi ante faciem eius. nec penitẽtie locus. nec satisfactiõis tempus. Tunc eis erit angustia, rerũ omnium. nihilq; eis remanet p̃ter luctũ. Denicq; queri potest vtrũ extremuz iudicium q̃tum ad disceptationẽ fiet per locutõem vocalem. p̃sertim cum christus ſm formaz humanã iudicabit ĩ qua corꝑaliter ab omnibus videri possit. et ideo eadem ratione videt̃ ꝙ corꝑali voce loquet̃ et ab omnib⁹ audiatur. Ad hoc respõdet doctor sanct⁹ super. iiij. distĩ. xlvij. ꝙ quid sit circa hanc questionẽ verũ: diffiniri non potest. Probabilius tamẽ estimat̃ ꝙ totũ illud iudicium quo ad discussionẽ ⁊ bonoꝝ ꝯmendationem malorũq; accusationẽ mẽtaliter ꝑficietur. quia si vocaliter singuloꝝ facta discuterent̃ inestimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeret̃. Hinc dicit Augus. xx. de ciui. dei. ꝙ liber vite vis quedã intelligenda est diuina: qua fiet vt cuiq; opa sua bona vel mala in memoriaz reuocentur. ⁊ mentis intuitu mira celeritate cernãtur: vt accuset vel excuset scientia cõscientiaz: atq; ita simul omnes ⁊ singuli iudicentur. Nihil tamẽ ꝓhibet credere ꝙ aliqua christus etiã vocaliter in generali miseris magnatis improꝑabit fulminãdo de hinc finalẽ sententiã. Ite maledicti in ignẽ eternum. quia dicit Aug⁹. xx. de ciui. dei. Naz per quot dies hoc iudiciũ tendat̃ incertuz est. Q⁹ si mental̃r fuerit in breuissimo tẽpore: ĩmo in momento fieret. Ad laudem dei. Amen.

De manifestatõe vniuscuiusq; cõscientie. et de qualitate iudicij ac prolatõe extreme sententie. Sermo. viij.

Ite maledicti in ignem eternũ, qui parat⁹ est diabolo ⁊ angelis eius. Math. xxv. Expediti de his que p̃cedũt ⁊ ꝯcomitant̃ iudicium extremũ qđ ꝓprie fundat̃ in generali separatõe bonoꝝ: ac lucida mãifestatõe omnium vitioꝝ ⁊ virtutuz: qua fiet vt omnes agnoscãt q̃iuste damnant̃ reprobi ⁊ saluãtur electi. Nũc terciũ ꝓsequi statuim⁹ ea scz, q̃ sequẽtur vniuersale iudiciũ. que similiter tria sunt. s. extreme sentẽtie ꝓmulgatio. Ad cui⁹ euidentiã queri potest vtrũ potestas iudiciaria sit christi ſm diuinitatez vl̃ ſm hũanitatẽ. p̃ſtim cũ dicit̃ Danielis. vij. vbi đ extremo iudicio agit̃. Throni positi sunt. ⁊ antiquus dierũ sedit. Q đ Glo. exponit de patre. Sed ꝙ christo ꝯuenit cum p̃re cõuenit rõne diuinitatis: sicut est iudicare: vt patz. Ad hoc rñdet Bonauentura sup. iiij. diſ. xlviij. dicens. Ad hoc ꝙ iudiciũ sit firmũ oportet ꝙ ꝯcurrat auctoritas in sentẽtiando ⁊ potestas ĩ retribuendo p̃miũ ſm meritũ. Si alteꝝ eoꝝ defuerit non est firmũ iudiciũ. q̃ duo p̃ncipaliter sunt in deo. qꝛ in ip̃o est auctoritas ad sententiãduz. eo ꝙ dñs est oĩm ⁊ nos omnes serui eius. Simil̃r ⁊ potestas ad retribuendũ. qꝛ potẽtissim⁹ est. ⁊ non est qui de manu eius possit eruere. Et hec duo de⁹ trinitas homĩ christo ſm hũanitatez ꝯmunicauit. iuxta illud Math. vlt̃. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Cum igit̃ iudiciaria potestas illa duo respicit: q̃ sunt in deo per naturã. ⁊ in christo homĩe per gratiã. ideo per ꝯsequẽs potestas illa est christi ſm diuinitatẽ per naturaz. ⁊ ſm hũanitatẽ collata per gratiam. sicq; principalem habet potestatẽ ſm diuinitatez ⁊ ꝯmissariam ſm hũanitatẽ. Sed quãdo secunda operat̃ cũ recipiat̃ a prima ratio iudicãdi residet penes vtrũq;. vnde ne christus apparebit malis in forma dei. sed tantum habebũt cognitõez de diuinitate christi per effectus manifestos ⁊ signa manifestissima. ꝙ scilicet ip̃e est deus om̃ipotẽs. sed in forma propria per visionem aptam. cognitionem autem dei non habebũt. Cuius ratio est. qꝛ talis forma peccatorꝫ oculis est oĩno imꝓportionabil̃ ⁊ cunctis oculis qui non sunt sublimati per gloriam vel per gratie abundãtiam que reprobis non datur. Vnde ſm Augustinũ ⁊ Ysidoruz. si

reprobi visum haberēt aptum ad videndū
lucem illam inaccessibilez haberent etiam
summā delectatōem quā impossibile est es
b se ⁊ indecens peccatoribꝰ. Secūdo q̄ri
pōt vtꝝ vnicuiq; oīa sua bona ⁊ mala que
vnq̄ fecit erūt manifesta. sicut Augꝰ. sen-
tire videt̄. xx. de ciui. dei: dicēs. ꝙ vis que
dam diuīa aderit qua fiet ꝙ oīa ad memo
riam reuocent̄. Ad hoc rn̄det Bonauētu-
ra super. iiij. dis. xliij. dicēs. ꝙ oīm merito
rum ⁊ demeritoꝝ erit ibi memoria. Quia
sicut dicit apostolꝰ ad Ro. ij. Testimoniuz
reddente illis ꝯscientia eorū. Glo. salutis
vel damnatōis in futuro ⁊ inter seinuicez
cogitationū accusantiuz aut etiam defen-
dentiū in die cum iudicabit deꝰ occulta ho
minū. sicq; bone ⁊ male cogitatōes ibi pa
tebūt: q̄tomagis affectōes ⁊ operatōes.
Et licet non omnes cōputabūtur ad meri
ta vel demerita: tamē om̄es manifestabū-
tur. Nam per ostensionē iusticie in retribu
endo memorabūtur omnia bona et mala ī
quibus finaliter ꝑseuerauerūt. quoniā hec
sola remuneratōe sunt digna. Per osten-
sionem v̄o diuine misericordie de p̄terito
remunerabūtur mala bonoꝝ a q̄bꝰ sunt mi
sericorditer liberati. ⁊ bona maloꝝ que in
eis misericorditer operatus est deus: qui
solem oriri facit super bonos ⁊ malos. Et
si obijciat̄ ꝙ memoria maloꝝ facit tristici-
am: et memoria bonoruz tristiciā facit. sic
boni in aliquo ꝯtristarētur: ⁊ mali damna
ti letarent̄. Ad hoc rn̄det ibidem ꝙ veruz
est in his qui possunt letari et tristari: sed
mali non possunt letari: neq; tristari boni
possunt ꝓpter plenitudinē gaudij vnius ⁊
pene alterius. Insuꝑ memoria maloꝝ tri
sticiam quidē facit in ꝯsideratōe mali euē
tus: sed in ꝯsideratiōe boni euentꝰ. s. ꝙ de
tantis malis est misericorditer ereptꝰ ma-
ximā generat leticiā. ⁊ hoc erit in beatis.
Simil̄r dicenduz est de memoria bonoꝝ a
ꝯtrario in malis. Unde quidaz dicunt ꝙ
sicut virtus diuīa potens est in igne sepa-
rare lucem a caliditate: vt dicit Basilius.
sic a maloꝝ recordatōe mesticiaz seꝑabit.
Secūdo hoc est propter dignitatē status.
sicut enim angeli de bonis nostris glorian
tes de malis cōtristari non possunt absor
pti a gloria. sic nec beati. p̄ſtim cuz nunq̄
absolute mala recogitabūt. sed semꝑ ī cō-
paratōem ad deuz liberantē. ⁊ sic semper
generabit gaudium ⁊ non tristiciā. Ter c
cio ꝓinde queri potest vtꝝ tunc quilibet le
gere poterit in ꝯscientia alterius. p̄sertim
cum dicat̄. j. Coꝝ. iij. Nolite ante tempꝰ iu
dicare quousq; veniat dn̄s: qui ⁊ illumina
bit abscondita tenebrarū. ⁊ manifestabit
consilia cordiū. ⁊ laus erit vnicuiq; a deo.
Super quo verbo dicit Bern̄. ꝙ cūcta ar-
chana cūctoꝝ cūctis ibi patebūt. Ad hoc
rn̄det Bonauētura ibidē. ꝙ oīa oībꝰ nota
erunt tam bona q̄ mala in ip̄o iudicio: s̄m
ꝙ vult Ansel̄. ⁊ Bern̄. textusq; sn̄iaꝝ cum
Glo. ibidē ꝯsonat. Et hoc erit ad certaz li
bratōem meritoꝝ que scitur ī omniū actu-
um ⁊ effectuū. ⁊ bonoꝝ cogitationū ⁊ ma
loꝝ recordatiōe. Quia ostensio malorū in
bonis est ad manifestationē misericordie
diuine. Q⁊ si obijciatur manifestatio ma-
lorum est in pena ⁊ confusiōe. Respondet
ꝙ veruz est in malis: sed in eis qui penitē-
tiam egerunt est in gloria. Nam dicūt ali
qui ꝙ sicut cicatrices corporales in mar-
tyribus remanent ad gloriam: sic cicatri-
ces spirituales in penitentibus. quia vice
runt culpam sicut illi penaz. Sed tn̄ quic-
quid de hoc sit non remanet in eoꝝ contu-
meliam: sed in dei gloriam. quia liberauit
eos de tanta miseria. ita ꝙ peccata iusto-
rum videbūtur ⁊ de illoꝝ sanatiōe gratie
deo referētur. Unde peccatū Dauid Pe
tri Mathei omnibus notuz erit ad laudē
dei. Sic etiam omniū nostruz peccata om-
nibus iustis tunc erūt nota. non tamen in
confusionē nostram. sed in magnaz dei glo
riam dum ostendit̄ in hoc eius infinita mi
sericordia. Et huius ratio duplex pōt da-
ri. Prima ex parte eius cuiꝰ peccata ma- d
nifestātur. quia erubescētia est timor in ex-
spectatione cōuitij. Cum igitur in beatis
non cadit timor non erit erubescētia. Q⁊
autem in eis non cadit timor patet. quia
perfecta charitas foras mittit timorem.
Secunda v̄o est ex parte videntium. quia
nullus ibi vituperat̄. nullꝰ asper videtur.

sed potius deū collaudat. et ipsum laudat dum attendit dei virtutē in ipo cuius exēpluz est Magdalena. cuius peccatū publice recitātes non facimus ei cōtumeliam: quia nō recitamus ad eius ignominiā: sed ad laudem dei ⁊ suam. Nec ipa de hoc habet erubescentiā. nec cogitamus ea tanq̄ de peccatrice: sed tanq̄ de nobilissima domina que de multis malis est erepta. Unde ⁊ bonus cōfessor feruētius penitentem diligit. quia fidelius suas ignominias aperit: maxime dum attendit ipm cōteri ⁊ eiꝰ vincula dissolui per virtutē ⁊ misericordiam dei.. Quarto deniq̄ queri pōt vtrū omnia illa simul videbūtur ab omnibus sicut simul infligeť tota pena vel conferetur tota gloria. Ad hoc respōdet Bonauenť. q̄ omnes repente vel simul om̄ia peccata videbūt. ⁊ credendum est magis q̄ simul. Ad cuiꝰ euidentiā sciendū q̄ simul videre multa fieri potest tripliciter. scilicz aut ratione eius in quo videt. quia videt in vno multa. ⁊ sic in eterno speculo ꝯtingit videre multa. quia per idez in hoc videt diuersa. Aut ratōe sublimatōis intellectus qui per gloriam efficitur deiformis cuius gratia videt plura. sicut angelus beatus: licz non om̄imode sicut deꝰ simul cognoscit deum in se ⁊ in deo creaturā ⁊ in ꝓprio genere. Aut deniq̄ ratōe virtutis diuīe hoc facientis. Qui tamē nō efficit gloriā vt ostēdit ei exemplar eternum: sed leuat intellectum vt possit aliquid supra se vel ad gloriam vel ad penam. His tribus modis videbunt simul omnia beati in iudicio. Primis autem duobus modis videbūt in patria. sed tercio dūtaxat modo mali omnia videbūt in iudicio. Vtruz autem in inferno sic videant non de termino: q̄uis ꝓbabiliter h̄ dici possit vt pena vermis sit conseruata ⁊ vniformis. Quinto autē queri potest vtrū apostoli ⁊ eoꝝ imitatores ꝑfecti iudicabūt. sic innuere videť Math. xix. dicens. Vos qui secuti estis me in regeneratione cuz sederit filiꝰ hominis in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israhel. Ad hoc respōdet Bonauenť. sup. iiij. dis. xlvij. q̄ iudex ī aliquo dicit̄ duplici ratōe. s. aut quia ipius est ferre sentētiam. ⁊ ille est iudex ꝑncipalis. et talis est solus christus. sicut ipe dicit Math. xxv. exponēs qualiter in futuro ferre debet sententiā. Aut etiam quia assistit ferenti sicut alij iudices assistūt iudici principali ⁊ quodāmodo consulūt. ⁊ sic nomen et dignitatem iudicantis sortiūtur. ⁊ tales sunt viri perfecti qui vltra opa necessitatis preceptoꝝ superogauerūt perfectionem. Talis tamē assistentia non erit ad cōsulendum. quia consilio nō indigebit: sed erit ad quēdam honorem ⁊ ad ꝓximationē ad iudicē quem honorē appellare possumus honorabilem cōsessiōez. Et huius honorabilis cōsessionis ratio est merito perfectio supererogationis. Ratio vo finalis est ad condemnatiōem maloruz ex vite sue comparatione. ⁊ ad gloriam christi per sentētie eius approbationē. Sententiā enim domī approbabūt. ⁊ maloruz vitam sua comparatione cōdemnabunt. Q̄ si queritur vtrū angeli boni similiter iudicabunt. p̄sertim cuz ad humanā salutem taz sollicite laborauerūt ⁊ in pluribus labore suo fraudati sunt Ad hoc respondet ibidez q̄ iudiciaria potestas triplici de causa dicitur esse cōmunicata apostolis. Primo ratione comparationis. ⁊ hoc iudiciuz comparationis non solum erit apostoloꝝ: sed erit omniū hominum tā maloꝝ q̄ bonoꝝ. iuxta illd Mat. xij. Viri niniuite surgēt in iudicio ⁊c. Secundo ratōe approbatōis. ⁊ ea ratōe non tātū erit iudiciū bonoꝝ hominū: sed etiaz angeloruz qui sententiā iudicis approbabunt. Tercio ratione honorabilis consessionis. ⁊ sic erit perfectoꝝ tantuz. ⁊ sic proprie dicitur quis iudicare in foro: scilicz iudicij sententiā iudicis approbare. Nec tamen ꝑm Tho. ibidem hoc videtur sufficere ad complendā promissiōez dominicā qua dicitur. sedebitis iudicantes. Videť eniz iudicium cōsessionis supaddere. ⁊ ideo est quartꝰ modꝰ iudicādi qui ꝑfectis viris cōueniet inq̄tū ī eis ꝯtinenť decreta diuīe iusticie ex q̄bꝰ hoīes iudicabunť. sic si liber ī q̄ lex ꝯtineť iudicare d̄r. Preterea p̄tas hec

iudiciaria volũtarie paupertati ꝓmittit. ⁊ hoc ſm ſanctũ Tho. ſuper. iij. diſt. xlvij. per modũ meriti, quia ſcz bũilitati reſpondet exaltatio ꝓ merito. Inter oĩa autem que hominẽ in hoc mũdo deſpectũ reddunt ꝑcipuũ eſt paupertas. Vnde ⁊ chriſto homĩ iudiciaria poteſtas collata eſt, ꝓpter premiũ humilitatis quam in paupertate ⁊ paſſione exhibuit in qua copioſius ſanguinẽ ſuũ fudit ꝓ omnibus ꝯtum ad ſufficientiã: etiã ſi mille mũdi creati eſſent licet non in omnib⁹ effectum habuit ꝓpter impedimentũ in aliquib⁹ inuentũ. Et congruũ eſt vt omnes homĩes in iudiciũ venientes videãt eius exaltationẽ in humana natura ſm quam conſtitutus eſt iudex viuorum atq; mortuoꝝ. Hinc etiã pueri ante perfectaz etatem decedentes in iudicio cõparebunt, non quidez vt iudicẽtur: ſz vt
f gloriã iudicis videãt. Denicz queri poteſt vtr omnes veniẽtes ad iudiciuz iudicabũtur. ſicut ſentire videtur apoſtol⁹. ij. Corinᷓ: v. dicẽs. Omnes ſtabim⁹ ante tribunal chriſti vt referat vnuſquiſq; ꝓpria coꝝporis que geſſit: ſiue bona ſiue mala. Ad hoc rñdet doctor ſanctus ibidem. ꝙ ad iudiciuz duo pertinẽt. Primũ eſt retributio premioꝝ. et ꝯtum ad hoc omnes iudicabũtur etiam boni. tam angeli ꝙ homines: eo ꝙ vnuſquiſq; ex diuina ſentẽtia recipiet premiuz merito coꝝreſpõdens. vt pote boni in gloria recipiũt premiuz: mali in pena. Secundũ autem eſt diſcuſſio meritoꝝ. ⁊ illa non eſt niſi vbi eſt quedaz cõmixtio bonoꝝ meritoꝝ cum malis. ⁊ ideo ſolum cõuenit fidelibus. ꝓ eo ꝙ nõ in infidelibus non eſt fidei fundamentũ quo ſublato omnia opera ſequẽtia ꝓfecta carent intentõis rectitudine. Hinc nõ eſt ĩ eis ꝓmixtio bonoꝝ meritoꝝ ad mala q̃ diſcuſſiõez requirat. Sed infideles in quib⁹ fidei manet fundamentũ ad minus actũ fidei laudabilem habent: ꝯtuis ſine charitate non ſit meritoꝛius. tamẽ ꝯtuz eſt de ſe ordinatus eſt ad merituz. ⁊ ideo in eis iudiciũ diſcuſſionis, locũ habet. Et ſic qui fuerũt ſal tem numero ciues iheruſalẽ iudicabũtur. Infideles vo condemnabũtur vt hoſtes qui cõuenerũt apud homines abſq; meritoꝝ audientia exteriori. non tamẽ omnes fideles iudicabũtur. quoniã illi qui ſup fundamentũ fidei ſupedificant auꝝ. argentũ. ⁊ lapides ꝑcioſos diuinis ſeruitijs totaliter inſiſtẽtes. in eis diſcuſſio meritoꝝ locũ non habent, quia nullam admixtiõem notabilem alicui⁹ mali meriti habent ſicut illi qui rebus mundi abiectis ſollicite cogitant que ſunt fidei. ⁊ ideo non iudicabuntur: ſed ſaluabũtur ⁊ iudicabunt. Illi vo qui ſuper fundamentũ fidei edificãt lignũ fenũ ⁊ ſtipulã: qui ſcilicet adhuc ſecularia amant et terrenis negocijs implicanᷓ. ita tamẽ ꝙ nihil chriſto ꝓponunt. ſed peccata ſtudẽt elemoſynis expiare cõmixtionẽ bonoꝝ meritoꝝ cum malis quidez habent. et ideo diſcuſſio meritoꝝ ĩ eis locuz habet. ⁊ iudicabũtur: ſz tamẽ ſaluabũtur. Que tamen diſcuſſio non erit ad tollendã incertitudinem beatitudinis a cordibus eoꝝ. ſed vt ꝑeminẽtia bonoꝝ meritoꝝ ad mala manifeſte cunctis oſtendatᷓ. ⁊ ſic dei iuſticia approbeᷓ. Similiter ꝯuis eis qui in mortali decedunt cõſtet ꝓ certo de eoꝝ damnatõe. quia tamẽ aliqua que pertinẽt ad bene merendũ habent ãnexa oportz ad manifeſtatiõem diuine iuſtitie vt diſcuſſio de eoꝝ meritis fiat per quam oſtendatur eos iuſte a ciuitate ſanctoꝝ excludi: cuius ciues numero tantuz exterius videbãtur. Denicz videndũ eſt de fulmĩe horribili illius extreme ſentẽtie Ite maledicti in ignem eternũ. Quam qui audierint tynniẽt ambe aures eoꝝ. Naz diſtrictus iudex ad maiorem reproboꝝ deſperationẽ. Primo iuſtoꝝ ſententiaz ꝓmulgabit: dicens. Venite benedicti patris mei. Que ſententia cõtinet ſeptem clauſulas omni dulcedine cõplectendas. Prima eſt amabilis vocatio cum dicit. venite. Secũda eſt diuina benedictio cum addit. benedicti. Tercia paterna dilectio cum adiũgitur. patris mei. Quarta remuneratõis retributio cuz ſubnectitur. ꝓcipite. Quinta eſt eterni regni aſſociatio cum ſubinfert. regnũ. Sexta eſt in comꝑhenſibilis glorie ꝓparatio cum ꝙ ſequitur. qõ vobis paratum eſt. Septima

est eterna ꝑdestinatio: cuz cõcludit ab ori
gine mundi. Ex hac quidez dulcissima sen
tencia magis cruciabũtur reprobi cum ele
ctis a christo leticia inenarrabili. ⁊ chari
tate indicibili receptis: tanꝯ indignos et
ꝺo odibiles se videbũt a ꝺo reꝓbari exspe
crantes illam horribilem sententiaz Ite
maledicti ⁊c. Que continet sex clausulas
pre cunctis malis expauescẽdas. Prima
continet a deo separatõnem cum dicitur.
Ite. Secunda horribilem maledictõnem
cum additur maledicti. Tercia letalez in
clusionem: cum additur in. Quarta acer
bissimam penalitatẽ: cum adiũgitur ignẽ.
Quinta liberatõis desperationẽ: cuz sub
nectitur eternum. Sexta detestabilem as
sociationem: cum cõcluditur. qui paratus
est diabolo ⁊ angelis eius. Hinc merito di
scipulus dicit in horologio. De infernali
bus et damnatis et puersis spiritibus qui
banc faciem furibundaz in sua terribili di
spositõe absq; omni spe gratie visuri sunt
Deniq; declaratione huius horrende sen
tentie vide si placeat in alio sermõe supra
sub eodem themate. Ad laudẽ dei Amen.

De qualitate quantitate ⁊ situ purgatorij. et de statu purgando rum. Sermo. ix.

Sunt hi in supplici
um eternum. iusti autem in vitam
eternaz. Matꝫ. xxv. Secundũ
autem iudicium sequẽs est eterne pene ob
ligatio. que luculẽter in verbis propositis
innuitur. Ad cuius euidentiam duo prose
quenda sunt. scilicet de igne tam purgato
a rij q̃ inferni. Ad executõez igitur ignis
purgatorij primo queri potest vtrum in fi
ne vite penitẽtibus reseruatur aliqua pe
na post mortez. ꝑsertim cum deꝰ sit summe
misericors. ⁊ ideo qui in fine vite penituit
merito a tota culpa ⁊ reatu liberari debu
it. Ad hoc dicenduz q; in deletione pecca
ti duo sunt attendẽda principaliter. Pri
mum est contritio cum vera cõfessione vel
in facto vel in ꝓposito. Et de hac dicit san
ctus Thomas super quartuz. distin. xlvij.
q; intensio contritiõis potest attendi du
pliciter. Uno modo ex parte charitatis q̃
displicentiaz causat. ⁊ sic contingit tantũ
intendi charitatem in actu q; cõtritio in
de sequens merebitur non solum culpe re
motionem: sed etiam absolutionez ab om
ni pena. sicut ait dominꝰ de Magdalena.
Dimissa sunt ei peccata multa. Unde dicit
Lyra. q; erat tunc absoluta ab omni reatu
quia nimirũ plus deus affectat cordis af
fectum q̃ exteriorem actum. Sed per exte
riores actus quis soluitur a pena et a cul
pa. ⁊ ideo similiter fieri potest per cordis
affectum. quem tamen affectum rarissime
deus indulget in extremis primitus peni
tus. Alio modo potest attendi ꝓtritionis
intensio ex parte doloris sensibilis quẽ vo
luntas excitat in contritione. Et quia illa
pena quedaz potest etiam tantuz intendi
q; sufficiat ad deletionem culpe ⁊ pene. si
cut de quibusdam legitur q; propter dolo
rem sensibilem pro peccatis propriaz mor
tem acceleraverunt: licet hec dicta de lege
cõmuni minime cõtingant. ⁊ ideo pene re
atum in penitentibus relinquũt. ⁊ tempo
ralem penitentiam vel purgatoriam penã
exigunt. Secundum ꝺo quod est attendẽ
dum est exterior corporalis penitẽtia. Et
q̃tum ad illam dicit doctor sanctus ibidẽ
dist. xiiij. q; scõm philosophũ in. viij. Ethi
corum. q; tam iusticia q̃ amicicia in equali
tate quadam consistit. Qui igitur aliquez
offendit peccat contra equalitatem amici
cie inq̃tum debituz non impendit affectũ
⁊ contra equalitatem iusticie inq̃tuz rem
debitam subtrahit. Et sicut hec duo in of
fensa quandoq; diuidũtur. ita etiam in re
compensatõne separãtur. sicut quando pe
na per violentiã offendenti infertur: sic re
compensatio q̃tum ad iusticiam: sed non
q̃tum ad amicicia. Similiter quãdo of
fendens offensuz placat verbis: re subtra
cta nondũ restituta fit recompẽsatio ami
cicie: sed non iusticie. Peccator igitur per
affectum peccati amicicia dei violat ⁊ q
inobedientiaz diuine legis honorem debi
tum deo subtrahit. Ex primo amittit gra
tiam et incurrit offensam. Ex secundo ꝺo

meretur penam: vt ab eo qui per inobediē
tiam amiciciā subtrahit vel subtraxit: sub
trahatur per penam. et hoc meritum pene
reatus dicitur. Et ido per penitentiā qua
homo se deo supponit p̄terita detestando
cum emendatōnis ꝓposito peccatuz quod
remittitur q̄tum ad offensam: non tamen
oportet ꝙ remittatur ad totum reatuz ni
si pena iam soluta. Cum ergo diuina iusti-
cia exigat ꝙ peccatum hominis aut a deo
aut ab homine puniat̄: necesse est ꝙ qui in
fine penitet ⁊ penitentiā non totaliter cō
plet post hanc vitaz puniat̄. Alioquin tar
de ⁊ imperfecte penitens ex sua negligen-
b tia cōmoduz reportaret. Secundo que-
ri potest vtrum sit purgatoriū ponendum
post hanc vitaz. p̄sertim cum dicit̄ Apoc.
xiiij: Beati mortui qui in domīo moriunt̄.
āmodo enim iam dicit spiritus vt requie-
scant a laboribꝰ suis. ex quo videtur ꝙ nō
manet eis purgatorius labor qui in domi
no moriūtur. Ad hoc respondet Thomas
ibidem distin. xxj. ꝙ ex illis que iam dicta
sunt satis constare potest purgatoriū esse
post hanc vitam. quia si per cōtritionē de
bitam culpa non tollit̄ ex toto. nec reatus
pene. nec etiā semꝑ venialia dimissis mor-
talibus tollunt̄. ⁊ iusticia dei hoc exigit ꝙ
peccata per penam debitā expiētur: opor
tet ꝙ ille qui post cōtritiōem de peccatis
decedit ⁊ penitentiā completā nō perege
rit ꝙ post hāc vitā puniat̄. ⁊ ideo qui pur-
gationem negāt contra diuinam iusticiam
latrant. Ceteruz hec pena purgatoria ꝑm
legem cōmunez est pena ignis. ita ꝙ eodē
igne purgandi ⁊ damnādi puniūtur. Un-
de Grego. ꝙ sicut sub eodem igne aurū ru
tilat ⁊ palea fumat. ita sub eodē igne pec-
cator crematur ⁊ electꝰ purgat̄. Pro quo
sciendum ꝑm Thomā vbi supra. ꝙ licet de
loco purgatorij non inuenit̄ aliquid expres
se determinatū in scriptura. nec ratiōes ef
ficaces adduci possunt. ꝓbabile tamen est
⁊ magis consonū sanctoruz dictis ac reue
latiōi facte sanctis multis ꝙ locus purga
torij duplex est. Unus est locus cōmunis
ꝑm legem cōmunem. ⁊ sic locus purgatorij
est locus inferiori inferno ꝯiunctus. ita ꝙ
idē ignis sit q̄ dānatos in pena cruciat. et
iustos ī purgatorio purgat q̄uis damnati
ꝑz ꝙ sūt īferiores merito etiā ordinādi sūt
ī īferiori loco. Un̄ licet inferni pēa plurib⁹
nominibus appellat̄. vt in p̄s. Ignis grā-
do nix glacies spiritus ꝓcellaru ⁊c̄. Pur-
gatorij ꝟo pena vno tantū nomīe appella
tur. scilicet ignis. tamē credendū est ꝙ eis-
dem penis in purgatorio ꝑm proportionē
puniatur. sed quia pena inferni est ad affli
genduz. ideo omnibus illis nomīatur que
nos hic affligere solent sed pena purgato-
rij principalr est ad purgandum reliquias
peccati. ⁊ illis sola pena igins attribuitur
purgatoria. quia ignis purgare habet et
cōsumere. Alius est locus purgatorius ꝑm
diuinam dispositiōem. ⁊ sic in diuersis lo-
cis aliqui leguntur puniti vel ad viuorum
instructionem. vel ad mortuorū subuenti
onem. vt viuentibus eorum pena innote-
scēs per ecclesie suffragia mitigetur. sicut
refert Grego. ī dialog̃. ꝙ Germanus epi-
scopus capuanus Pascasiū qui in balne-
is purgabatur inuenit. Tercio ꝟo que- c
ri potest vtꝝ pena purgatorij excedat om
nem penam temporalez in hac vita. p̄ser-
tim cum dicit philosophꝰ in. ij. de anima.
Actus actiuorum sunt in patiente pre di-
sposito modo cōiunctuz ex anima ⁊ corpo
re est magis dispositum ad patiendum q̄
anima sepata. ⁊ per consequēs magis pas
siuum. tum quia habet contrarietatem ad
ignem agentez. tum quia habet materiam
susceptiuam qualitatis agentis. qd̄ de ani
ma dici nō potest. quare videtur ꝙ maior
pena est quaz corpus patitur in hoc modo
q̄ pena qua anima purgatur post hanc vi-
tam. Ad hoc respondet Richard̄. de me-
dia villa super q̄rtum. distī. ij. ꝙ pena ani-
marum causatur dupliciter. scilicet ex ab-
sentia boni. ⁊ dicit̄ pena damni et ex pre-
sentia mali. ⁊ dicit̄ pena sensus. Et vtro-
q̄ modo pena purgatorij maior est quali-
bet pena temporali. īmo vt dicit Tho. ibi
dem distin. xxj. quo ad vtrūq̄ minima pe-
na purgatorij durior ē q̄ quicq̄d in hoc se-
culo penarum. aut sentire: aut videre: aut
cogitare quis potest. Et huius p̄mi ratio

est. quia motus animarū in purgatorio ex quo mole corporis nō retardatur vehemētissime desiderat cum deo perfecta fruitione cōiungi. Quāto enīz magis aliquid desiderat: tanto eius absentia molestior est. Sicqz ex huius cōiunctionis absentia vehementissime affligūtur: maxime cum tempus adesse videant quo cum deo essent cōiuncte perfecte si duz in corporibus erant debitam penā peccatis suis persoluissent. Ratio vo secundi est. quia pena vl dolor non est solum lesio: sed etiā lesionis apprehensio vel sensus. et tanto magis aliquis dolet de aliquo lesiuo: quāto magis est sensitiuū ꝛ apprehensiuū. vt patet de illo qui potatur potu somnifero ꝛ sic incidit. Dīc ceteris paribꝰ tanto pena est grauior quā to lesionis apprehensio sit fortior. Et quia totus sensus corpis est ab anima: iam anima in purgatorio fortioris est apprehensionis qz duz erat in corpore mortali: ita ꝙ tunc perfecte sentit ꝛ apprehendit cruciatum suum qō non facit in corpore mortali quia in hac vita propter occupatōnem sui circa corpus est. sicut qui occupatus est in bello vel ī aliquo periculo qui nō percipit laborem suuz. Et ideo si lesionem inferens in purgatorio esset equale inferentibus lesionez in hoc mundo adhuc pena sensus in purgatorio longe maior esset pena qualibet in hoc mundo. Et sic anima licet sit minus passiua qz corpus: tamen est magis cognoscitiua passionis. ꝛ vbi est maior passionis sensus: ibi est maior dolor etiā si sit minor passio. Cum igitur ignis affligens animas ī purgatorio sit magis actiuꝰ igne nostro. q̄ tamen inter alia elementa est magis afflictiuus: nulli dubium esse debet qn pena illa longe grauior sit qualibet pena ī hoc mundo. qz sola lesio non sufficit ad penam sensus. sed etiam requiritur lesionis apprehēsio que maior est in anima separata qz corpori corruptibili cōiuncta. Q. si queratur cur tanta illic exigitur pena cum hic modica potuisset satisfecisse penitētia Ad hoc respondet Bonauētura ibidez. ꝙ hoc fit ex diuina iustitia que penam accepit nō fm ꝙ est punitiua tantū: sed plus fm ꝙ est in ea ratio ordinis recti. Et sc̄dz hoc est intelligenduz ꝙ est pena assumpta ꝛ inflicta. In pena assumpta non tantum placet deo ordo pene ad culpam: sed ordo ꝛ rectitudo que est in voluntate assumente. In pēa vo afflicta placet ordinatio pene ad culpam. Cum igitur pena penitentium est plus assumpta in presenti. pena vo mortuorū in purgatorio inflicta pro eo ꝙ tunc non est tempus agendi: sed recipiendi. ideo modica pena in presenti plus satisfacit. ꝛ de ea magis diuina iustitia est contenta qz de magna in futuro. et ideo quasi imꝓportionabiliter maiorem exigit satisfactionez. sicut a simili creditor magis acceptat vnam marcham auri qz quinqz argenti. Nam pena voluntarie assumpta est quasi aurum electum. pena vo inflicta respectiue quasi argentum vel plumbū. Q. si obiciatur penam purgatorij esse voluntariam. presertim cum omnis qui penā aliquam patitur si non vult eam pati iudicabitur impatiens ꝛ inferenti inobediens. ꝛ per consequēs infructuose patiens. quod non est sentienduz de animabus in purgatorio cuz sint in gratia cōfirmate. Ad hoc respondet ibidez Bonauētura ꝙ pena dicitur tripliciter volūtaria. Uno modo qa assumitur a voluntate imperāte. sicut est pena penitentialis. Allio modo quia sustinetur a voluntate acceptante. sicut est pena martyrum ꝛ omnium aduersitatum grauiter accepta. quia adeo eis placet ꝙ ab ea liberari non vellent. Tercio est quedaz pena que sustinetur a voluntate tollerāte vtpote pena q̄ est in patientia. ita ꝙ eius oppositum est in desiderio. sicut cuz amās ꝛ desiderans sanitatem infirmatur ꝛ sustinet infirmitatem quasi penam diuinitꝰ inflictam: attamen ab ea liberari procurat ꝛ illud minime habet rationē voluntarie. Et hoc modo volūtaria est pena in purgatorio in viris iustis qui volūtarie sustinēt ꝛ desiderant vehementer ad patriam peruenire: ꝛ alios sibi auxiliū p̄bere. Quarto denicz queri potest vtrum ignis purgatorij ꝛ inferni sit materialis vel spiritual. presertim cum Augustinus non solum su-

per Geneſ. ad literam: verum etiam in libro de trinitate dubitare videtur vtr ille ignis qui cruciat animas ſit materialis vel ſpiritualis. & hoc non ſolum de igne purgatorij: ſed etiam inferni in quo dives ille ardebat. Et ſuper illud. j. Corinth. iij. Qui edificat lignum fenum &c. ponens opinionem oſtendentiuz igne materiali & temporali animas poſt hanc vitam purgari. tandem ſubinfert. Non redarguo. quia forſitan verum eſt. Cuius dubitatio ſatis rationabilis eſſe videt. qz dives qui fuit in inferno cuius lingua vrebatur linguam corporalem non habuit. & qui portat lignuz. fenū. ſtipulam. non portat hec materialia ſecum: ſed ſpiritualia. que per metaphorā ſic nominātur. Et ita ſimiliter de igne ſpirituali metaphorice pōt intelligi. q ſi corporalis eſt quomodo poteſt agere in aīas ſeparatas. ſi vo ſpiritualis quomō in corpora damnatoruz non minimā habet queſtionem. Ad hoc reſpondet Bonauētura ſuper quartū. diſtin. xxj. q licet egregi⁹ doctor Auguſti. viſus fuerit dubitare. tamen alij doctores auferunt nobis dubitatiōem qui hoc cognouerunt multiplici ratione. ſicut Gregorij⁹ in. iiij. dialog. Yſidor⁹ de ordine creaturarū. Et cōmuniter tenent noſtri doctores nunc temporis exiſtentes. q ignis purgatorij et inferni ſit materialis. Vnde dicit doctor ſanctus ibidez. diſtin. xliij. de igne quo cruciabūtur damnatoꝝ corpora poſt reſurrectiōem oportet dicere q ſit corporeꝰ. quia corpori non poteſt pena cōueniēter aptari: niſi ſit corporea. Et Grego. in. iij. dialog. hoc ipo probat ignē inferni corporeū eſſe. quia reprobi poſt reſurrectionem in eum detrudētur. Q ſi obijciatur illud Damaſceñ. libro. iij. vbi dicit. Traderur diabolus & demones eius: & homo eius. i. antichriſtus. & impij & peccatores in ignem eternū. non materialē qualis eſt qui apud nos eſt: ſed qualē vtiqz nouit deus. Ad hoc reſpondet doctor ſanctꝰ ibidem. q per hoc Damaſceñ. non ſimpliciter negauit ignem eſſe materialē: ſed qa non eſt materialis talis qualis apud nos eſt. eo q quibuſdam ꝓprietatibus ab igne noſtro diſtinguit. Ignis iſte in modo actiōis ſue non ſequitur moduz culpe i eo qui igne crematur ſicut ignis ille: ſed magis modum humidi vel ſicci. ſicut in eodez igne videmus equaliter iuſtuz affligi & impiuz. Et ſm Grego. vnus quidez eſt ignis gehēne: ſed non vno modo cruciat omnes peccatores. Vniuſcuiuſqz enim in qz tū exigit culpa tantum ſentietur pena. Dicit igitur non materialis eſſe non qz tum ad ſubſtantiam: ſed qz tum ad punitionis effectū in corporibus. & multo amplius in animabus. ex eo q eſt inſtrumētuz diuine iuſticie. Q ſi querat qualiter ab igne corpeo poteſt anima ſeparata pati. cum dicit Auguſtinꝰ. xxj. ſuper Gene. ad literā q non ſunt corporalia: ſed corporabilib⁹ ſimilia quib⁹ anime corporibus exute afficiūtur: ſiue bene ſiue male. Ad hoc reſpondet Thomas ibidem. q corpus in ſpirituz naturaliter agere nō poteſt. nec ei aliquo modo obeſſe vel ipſum grauare: niſi ſm q aliquo modo corpori vnitur. Sic enim inuenim⁹ q corpus quod corrūpitur aggrauat animaz. Spiritus igitur corpori dupliciter vnitur. Primo vt forma materie: vt ex eis fiat vnum ſimpliciter. & ſic ſpiritus viuificat illud. & ab illo grauatur. ſed ſic ſpiritus homis vel demonis igni corporeo non vnit. Alio modo ſicut mobili vel ſicut locutuz loco eo modo quo incorporalia ſunt i loco. & ſm hoc ſpiritus incorporei creati loco diffiniunt: ſic exiſtentes in vno loco q nō ſunt in alio. et ſic ſpiritus hominis vel demonis igni corporeo vniri poteſt. Licet autem res corporea habeat ex natura ſua q ſpiritum incorporeuz loco diffiniat: non tamen habet ex ſua natura q illum loco diffinitum detineat: ita q ad alia diuertere nō poſſet. ſed ꝫ ſuperaddit igni corporeo ꝓut eſt inſtrumētum diuine iuſticie vindicantis. & ſic ſpiritum detinet alligatū. & ſic ignis ille eſt ſpiritui noxius. Et ſic anima ignez vt ſibi noxium vides ab igne cruciatur. Vnde Auguſtinꝰ. xxj. de ciui. dei. q ſicut anima i hominis conditiōe iungit corpori vt ei det vitam. cuius illa ſit ſpirituale & hoc corporale. ex qua cōiunctiōe vehementer ꝓcipit

amorem ad corpus. sic igni ligatur anima vt accipiens ab eo penam ex qua cõiuncti one concipit horrorẽ. Et licet spirit⁹ damnati ex dispensatione quãdoq; sunt extra infernum. semper tamen ignem eternũ videntes quem eis in penam eternã paratũ cognoscunt. ⁊ vbicunq; sunt ab igne infernali affligũtur: ex eo q; illa visio sit ĩmediate affligens timore ⁊ dolore. ita q; scõm Gregor. in. iiij. dialog. anima incendium non solum videndo: sed experiendo patiatur. Et sicut gloria electorũ in nullo minuitur. nec q̃tum ad premium essentiale. nec q̃tum ad premiũ accidentale si quãdo extra celum empyrium sit qõ quodãmodo in eorum gloriam cedit. sic etiam in nullo minuitur pena damnatorũ si ex diuina dispẽsatione ponantur ad tempus extra infernum. Hinc dicit Glo. super illud Jacobi iij. Inflãmat rotam nativitatis q; diabolus vbicunq; sit: siue in aere siue sub terra secum fert tormenta flammarũ suarum. et sic semper detinet ab igne gehẽne. Ad laudem dei Amen.

De inferno ⁊ penis ignis vermis et carentie diuine visionis. Sermo. x.

Ibunt hi in supplicium eternum. iusti autem in vitam eternã. Matth. xxv. Expediti vt cũq; de igne purgatorij: iam prosequẽdum de damnatõne reproborum in ignem eternum. Ad cuius euidentiã primo queri potest vtrum ille ignis cõflagratõis inuoluet reprobos. sicut videtur innuere Danielis. vij. vbi dicitur q; fluuius igneus rapidusq; egrediebat a facie eius: scilicet iudicis sedẽtis in throno. Glo. vt peccatores traheret in gehennam. Et loquitur auctoritas illa de illo igne de quo nunc fit mentio. Ad hoc respondet doctor sanctus sup quartum. distin. xlvij. q; tota purgatio mũdi ⁊ innouatio ad purgatõem hominis et innouatõnem ordinabitur. ⁊ ideo oportet q; mundi purgatio ⁊ innouatio purgationi ⁊ innouatiõi humani generis respondeat. Humani igitur generis purgatio quedam erit q; mali segregabũtur a bonis Luce. iij. Cuius ventilabrum in manu eius. ⁊ purgabit aream suam. et cõgregabit triticum suum. i. electos in horreum suum. paleas autem. i. reprobos comburet igni inextinguibili. Sic erit ⁊ de purgatiõe mundi quia quicq̃d erit turpe ⁊ fedum. quicq̃d in q̃ erit penale quocũq; modo cum reprobis in infernum retrudetur. vt fetor. ardor. fumus. tenebre. ⁊ similia. Quicq̃d autẽ erit pulchrum ⁊ nobile reseruabitur in superioribus ad gloriam eternam electorum. Unde scõm Basiliũ sup illud Psal. Vox domini intercidentis flammam ignis. Ignis conflagratõis quo ad calidum vstiuum. et q̃tum ad id quod in igne grossum inuenit descendet ad inferos ad penam damnatorum. quod vo est ibi subtile et lucidum remanebit superius ad gloriam electorũ. Et similiter intelligendum est de alijs elementis ⁊ elementatis quicq̃d reperitur penale in eis quocũq; modo descendet inferius ad penam damnatorum. Propterea dicit Bonauẽtura super quartũ. distin. xliij. q; in inferno quatuor elementa esse credũtur ad perfectam damnatorum punitõnem: vt omnis creatura exardescat ĩ tormentũ cõtra iniustos. et armetur in vltionem creatoris. ⁊ per eandem puniantur ex quibus corporaliter cõstituũtur. Et quia sunt ibi ad penam. ideo p̃cipue illa esse dicũtur ibi que magis vigent in qualitatibus actiuis vt ignis ⁊ aqua. Juxta illud Job. xxiij. Transibũt ab aquis niuium ad calorem nimium. Nam q; alia elementa sint ibi videtur per illud Psal. Ignis grando nix glacies spiritus procellarũ. Per quem spiritum aer non incõuenienter intelligitur. Et iterum Ysa. xxxiij. Erit terra eius in picem ardentem nocte ac die. ⁊ non extinguetur in eternum. Verũ tamen quia ignis maxime est actiuus: ibi ignis est qui maxime viget. Hinc in scriptura per ignẽ omne acerbe puniens significari solet. et ideo dominus igne cõminatur tanq̃ precipuum tormentũ: intelligens sub igne omne aliud afflictiuum. Et si queratur per quem modum

a

ibi esse elemēta intelligūtur. Ad hoc respō
b det ibidem Bonauētura. q̄ sunt ibi confu
sa ⁊ non distincta nec ordinata. nec illa cō
fusio penā minuit: sed auget. q̄ eo q̄ actio
elementoꝝ mutua post resurrectiōem moꝛ
tuoꝝ cessabit. sed tantū manebit actio eo/
ruꝫ in coꝛpoꝛibus damnatoꝝ. quia ad hoc
omnis virtus eoꝛuꝫ dirigetur nō tanc̄ in
tendentia multiplicare ſpeciem ſuam: ſed
ſm imperiū creatoꝛis intendēt vindicare
iniuriaꝫ quod fit in affligendo humanā na
turam. Et licet illa toꝛmenta videātur te
nere viciſſitudinē. iuxta illud Job. xxuiij.
Transibūt ab aquis niuiuꝫ ⁊c. Tamen ſm
rei veritatem omnia ſimul patientur. nec
vnuꝫ aliud impediet: ſꝫ magis adaugebit.
Sicut a ſimili legitur Exoð. ix. q̄ domin⁹
pluit grandinē ſuper terram egypti. ⁊ grā
do et nix mixta pariter ferebātur. Ex quo
patet q̄ ibi fuit ignis ardens ⁊ aqua con/
gelans. ⁊ aeris perturbatio ⁊ terre feroꝛ.
Vnde Grego. In inferno frigus erit im/
poꝛtabile. ignis inextinguibil. feroꝛ intol
erabilis. Ex quibus cōcludit q̄ ſicut om/
nis creatura erit beatꝫ materia gaudij: ſic
damnatis ex omnib⁹ creaturis toꝛmentuꝫ
accreſcet. Vnde ⁊ in oīnibus ſenſibus ex
terioꝛibus penam inexpīſſibilem recipiēt.
Quod ſic ptꝫ. Nam viſus ibidem crucia/
bitur p tenebꝛas. iuxta illud Matb. xxij.
Ligatis manibus ⁊ pedibus ꝓ̄icite euꝫ in
tenebꝛas exteꝛioꝛes. Vnō doctoꝛ ſanct⁹
ſuper q̄rtuꝫ. diſt. l. dicit. q̄ infernus ita de
bet eſſe diſpoſitus. ita q̄ nihil ibidem per/
ſpicue/videatur: ſed ſolum ſub quadā vm
bꝛoſitate illa videtur que coꝛdis afflictio/
nem ingerere poſſunt. ſicut laruales demo
num facies et ſimilia. Et ſic ſimpliciter lo/
quēdo locus erit tenebꝛoſus: licꝫ ex diuina
diſpoſitiōe aliquid luminis habeat ad vi/
dendū ea que animam toꝛquere poſſunt: ⁊
ad hoc facit naturalis loci ſitus. qꝛ in ven
tre terre nō poteſt eſſe ignis niſi feculent⁹.
turbidus. ⁊ quaſi fumoſus veluti ſulphure
us. ſicut auditus percipiet rugitus ⁊ inſul
tus demonū. De guſtu ꝯo dicit p̄s. Sicut
oues in inferno poſiti ſunt: moꝛs depaſcet
eos. Et ſic de alijs ſenſibus. Et omnes pe
ne iam dicte includūtur in pena ignis que
dicit eſſe minoꝝ inter tres penas principa
les. Nam pena vermis maioꝝ eſt. ⁊ maxi/
ma dicit pena carentia diuine viſiōis. Se
cunda igitur pena que mediū locum tenet
dicit pena/vermis ⁊ in cōſcientia reſidet.
Vnde Yſa. xuij. Subter te ſternetur tinea
⁊ operimentū tuum erunt vermes. Ad
cuius euidentiā queri poteſt vtrū damna
ti habebūt vermeꝫ materialem vel ſpiritu
alem. p̄ſertim cum dicit Judith. xvj. Da/
bit ignem ⁊ vermes in carnes eoꝝ. Et Ec
clāſti. vij. Vindicta carnis impij ignis ⁊
vermis. Ad hoc reſpōdet Bonauētura ſu
per q̄rtuꝫ. diſtin. l. quia Auguſ. xx. de ciui:
dei ponit circa hoc duas opiniones. Quī
dam enim voluerunt dicere vermeꝫ illū eſ/
ſe materialē ꝓpter verbū ſcripture. Alij
vo ſequētes voluerunt dicere q̄ iſte ver/
mis ſit ſpiritualis. ⁊ hoꝝ opinionē dicit ſi
bi magis placere: ideo ⁊ nobis ſimiliter ma/
gis placere debet. Q⁹ ſi queratur. cur igi
tur in eis dicit eſſe vermis. Reſpōdet ibi/
dem q̄ trāſlatio vermis ad doloꝛem ſpiri/
tualē manifeſtat in quib⁹ ⁊ quomō ſit ver/
mis ſi attendatur ratio tranſferēdi. Nam
in verme naturali cōſiſtit oꝛigo ⁊ moꝛſio.
Oꝛitur enim ex putrefactiōe. ⁊ moꝛdet il/
lud in quo oꝛitur. Sic in ſpirituali doloꝛe
non quilibet doloꝛ eſt vermis: ſed qui na/
ſcitur ex putrefactione peccati. Tunc pec/
catum dicitur putrefactū quādo finaliter
anima in eo quieſcit. Rurſus oportꝫ q̄ ſit
in doloꝛe moꝛſio que fit ex cōcurſu duoꝝ
mouentiuꝫ ſibijnuicem obuiantiū ⁊ reſiſtē
tium. Hec autem duo mouentia ſunt in ho
mine. voluntas naturalis ⁊ deliberatiua:
quarū vtraq̄ mouet. Iſta cōcurrunt per
cōſcientiam dictantes aliqō factū eſſe in/
debitum. Et tunc ſibi obuiant quādo natu
ralis deteſtatur indebituꝫ et deliberatiue
placet. Tunc autem reſiliūt quādo vtraq̄
in actu ſuo viget: ita q̄ naturalis efficaci/
ter deteſtatur. ⁊ deliberatiue īmutabili
ter adheret. Et ille cōcurſus i dānatis nū
q̄ deficiēt. Nā deficiēte cōcurſu q̄ ē p pec/
cati cōſcientiā non eſt vermis: vt ꝓꝛ in he
reticis ⁊ in his qui credūt peccādo benefe

ciſſe. Similiter deficiente obuiatione nō
eſt vermis vtpote qui dolent de culpa ſm
voluntatē nō ſolū naturalē ſed etiā deli-
beratiuā. Denicq; reſiſtētia deficiente nō
eſt vermis vt quādo volūtas tanta dile-
ctōne fertur in peccatū q; abſorbet motū
voluntatis naturalis vt nō ſentiat. ſicut
ait Salomon de ipō Eccēs. vj. Nō phibui
cor meum. quin omni voluptate frueret.
Et ſic patet q; vermis deficit. Aut ꝓpter
defectū putrefactōnis in iuſtis. aut cōcur
ſus in cecis. aut obuiatōnis in penitētib⁹.
aut reſiſtentie in his qui peccāt ex libidi-
ne. ſed ī damnatis vigebit vermis. qz ibi
erit peccati putrefactio ex eo q; peccatuz
in anima eoz finaliter ꝑmanſit. ibi erit cō
curſus ꝓpter peccatorū apertiſſimā viſio-
nem ibi obuiatio ꝓpter voluptatis delibe
rationē z obuiationē z ſinderiſis remur-
murationez. ibi erit reſiſtentia. quia dele-
ctatio peccati erit ablata per pene acerbi
tatē. Et ex hoc erit actio ipius ſinderiſis
fortificata et ex hoc erit vermis mirabili
ter rodens et puniēs. Et q; magis eſt iſte
vermis nō erit variabilis. imo inuariabi-
lis eternaliter et vniuerſaliter ſimul de oī
bus peccatis puniens. Quia iuſto dei iu-
dicio fiet q; mali ſimul et ſemp omnia pec
cata memorent actualiter vt de omnibus
cōtinue torqueāt. Denicq; ad autoritatē
illā Judith. xvj. dabit ignē z vermes in
carnes eorū. dicendū eſt q; ſicut ignis ma
terialis affligens punit corpus et animaz
ei vniram ſic vehemēs dolor et remorſus
vel triſticia anime redundat in corpus. qz
ſpiritus triſtis exſiccat oſſa. Notat etiaz
ſcriptura carnē ad terrorem carnaliū qui
magis horrent penam carnis q; aīe. Ter
cia pinde pena maxima creditur carentia
diuine viſionis eſſe. De qua Hugo dicit
q; omnia gehēne ſupplicia ſupat deum nō
videre. et bonis carere que ī poteſtate ha
buiſti obtinere. Et Criſo. ſup Math. vij.
Excidet et in ignem mittetur. Intollera
bilis inquit eſt res gehenna quis neſciat
et ſupplicū. tamē ſi mille mihi quis geheñ
nas ꝓponat nihil tale dicturꝰ eſt quale eſt
ab honore illiꝰ glorie ꝓpelli et exſulem eſſe
chriſto. nimirum cum ex huius viſionis cā
rentia vires anime ſupiores fine ꝓprio de
fraudantur et intollerabili penalitate re-
plentur. Ad cuius evidentiā primo queri
poteſt de memoria vtrum in damnatis te
nebre ſint q̄tum ad actum memorādi ꝑ-
ſertim cum dixit Abrahā diuiti. Recorda
re quia recepiſti bona in vita tua z Laza-
rus ſimiliter mala. Ad hoc reſpōdet Bo-
naven. ſup. iij. diſ. l. q; eſt aliquoz recor-
datio ad meſticiā. dolorem z ꝓfuſionez. et
eſt recordatio aliquoz ad itineris directō
nem et aliquorum ad conſolationem. Secū
dam et tercia recordationē nō habebunt
damnati nec reſpectu dei nec alioz. qz nō
erit eis memoria dei ut cōuertant ad ipm
aut delectent in ipo. ſed vigebit actus me
morie q̄tum ad primū ſcz ad deſolationē
quia ſemp habebūt memoriam peccatoz
que cōmiſerunt et dei quē offenderunt ad
ſuam cōfuſionē cuiꝰ infinita beneficia cre
atōnis et recreatōnis ingratitudine tam
deteſtabili cōtempſerunt. Nam omnia ꝑ-
dicta et ſimilia que quouis modo doloreꝫ
ingerere poſſunt ſimul et ſemper memorie
actualiter inherebunt. Nec hoc repugnat
penis. quia pene exteriores ſunt ad cogi-
tandum interius ſuum demeritum. Secū
do queri poteſt de intelligentia vtrum ſcz
damnati tenebras ſuſtinebunt ſpirituales
q̄tum ad actum cognoſcendi preſertiz cū
dicitur Eccle. ix. Quodcūq; poteſt facere
manus tua inſtanter operare. qz nec opus
nec ratio nec ſcientia nec ſapientia erit a-
pud inferos quo tu properas. Ad hoc re-
ſpondet ibidem Bonaventu. q; ſicut eſt
triplex actus lucis corporalis ſcz manife-
ſtare. dirigere. et delectari. ſic eſt et in lu-
ce ſpirituali. ſi igitur loquitur quantū ad
primum actum ſic nō erunt omnino extra
lucem. quia aliqua eis erunt manifeſta. ſcz
illa que faciunt ad cumuluz pene z alia nō
Vnde videbunt aliquo modo gloriā ele-
ctoruz ſed cōſideratio vel cognitio glorie
beatorum eſt. reprobis pena ſicut cōſide-
ratio vel cognitio pene reproborum eſt e-
lectis gaudium. quia illi cōſiderabūt gau-
dium ſubrōne amiſſionis et iſti penā ſub

ratione diuine vlcionis et euasionis. Iuxta illud ps. Letabit iustus cum viderit vindictā. Et qꝛ gl'a sanctorū erit copiosior post iudiciū. ideo etiā videbūt penaꝫ reproboꝝ. Et ecōtra dicendū est de reprobis. Et si ita est sicut determinat sanctus Tho. ibidē dis. l. ꝙ damnati videbūt ante diem iudicij beatos in gloria post iudicium vero priuabunt omnino visione beatorum. tñ illa prior visio tam efficaciter ⁊ viuaciter ac arcenter damnatis manebūt infixa. ac si eodē momēto illa visio fuisset offensa. Porro si loquamur q̄tum ad secundū actū lucis qui est dirigere tūc oīno damnati erūt extra lucē. qꝛ nō poterūt dirigi ad bene agendū desiderandū vel cogitandū. Similiter q̄tum ad terciū actuꝫ erūt penitus extra lucē. quia nihil cognoscent actu in quo delectent. sic enim erunt funditus absorbti a magnitudine penarū ꝙ nō licebit eis cogitare aliqua delectabilia. Tercio p̄terea queri potest de volūtate damnatoꝝ vtrū sit mala. Ad hoc respōdet Tho. vbi supra ꝙ in damnatis est duplex volūtas. Prima dicit naturalis q̄ nō est eis ex seip̄is sed ex autoritate nature que in natura hanc inclinationē posuit q̄ naturalis volūtas dicit et cum natura in eis remaneat ſm hoc bona poterit esse in eis volūtas naturalis. Secūdo vero dicitur volūtas deliberatiuaque est eis ex seip̄is ſm ꝙ in potestate eoꝝ est inclinari per affectum ad hoc vel illud. et hec volūtas est solum mala in eis. Et hoc est ideo. qꝛ p̄fecti auersi sunt a fine vltimo voluntatis qui est deus Nec mirum ꝙ semp̄ deum cōsiderant ſm effectuꝫ inflexibilis iusticie q̄ penas infert p̄ peccatis et ſm hoc deū sp̄ odio habent sicut et penas quas sustinēt. Iuxta illud ps. Superbia eorū qui te oderunt ascendit semper. Vnde cōtinuo p̄rumpētes in blasphemiā clamitabūt Maledictus deus ⁊ maledicta trinitas q̄ nos creauit ad hāc penaltatē. Vnde intantū odio habebunt omne bonū et adherebunt omni malo ꝙ licet tam inexpressibilia tormenta p̄ peccatis sustinebūt nunq̄ tamen rōne deliberatiua de eis voluntarie penitebunt. Et si p̄pter penam quam patiūtur nollent peccasse nō tamē propter hoc peccatum eis displicet. quia iniustum et deo offensiuum sed quia pena iusta a deo inflicta displicet. Hinc queri potest vtrum damnati vellent omnes alios secum esse p̄sertim cuꝫ dicitur Luce. vj. De diuite qui rogabat pro fratribus suis ne venirent in locum tormentorum Nimiruꝫ cum damnati licet habeant malam voluntatem nō tamē perdunt affectum naturalē sicut videmus ꝙ homines impijssimi diligunt sibi p̄ximos nec volunt eos esse secum in miserijs. Ad hoc respondet Bonauentu. vbi supra. ꝙ in damnatis aliquo modo remittuntur affectiones libidinose p̄pter penarum magnitudinem scꝫ ille affectiones que habent annexam delectationeꝫ. Alie tamen affectōnes in quibus est penalitas moriantur. Vnde licꝫ cessabit actualiter affectus luxuriandi et dominandi tūc incendetur furor vel affectus impatientie ⁊ liuor inuidie. quia tunc dentibus suis frement et tabescent. Vnde ſm Thomā ibidem. Sicut in beatis erit p̄fectissima charitas et gaudebunt de omnib⁹ bonis. sic in damnatis erit perfectissimū odium et dolebunt de omnibus bonis. Hinc felicitas beatorum cōsiderata eos maxime affliget. Et ideo ad satiandā illam impijssimam inuidiā electorū vellent omnes esse damnatos etiam cognatos p̄pinquos et intimos. Minus tamē inuidēt p̄pinquis q̄ alijs maior est eorū pena si omnes p̄pinqui damnarent et alij saluarent q̄ si aliq̄ de p̄pinquis saluarent et exinde fuit ꝙ diues petijt a damnatōe fratres suos eripi qꝛ sciebat ꝙ aliq̄ eriperent poti⁹ fauisset hoc fratrib⁹ q̄ alijs. Maluisset tñ fratres suos cū oībus alijs damnari q̄uis ex multorū damnatōne augeat singuloꝝ pena. Quia vero eoꝝ tm̄ est odium ⁊ inuidia ꝙ magis volūt torqueri cum multis plus q̄ minus soli. Quod a nobis auertat Iesus christus Amen.

De qualitate innouatōnis totius vniuersi scz elemētorū ⁊ corporum celestiū propter humanū obsequium. Ser. xi.

Ecce ego creo celos nouos et terrā nouā. et nō erunt in memoria prioza, Isa. lxv. Eya iam psequamur vltimū futurū sequēs iudicium quod est totius vniuersi innouatō Ad cuius euidentiā queri potest. vtrum mundꝰ innouabitur pfertim cum nouitas glozie datur in premiū rōnalis creature. nihil potest mereri nisi creatura rōnalis sine intellectualis. Cum igitur creature pfertim insensibiles nihil meruerunt vtpote nulla volūtate vel sensu vtentes. igitur videtur ꝙ nō innouabunt. Ad hoc respōdet doc. s. sup. iij. dis. xlviij. ꝙ omnia corporalia ꝓpter hominē facta esse credunt. et ideo cuncta illi subiecta dicunt. Seruiunt igitur homini dupliciter. Uno modo ad sustentationē vite corporalis quo ministerio iam homo glorificatus nullo mō indigebit cū corpꝰ penitus incorruptibile sit futuꝝ diuina virtute ꝙ animā id faciēte quā immediate glorificat et ꝙ ipam corpꝰ gloriosum reddit. Secūdo seruiūt homini ad pfectum cognitōis diuine inquantū ꝙ ea que facta sunt inuisibilia dei conspicit. vt dicit ad Ro. x. Et hoc ministerio nō indigebit etiam homo quantū ad cognitionem intellectualem, quia tali cognitōe deum sancti videbunt immediate ꝙ essentiā sed quoniā ad hanc visionē essentie diuine carnis oculus nō poterit attingere. Ideo vt ei etiā solatiū sibi cōgruens de visione diuinitatis prebeat. inspiciet diuinitatez in suis effectibus corporalibus in quibus manifesta iudicia diuine maiestatis apparebūt. et ꝑcipue in carne xpi. et post hoc in corporibus beatorū et deinceps in oībus alijs corporibꝰ. Et ideo oportebit vt etiā alia corpora maiorē influentiam a diuina bonitate suscipiāt nō tamē speciē variantem sed addentē cuiusdē glozie pfectionē et hec erit mundi innouatio. Hinc simul mundus innouabitur ⁊ mundus glozificabitur vt sic habitationi habitatoz ꝓgruat et ex hoc deus hominē magis letificet Cū enim vt dicitur Eccle. xiij. Omne animal diligit suum simile ex eo ꝙ patet ꝙ similitudo est amoris ratio sed homo habet aliquam similitudinē cum vniuerso vnde et minoz mundus dicit quare naturaliter diligit vniuersum et eius ꝑcupiscit bonum. Deus igit vt eius desiderio satisfaciat etiam vniuersum meliozabit. Ex quibꝰ ptz ꝙ ꝙbus corpora sensibilia nō meruerūt illaz gloriā, ꝓprie loquēdo. tamē homo hoc meruit ut illa gloria toti vniuerso cōferatur inquantū hoc cedit in augmentū glozie hois. Sicut a simili quis merez vt ornatioribus vestibus induat quē ornatum ipa vestis nullo modo merez. Dic tamē notandum est ꝙ cum innouatio mūdi ꝓpter hominē fiat oportet ꝙ innouatōni hominis cōformez. Homo autē innouat de statu corruptōis in incorruptionē ⁊ iō mūdꝰ hoc mō innouabit vt abiecta oī corruptōne ⁊ trāsmutatōe. ꝑpetua maneat ingete Hinc ad illam innouationē nihil ordinari poterit nisi ꝙ habeat ordinē ad incorruptionem cuiusmodi sunt corpora celestia quatuoz elemēta et hoīes ꝓpter animā rōnalem. Omnia vero alia viuentia ac virētia ac corpora mixta corrumpenē ⁊ resoluentur in quatuoz elemēta. quia nullo mō habent ordinem ad incorruptionē. Quia dicit pbs in. ij. de generatōe. ꝙ in animalibus et plantis. et in huiusmodi corporibus speciei perpetuitas nō cōseruatur nisi ex cōtinuatione motus celestis qui tunc deficiet. Secūdo principaliter queri ꝑt vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Et videtur ꝙ non. quia sicut lux est ꝓpria qualitas corporum celestium. ita calidum et frigidum humidum ⁊ siccum sunt ꝓprie qualitates elementorum. Ergo sicut celuz innouabitur ꝙ augmentū claritatis. ita ista ꝙtuoz elemēta innouabunt ꝙ augmentuz istarum qualitatū actiuarum et passiuarū b

Ad hoc respondet Thomas vbi supra. ꝙ sicut est ordo celestium spirituũ ad spiritꝰ terrenos. id est humanos. ita etiam est ordo celestium corporũ ad terrestria corpora. Cum autem corporalis creatura sit facta ꝓpter spiritualem et per eam regitur. oportet similiter disponi corporalia sicut et spiritualia disponuntur. In illa igitur rerum vltima cõsumatione spiritus inferiores id est hoĩes accipient suorum spirituũ ꝓprietates. quia homines erunt sicut angeli in celis. vt dicitur Math. xxij. Et hoc erit inquantũ in maximã ꝑfectionem deuenient id est ꝑm ꝙ humanus spiritus cum angelico cõuenit. Vnde similiter cũ corpora inferiora cum celestibus nõ cõueniunt nisi in natura lucis et dyaphoni. vt dicitur in. ij. de anima. Oportet corpora inferiora maxime perfici ꝑm claritatẽ. ita ꝙ omnia elementa claritate quadam vestiantur. nõ tamẽ equaliter sed ꝑm modũ suum. Terra eniꝫ erit insuperficie exteriori peruia sicut vitrum aqua sicut cristallꝰ aer vt celum. ignis vt luminaria celi. Et hec mũdi renouatio fiet vt homo etiã sensu in corporibus quoddammõ per manifesta iusticia diuinitatẽ videat et inter sensus humanos spiritualior est et subtilior visus. ideo quantũ ad qualitates visiuas quarum principiũ est lux. oportet maxime omnia ista inferiora meliorari. Qualitates aũt elementares ad tactũ pertinẽt q̃ est maxime materialis et grossus ⁊ earuꝫ excessus cõtrarietatis magis est cõtristatiuus q̃ delectatiuus. Excessus aũt lucis erit delectabilis cum cõtrarietatẽ nõ habeat nisi ꝓpter organi debilitatẽ que tũc oculo glorioso nõ inerit. Q⁊ si obijcit̃ cũ damnati erunt in terra et erũt in tenebris nõ solum interioribus sed etiam exterioribus. videtur ꝙ in illa innouatõne nõ dotabitur terra claritate. Ad hoc respondet ibidem ꝙ in loco inferni nõ erit terra glorificata sed loco huius glorie habebit ꝑs illa terra spiritus rõnales hominũ ⁊ demonum qui q̃uis rõne culpe sint infimi tamẽ ex dignitate nature sunt qualibet qualitate corporali superiores Superior tamẽ pars terre q̃uis ex natura summam opacitatem habeat ꝓptet defectum lucis. tñ ex diuina virtute in sue superficie claritatis gloria vestietur sine preiudicio tamen densitatis sue. Et ista claritas erit in istis corporibus inferioribus sicut est in corporibus celestibus in quibus caliditatẽ non causant. quia tunc ista corpora erunt inalterabilia sicut modo sunt celestia. Tercio queri potest vtrum corpora celestia a suo motu quietabuntur p̃sertim cum dicitur ꝙ corpora celestia seruiunt homini ĩ motu sicut ⁊ in luce sed quia luce seruiũt. maiori luce remunerabunt̃. Igitur cuꝫ etiã seruiãt motu debent merito velociori motu remunerari. Ad hoc respõdet Bonauentura sup. iiij. dis. xlviij. ꝙ ꝑm Isidorũ (et habetur in textu sentẽtiarꝫ) sol ⁊ luna post iudicium nõ tendũt ad occasum sed stabunt in ordine suo in quo creati sunt ⁊ sic nõ remunerabunt̃ in motu sicut in luce Nimirum quia motus nõ cõpetit corporibus beatorum sicut et obsequiũ luminis Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ in motu est cõsiderare duplicem finem scꝫ intra q̃ dicitur terminus siue cõsumptio et finem extra et ille est terminus intentiõis. Verbi gratia. Cum lapis deorsum descendit versus terraꝫ. locus terre est finis qui est terminꝰ extra sed quies in loco est terminus intra et finis. Dico ergo qui motus sunt qui habent vtrũq; naturaliter sicut sunt motus recti. Quidã sunt motus qui habent alteram per naturam vtpote finẽ intentõnis. Alterum vero habent ratõne ip̃iꝰ principij mouentis vt est motus circularis ip̃iꝰ rote qui voluit̃ ad faciendã vas de luto vel ad accuendum cutellũ. Q⁊ enĩ rota quiescit modo vel post non est determinatum. quia semper posset moueri si esset qui posset et vellet mouere. sed qñ cutellus factus est acutus cuꝫ motus ille ad hoc ordinaretur necesse esset quietari vel frustra fieri. Quoniam igitur motus corporum celestium ordinatur ad cõtinuam generationem ⁊ multiplicationẽ hominũ

multiplicatio xo hominuz ad perfectionē
ciuitatis superne. ideo necesse est illā quā-
doqz perfici: ⁊ per cōsequēs motum termi
c nari. Quarto ꝑncipaliter queri potest
vtruz in corporibus celestibus claritas au
gebitur in innouatōe illa mundi. presertiz
cum claritas corporū celestium ordinatur
ad vsum hominis sicut ⁊ alie creature. sed
post resurrectiōem claritas solis nō cedet
in vsum hominis. quia dicitur Ysa. lx. Nō
erit amplius tibi sol ad lucendū per diem.
neqz splendor lune lumīabit te. Et Apoc.
xxj. dicitur. qz ciuitas illa non eget sole ne
qz luna vt luceant in ea. Ad hoc respondet
doctor sanctus super quartū. distī. xlviij.
qz ad hoc innouatio mūdi ordinatur vt in
mundo innouato manifestis indicijs quasi
sensibiliter ab homīe deus videatur. Cre
atura ꝑcipue in cognitionem dei ducit sua
specie ⁊ decore que manifestāt sapientiaz
facientis ⁊ gubernātis. sicut dicitur Sa
piēn. xiij. A magnitudine cognoscibiliter
poterat horuz creator videri. Pulchritu
do autem celestium corporuz precipue con
sistit i luce. sicut dicit Ecclīasti. xliij. Spe
cies celi gloria stellaruz mundū illuminās
in excelsis domin⁹. Et ideo qztum ad clari
tatez corpora celestia meliorabūtur. iuxta
illud Ysa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis.
⁊ lux solis septupliciter. ⁊ tūc non erit ali
cubi nox super terram: sed solum in centro
terre vbi erit infernus. quia tūc lucebit lu
na quātum modo sol lucet. Sol autem sep
tuplum qz modo luceat. Corpora xo bea
torum septupluz magis sole: cuius hoc non
sit aliqua auctoritate seu ratiōe probatū.
Et hoc remuneratuz erit corporibus cele
stibus ⁊ elementis in premiuz humane ser
uitutis. Et si obijciatur nihil premiat nisi
quod meretur. ⁊ nihil meretur nisi qō vo
luntarie seruit. ⁊ nihil voluntarie seruit ni
si qō habet liberum arbitriuz: scilicet crea
tura rationalis. Ad hoc respondet ibidem
Bonauētura. qz tripliciter est aliquid re
munerabile. Primo qō est aptum natum
mereri. ⁊ hoc est liberum arbitriuz. Secun
do modo qz est ipi merenti cōiunctuz. sicut
est corpus humanum. Tercio modo qō est
ad ipsum merens ordinatuz sicut ad obse
quiuz. Et scōm hoc premiatur homo in se
metipo in corpore ⁊ i eis que sunt sibi vti
lia. Corpa illa ad obsequiuz ordinata pre
miari non est aliud qz homines premiari in
illis. quia deus totuz mundū amore homi
nis faciet pulchriorē. Et ido quia propter
hominem premiātur scōm eam propriera
tem premiātur scōm quaz sunt cōsona cor
poribus glorioſis. Hoc autē est lux. et ido
in luce ⁊ splendore augebūtur. Quinto
enim queri potest vtruz illa corpora glori d
osa sint futura agilia. ⁊ vtrū aliquādo agi
litate vtentur: ita qz aliquādo de loco mo
ueantur ad intuenduz clarius decorem et
pulchritudinem celestium corporum ⁊ ele
mentorum: cum constet qz statui retributi
onis respondet locus proprius ⁊ receptā-
culum determinatuz in se scilicet ⁊ quo ad
nos scilicet celum empiriū quo ad bonos.
⁊ sicut infern⁹ quo ad malos: vt dicit Bo
nauētura super quartuz. distin. xlv. Et ex
hoc sequitur qz locus celi empirij est magis
cōueniens beatis. ⁊ per consequēs magis
appetibilis naturaliter. ⁊ ideo beatus ma
gis videtur appetere locum illuz qz alium.
cuius voluntati diuina dignatio se per om
nia conformabit. Ad hoc respondet Tho
mas super quartuz. distin. xliij. qz corpus
glorioſum erit subiectuz anime glorificate
nō solum vt nihil in eo sit quod resistat vo
luntati spiritus. quia hoc etiam fuit in cor
pore Ade: sed etiam vt sit in eo aliqua per
fectio effluēs ab anima glorificata in cor
pus per quam abile redditur ad predictaz
subiectiōem. que quidem perfectio dos glo
rificati corporis dicit. Anima autem cor
pori cōiungitur non solū vt forma: sed eti
am vt motor. ⁊ vtroqz mō oportet qz cor
pus glorioſuz anime glorificate sit summe
subiectum. Primo modo per dotem subti
litatis. Secundo modo per dotem agilita
tis. et sic necessario est ponere qz corpora
glorioſa quandoqz mouētur. Nam et cor
pus christi quandoqz mortum est: scilicet in
ascensiōe. ⁊ sīr corpora sanctoz q̄ de ter
ra resurgēt ⁊ ad celū empyriū ascendant.
Sic etiam postqz celos ascēderint verisīr

est ꝙ aliquādo moueātur pro libitu sue voluntatis. vt illud quod habent in virtute exercentes actu: sapiētiam diuinam commendabilez ostendant. ⁊ vt visus eoruz reficiatur pulchritudine creaturarū diuersarum: in quibus dei sapientia eminēter elucebit. Sensus enim nō potest esse nisi presentium: q̄uis magis a longinquo corpora gloriosa sentire possunt q̄ non gloriosa quia visus oculi glorificati multomagis a remoto videre poterit q̄ non glorificati. minus tamē vident a remoto q̄ a propinquo. Quod autem legitur Act. vij. ꝙ beatus Stephan⁹ cuz esset plenus spiritu sancto intendens in celum: vidit gloriam dei ⁊ Jesum stantez a dextris dei. ⁊ ait. Ecce video celos apertos. ⁊ filium hominis stātem a dextris dei. Ex eo cōtigit ꝙ a corpore christi erat īmutatus oculus Stephani ad visionez humanitatis christi. in cui⁹ est potestate ꝙ corp⁹ eius sic videatur a longe sicut de prope. Nec tamen per motum illum deperiret aliquid de beatitudine eorum que cōsistit in visione dei quem vbiq̄ presentem habent. sicut ⁊ de angelis dicit Grego. ꝙ intra deuz currunt quocūq̄ mittantur. Nec etiam erit laboriosuz exire locum suis meritis deputatuz. scilicet celum empyriuz. quia corpus gloriosum vt dicit Bonauētura distin. l. totam existentie sue ⁊ nobilitatis ac subtilitatis rationem trahit ab anima. Et ido inclinatio eius est ad animaz non ad aliquid extra. Et quia agilitas sequitur inclinatōem ⁊ anima potest mouere in omnez differentiam positionis. ideo ⁊ corpus abile ad omnez situm. et sic agilitas nō inclinat ad aliquem locum determinatuz. sed ad omnez locum ad quem mouere vult anima. Nimiruz quia appetitus elementoruz in corpore glorioso totaliter quietatur: ita ꝙ nullum elementuz in eo appetit speram suam. ac per cōsequens corpus gloriosum ad malū locum inclinatur: sed solum ad animaz per quam stabilitur in omni loco sicut ⁊ aīa per deum. ⁊ sic alia inclinatione non indiget. Ad laudem dei Amen.

Sequūtur sermōes eiusdez aduentus domini in carnem. Et primo de aduenientis maiestate. et vtrū deus potuit vel decuit eum naturam assumere humanaz etiā quo ad carnē: ⁊ hoc de massā corrupta. Sermo. xij.

Ecce rex tuus venit tibi mansuet⁹. Math. xxj Dicit Bernard. in sermōe. iij. aduentus. In aduentu domini quem celebramus si personam aduenientis intueor non capio excellentiaz maiestatis. si attendero ad quos venerit dignationis magnitudinē expauesco. Stupēt certe ⁊ angeli de nouo: videntes infra se quē supra se semper adorant. manifeste iam et descēdentes ⁊ ascendētes ad filium hominis. Si considero propter qd̄ venerit quo ad possum amplector inestimabilez latitudinem charitatis. Si modum cogito exaltationē cognosco ꝯditionis hūane. Quid faciendū putas o aīa venientē susceptura Si tam suspiriosa desideria patres veterz legis ingemīauerunt ad recipienduz promissuz: quid christiano agendū qui iam eū infallibiliter credit susceptuz. O vilis homuncio quid agis qui p̄sentem dn̄m agnouisti: ⁊ laboriosam eius redemptōem ꝓfluentibus vulneribus recipe meruisti? Quales amorz vices repēdes? q̄les grārūactiones? q̄les deniq̄ sollicitudīes ꝓ salute aīe tue tā p̄cioso sanguīe redēpte? Vide ⁊ sollicit⁹sis: ne ingr̄tus īueniaris. ne ꝯqueri cogatur dominus. Precium meum cogitauerūt repellere cucurri in siti oris s. ⁊c̄. Dicit enim Bernard⁹. ꝙ venit dominus agnus ⁊ spōsus. Quia venit dominus cuius maiestas est incomp̄hensibilis. ideo requirit mundiciam. quia linceos habet oculos: angulos cordis curiose perlustrans. Cui ꝯplacet mundas dumtaxat inhabitare mentes: sordes execrans vitiorum. mūdi corde quē soli cernere possunt oculi. Beati nāq̄ mūdi corde: qm̄ ip̄i deū videbūt. stude igr̄ ornatui. Quia ꝓide veīt agn⁹

cuius mãsuetudo est infatigabilis. ideo requirit contritiosam cõfessionem vt occasionem habeat qua mansuetudinẽ prefert peccatorem nõ ficte suspirantẽ recipit ad veniam. O agn⁹ dei qui tollis peccata mũdi ꝯ magnis laborib⁹ exoluisti ea que tam exiguis suspirijs semper eis indulsisti. Stude ergo pastui. quia pascitur agnus agniculus iste paruulus fletibus nostris tanꝯ lacte caprarum. iuxta doctrinam Sapientis Prouerbi. xxvij. in fine. Sufficiat tibi lac caprarũ in cibos tuos in necessaria domus tue. ⁊ ad victum ancillis tuis. Nam lac de capris quod est animal fetidũ est lachryma contritiõis de peccatis qua christus pasci debet ⁊ ancille dom⁹ eius. i. omnes potentie ipsius anime. quam christus ingreditur seruitiuz exigens. ¶ Quia denicꝯ venit sponsus cuius amor incõparabilis purum requirit amorez. Adueniens enim sponsus vocari voluit. Ecce sponsus aduenit: exite ei obuiam vt ostendat quãtum affectum illi quisq; debeat. Stude ergo amplexui tuũ affectum illi totaliter incorporando. vt cum sponsa dicere valeas Dilectus meus mihi et ego illi. Et ad hoc nos ꝓuocãt assumpta verba. Ecce rex tuus. ¶ In his verbis primo cõsideranda est maiestas venientis: quo ad maiorez diligentiam ⁊ reuerentiaz incitemur venientem suscepturi. De cuius ĩmensitate dicitur Apocal. xij. q̃ habebat in vestimento ⁊ in femore eius scriptum ℟ex regũ ⁊ dominus dominãtium. Destimẽtuz autẽ dico humanitatẽ assumptaz. Et femur quod est fontale principiuz generatiõis eternaz generatiõem. quia dicitur in vtraq; natura rex reguz ⁊c. Intuemini enim quãtus est iste qui ingreditur non solum ad saluandas gentes: sed etiaz ad inhabitãduz corda fidelium tanꝯ gratissimuz celum. Unde Bernard⁹. Non mirum si libenter inhabitat celum hoc domin⁹ Jesus. Non enim quomõ ceteros ꝯdixit tantum vt fieret Isz pugnauit vt acq̃reret. occubuit vt redimeret. ⁊ post laborem voto potitus ait. Decreꝯes mea ⁊c. Quare domĩe Jesu? Quia delicie mee esse cum filijs hominuz. Virũ si cor humanuz ex his non moueatur ad diligentem ꝓparatiõem. deuotam susceptionem. debitam gratiarũactionez. ⁊ intimã dilectionez. ꝑsertim cum talis ac tant⁹ nõ solum venit susceptur⁹ animã: sed etiam ipm vilissimũ corpus. Infixus inquit luz in lymo profundi. Juxta consiliũ igitur Bernard⁹. iij. sermõe huius aduentus. Tãte maiestatis. tante humilitatis. tãte charitatis. tante etiam nostre glorificatõnis que ab vniuersa ecclesia semel in anno solenni memoria celebratur. Sed vtinaz ita semel ageretur vt semper id digni⁹ agi desideretur. Quante enim insanie est vt post tanti regis aduentum alijs quibuslibet negocijs homines se velint seu audeant occupare. ⁊ non magis omissis omnib⁹ soli ei⁹ cultui vacẽt. nec in eius presentia cuiuscꝯ meminerint ceterorum. Sed non omnium est qđ ait ꝓpheta. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabũt. Siquidẽ nec omnes hec memoria pascit. Sane nemo qđ nõ gustauit: sed necꝯ q̃ tantũ gustauit eructat. Ructus enim non nisi de plenitudine vẽtris ⁊ saturitate procedit. Propterea quorum secularis est mens ⁊ vita memoriam hanc ⁊ si celebrant nõ eructant sine deuotione ⁊ affectiõe dies ista arida quadã cõsuetudine obseruãtes. Et quod damnabilius est ipa quoq; inestimabilis huius dignatiõis memoria datur in occasionẽ carnis vt videas eos tanta sollicitudine diebus istis vestium gloriam ciborum parare delicias: ac si hec ⁊ huiusmodi in sua natiuitate querat christus. ⁊ ibi suscipiatur dignius vbi hec accuratius exhibẽtur. Sed ipsuz audite dicentem. Superbo oculo et insatiabili corde cũ hoc nõ edebaz. Quid tanta ambitõe vestes paras i natali meo? detestor ego superbiaz nõ amplector. Quid tanta sollicitudine ciboz copiã reponis in tempus illud: damno ego carnis delicias non accepto? Plane insatiabilis es corde tanta parans ⁊ ex taz longo. Nam corpori victꝯ ⁊ pauciora sufficerent ⁊ q̃ possunt oportunius inueniri. Celebrans ergo aduentum meum labijs me honoras: sed cor tuuz longe est a me. Non me colis: Iz deus

tuus venter est: ⁊ gloria in cõfusione tibi.
Hic igitur queri potest vtruz diuina na
b tura potuerit vniri cum humana natura:
presertim cum omne vnibile ⁊ nõ vnitum
est ad actum ⁊ complementuz vnionis pos
sibile. omne autẽ possibile ad actum ⁊ cõ
plementum mutabile est ⁊ imperfectũ. sed
in deo nulla potest esse mutatio. nulla im
perfectio. nulla temporalis vnio. Ad hoc
respondet Bonauẽtura super terciũ. dis.
p̃ma. q̃ absq̃ dubio possibile fuit humanã
naturam vniri nature diuine in persona fi
lij. Cuius ratio est. quia omnia illa sunt at
tribuenda diuine potentie que nature di
uine non derogant. ⁊ talia sunt que possi
bile est posse. Diuinam autem naturã vni
ri humane in vnitate persone non est aliud
q̃ diuinaz personã que fuit ab eterno ypo
stasis respectu diuĩe nature esse ypostasis
respectu humane nature in tempore. Hoc
autem non dicit imperfectionem: sed poti
us dignitatẽ. Sicut enim cum deus sit bo
nus ab eterno ĩ nullo fit derogatio sue bo
nitati dũ est causa bonitatis create ĩ tem
pore: q̃uis bonitas creata longe sit imper
fectior bonitate increata. Sicut cum per
sona filij dei sit ypostasis intellectualis ⁊
spiritualis ⁊ increata ab eterno: ĩ nullo de
rogat ei si fit ypostasis rationalis nature
create in tempore. Et quẽadmodum deus
de non creante fit creans in actu absq̃ ali
qua sui mutatione seu innouatiõe: sed sola
mutatiõe facta ex parte assumpte nature.
Et quemadmoduz cum deus sit in creatu
ra per essentiam. presentiaz. ⁊ potentiam:
in nullo dependet a creatura. sed creatura
ab ip̃o tanq̃ a causa conseruãte ⁊ sustentã
te. Sic ⁊ deus cuz in creatura rationali p̃
vnionem nõ dependet ab ea. sed poti⁹ ecõ
tra rationalis natura dependet ab yposta
si diuina. ⁊ habet beatificari in illa. Simi
le potest inueniri in vnione radij ⁊ cristal
li vel vitri. Nam sicut vitrum vel cristallũ
si superinducat̃ radio paruam domuz illu
minãti cristallum illam dicitur illuminare
⁊ a radio pertrãsiri ⁊ ei copulari absq̃ mu
tatione facta ex parte radij: sed solum ex
parte cristalli. simili modo sed longe spiri
tualius intelligenduz in assumpta natura
⁊ persona verbi. Secundo queri potest
vtrum fuit cõueniens deum incarnari. et
videtur q̃ nõ. quia cum deus ab eterno fu
it ip̃a essentia bonitatis. ideo optimuz est
ipsum esse sicut fuit ab eterno. sed deus fu
it ab eterno absq̃ omni carne. igitur cõue
nientissimuz est non esse carni vnitum. Ni
mirum cum deus ⁊ caro in infinitũ distãt.
quia deus simplicissimus est. caro autẽ hu
mana composita ⁊ ĩ infinitum distãtia in
cõuenienter cõiungũtur. sicut incõueniẽs
est iũctura si quis pungẽdo ceruicem equi
nam iungeret capiti humano. Ad hoc re
spondet sanctus Tho. in tercia parte sum
me. q. j. q̃ vnicuiq̃ rei cõueniens est illud
quod sibi competit scd̃m rationez proprie
nature sicut homini cõueniens est rationa
ri. quia hoc competit sibi inq̃tum est rati
onalis ſm suam naturam. Ipsa autem na
tura dei est essentia bonitatis. vt patz per
Dyonisiũ. j. capi. de diui. no. Vnde quic
quid pertinet ad rationez boni cõueniens
est deo. Pertinet autem ad ratõnem boni
q̃ alijs se cõmunicet. vt patet per Dyoni
siuz. j. capi. de diui. nomi. Vnde ad ratio
nem summi boni pertinet q̃ summo modo
creature se cõmunicet q̃ maxime fit p̃ hoc
q̃ naturam creatã sic sibi cõiungit vt vna
persona fiat ex tribus. verbo ⁊ aĩa et car
ne. sicut ait Augusti. xiij. de trini. Vnde li
cet vniri deo ĩ vnitate persone nõ fuit cõ
ueniens carni humane ſm conditiõem sue
nature. quia hoc erat supra dignitatẽ ip̃i
us. Cõueniens fuit tamẽ deo ſm infinitaz
excellẽtiam bonitatis eius vt eam vniret
sibi pro salute humana. Nec propter hoc
aliquo modo deus est a suo statu ĩmutat⁹
ĩ quo fuit ab eterno. sed creata natura ſm
rationem sui que mutabilis est per assum
ptionem ĩmutata est. Et sicut cum pri⁹ nõ
esset vnita deo postmoduz fuit vnita deo.
Tercio proinde queri potest vtrum con c
ueniẽs fuit q̃ christus acciperet corp⁹ ter
renũ. cuz dicit̃. j. Cor. xv. p̃m⁹ hõ de terra
terren⁹. secũd⁹ d̃ celo celestis. ⁊ oẽ optimũ
vtiq̃ d̃o ẽ attribuẽdũ. sz int̃ oĩa corpa cor
p⁹ nobilissimũ ẽ celeste. Ad h rñdet Tho.

vbi supra. q. v. q̄ corpus debuit esse terre-
num et non celeste propter tres rationes.
Prima est quia si sumpsisset corpus cele-
ste sicut posuit Valentin⁹: tunc non salua
retur veritas hūane nature in christo. Cū
enim forma hominis sit quedam res natu
ralis. requirit determinatā materiam sci-
licet carnem ⁊ ossa. que in hominis diffini
tione ponere oportet. vt patet per philoso
phū. vij. Methaphi. Secunda est quia homo
etiam derogaret veritati eoꝝ que christus
in corpe gessit. quia cum corpus celeste sit
impassibile ⁊ incorruptibile: vt dicitur in
ꝓmo de celo. q̄ filius dei celeste corpus as-
sumpsisset non vere esurisset nec sitisset: nec
etiam passiones ⁊ mortem sustinuisset. nec
aliquid eorum que euangeliste narrant fm
veritatem gessisset. et sic sequeret̄ q̄ nō fu
isset vera salus hoīs subsecuta. Tercia est
quia hoc etiaꝫ derogaret veritati diuine.
Cum enim filius dei ostenderet se homini
bus quasi corpus carneum ⁊ terrenum ha
bens fuisset falsa demōstratio si corpus ce
leste habuisset. Et ideo dicit̄ in libro de ec
clesiasticis dogmatibus. Natus est filius
dei carnem ex virginis corpore trahens.
⁊ non de celo secum afferens. Nec hoc de
rogat diuine dignitati ⁊ glorie: sed ad ma
ximam dei gloriam pertinet q̄ corpus in-
firmum et terrenū ad tantaꝫ sublimitateꝫ
ꝓuehit. Vnde in synodo ephesina legitur
q̄ verbum sancti Theophili dicentis qua
liter artifices optimi non in preciosis tan
tum materiebus artez ostendentes in ad-
miratione sunt: sed vilissimuꝫ lutum ⁊ ter
ram dissolutam plerūq̄ assumentes sue di
scipline demonstrātes virtutes multoma
gis laudātur. Ita omniuꝫ optimus arti-
fex dei verbum non aliquam preciosaꝫ ma
teriam corporis celestis apprehēdens ad
nos venit: sed in luto magnitudinē sue ar
tis ostendit. Quarto iraq̄ queri potest
vtrum igitur decuit dei filiuꝫ assumere na
turam humanaꝫ de massa perditōnis siue
de genere Adam. ꝑsertim cum nobili for-
me debet aptari nobilis materia. Luꝫ igi
tur aīa christi purissima fuit et īmunis ab
omni peccato: merito etiaꝫ christi caro de
buit esse ab oīi peccati corruptōe aliena.
Ad hoc respondet Bonauētura super. iij.
distin. xij. q̄ absq̄ dubio dei filius aliunde
carnem assumere potuisset q̄ de massa cor
rupta. i. q̄ ex his qui de genere Adam pro
cesserūt. magis tamen cōgruebat q̄ de ge
nere Ade carnem assumeret propter qua-
tuor principaliter. Primo propter cōser-
uandaꝫ iusticie rectitudinē. vt scilicꝫ eius
dem generis essent preuaricatoꝝ et satisfa
ctor. quia si fuisset alterius generis nō at-
tribueretur eidem generi satisfactio cui et
offensio. et sic non recte seruaretur iusticie
rectitudo: que requirit ab illo genere emē-
dam: in quo reperit p̄cedentem offensam.
Secundo propter dulcedinem misericor-
die diuine manifestandā. vt scilicet ipe do
minus qui ꝓemptus ab homīe fuerat tan
q̄ aduersario ⁊ inimico ipe idem generi hu
mano vniretur in christo in vnitatē perso-
ne. in qua manifestat̄ dei mira condescen-
tia. in eo q̄ ipe genus humanuꝫ sibi inimi-
cum cōiungere voluit: sibi per indissolubi-
le vinculum. Nū quid igitur exaltationem
meruit culpa? Certe non. Sed ne amplius
fugeremus ab eo nostram naturam insepa
biliter sibi vnire voluit vinculo non solum
amoris: sed vnionis. Tercio propter ordi
nationē diuine sapiētie demōstrandā: que
nullatenus infringi potest exvitio nostro.
Decreuerat enim deus q̄ ex vno totū gen⁹
humanū seminaret̄. ⁊ multiplicaret̄. ꝓpter
rep̄sentationē illius vniuersalis principij
qd̄ est deus. nec hoc p̄ peccatū infringi de-
buit. Ido christus qui est mediator dei ⁊
hominū homo ver⁹ non aliūde: sed de mas-
sa totius generis humani formari debuit.
Quarto propter altitudinem humane na
ture cōseruādam quā deus in tanta digni
tate cōdiderat vt nulli alij creature gene-
ri: sed soli deo obnoxia essꝫ. Si igit̄ nō mo
dicū est obnoxia redemptori: decēs est vt
redēptor aut solūmodo de⁹ esset. aut si ha-
beret in se genus nature create: hoc eēt de
genere illi⁹ masse q̄ortū habuit de lumbis
Ade. vt sic nata hūana nulli alteri create
nata māeret obnoxia. ⁊ pl⁹ q̄ p⁹ exaltareī
dignatiōe diuīa. Vñ dicit Bern. fmōe. x

249

Quanti te deus fecit ex his que pro te fa/ctus est agnosce vt tibi appareat benigni/tas eius in humilitate. quãto enim mino/rem se fecit: tanto maiorẽ se exhibuit in bo nitate. et quanto pro me vilior: tanto mi/hi charior est. Aduerte o homo quia lim⁹ es ⁊ non sis superbus. Et quia deo cõiun/ctus es: non sis deo ingratus. Denicq; ad id q; prius arguebatur nobili forme debet respõdere nobilis materia. Ad hoc respõ/det ibidem Bonauẽtura. q; hoc verus est. Et ideo caro christi que multus nobilis fu it cum ad animas nobilissimã aptata fuit. Fuit enim optime complexionata ⁊ ab om ni corruptione ⁊ feditate cõcupiscẽtie ali ena. Nas ita pura fuit illa caro benedicta per virtutem agentem spiritussancti: sicut de celesti substantia sumpta fuisset. Nihi/lominus sumpta fuit de illa corruptionis massa: licet opere sancti spiritus mirabili/ter purificata et ineffabiliter. quia vtrũq; scilicet nature veritas ⁊ puritas incarna/tioni illius maxime ꝑgruebat. Vnde Ber nard⁹ in epistola quadã. Nemo hominum nouerit nec noscere possit ad plenum quid boni ad gratiam. quid cõgruentie ad sapi entiam. quid decoris ad gloriam. quid cõ modi ad salutem penes seipam contineat huius venerandi misterij: scilicet humane redemptionis inscrutabilis altitudo. Ad laudem dei Amen.

De aduentus propinquitate et q? non cõueniebat deum incarna ri in principio vel in fine: aut etiam si homo non cecidisset.

Sermo xiij.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Mat. xxj. Si/cut ait Augusti. super Johannẽ q; nulla fuit causa veniendi christo domĩo in hunc mundum nisi peccatores saluos fa cere. tolle morbos. tolle vulnera nulla erit causa medicine. Venit ergo ꝺ celo magn⁹ medicus. quia per totus mundus iacebat egrotus. Genus enim humanus totum pe rierat ex quo peccauit vnus in quo totum erat. Ideo venit vnus sine peccato q; sal/uos faceret omnes a peccato. Non enĩ eũ de celo merita nra: sed peccata traxerũt. Dec ille. Ex quo patet quãtum nos deus amauit nondũ amantes: imo per peccata blasphemantes. Vnde ꝓma Johan. iiij. In Bapparuit charitas dei in nobis. quo niam vnigenitũ filium suum misit deus in mundus vt viuamus per eum. In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus deũ. sed quoniaz ipe prior dilexit nos. De qua charitate dicit Hugo de laude charitat̃. Nescio si quid maius in laudez tuam dice re possim: q; vt deum de celo traberes ⁊ ho minẽ de terra ad celum eleuares. Magna est virtus tua vt per te vsq; ad hoc humili aretur deus: ⁊ vsq; ad hoc exaltaretur ho mo. Et igitur iuxta exhortatõez Augusti ni de catheziſandis rudibus. Ama amorẽ illius q; amore tui amoris descẽdit in vte/rum virginis. et qui amorem suum amori tuo copulauit: humiliãdo se sublimãdo te cõiungẽdo lumen eternitatis sue limo tue mortalitatis. Et hoc ꝓtendũt verba the/matis visionem spiritualez ingerentis: vt consideracio affectionem excitet. affectio proximationẽ. proximatio sequelaz. seque la gratam assimilationẽ. vt pariter conse/quamur illud elogiuz in Canõica Johan nis. Charissimi. nunc filij dei sum⁹: sed nõ dum apparuit quod erimus. Cum autẽ ap paruerit similes erim⁹. quoniaz videbim⁹ eum sicuti est. Ecce ergo rex tuus ⁊c̃. Ꝺ verbum mater ecclesia ingemĩat vt oĩes ad debitam considerationẽ tam desidera/bilis aduentus ꝓuocet. ⁊ sollicitaz ꝓpara/tionem ingerat. Nam secundo hoc ver/bum denotat aduentus huius salutiferaz ꝓpinquitatem. Et Ambros⁹ dicit sup̃ Lu cam. q; hoc tempus non sine causa domini aduentus vocatur. Ideo sancti enim pa/tres celebrare ceperũt aduentũ vt se vnus quisq; infidelis ꝑparet ⁊ emẽdet vt digne dei sui natiuitatem celebrare valeat. Sed vt dicit Bernarꝺ. sermone ꝓmo de aduen tu. Infelices filij Adam omissis salutari/bus studijs ⁊ veris. caduca potius ⁊ trãsi toria querunt. Quibus inquit assimilabim⁹

homines generatōis huius quos videm⁹ a terrenis cōsolatiōibus auelli non posse. Profecto similes sunt his q̄ ꝑiclitant̄ submersi in aquis. nimirū videas eos tenētes tenere. nec vlla ratōne deserere qd̄ primū occurrit manibus quicq̄d sit illud: licet sit aliquid vile qd̄ ꝓdesse oīno nō pt̄. vt sunt radices herbarū ceteraq̄ similia. Nam si qui forte ad eos veniāt nōnunq̄ solent apprehensos inuoluere secū: adeo vt iaz nec illis nec sibi auxiliū ferre p̄ualeant. Sic pereunt in hoc mari magno ⁊ spacioso miseri dum peritura sectantes omittūt solida quibus apprehēsis emergere ⁊ saluare possunt animas suas. Vos autē fratres quibus tanq̄ paruulis reuelat deus q̄ abscondita sunt a sapientib⁹ circa ea que vere salutaria sunt sedula cognitione versamini. Neq̄ enī tā deuote eccl̄ia vniuersa p̄ntez celebraret aduentuz: nisi lateret in eo magnū aliqd̄ sacramentū. Ad euidentiam igit̄ aduent⁹ ꝓpinquātis p̄mo queri potest vtꝝ ꝯueniens fuisset deum incarnari a p̄ncipio generis hūani. p̄sertim cum incarnatiōis opus ex īmensitate ꝓcessit diuīe charitatis: ſm illud Ephe. ij. Deus qui diues est in misericordia ꝓpter nimiā charitatē suam qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis ꝯuiuificauit nos in christo. Sed charitas nō tardat amico subuenire necessitatē patiēti: ſm illud Prouerbi. iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere cras dabo tibi: cū statim possis dare. Ex quo ptz q̄ ꝑfecte diligentē nō decet tantū magna dare: sed etiā cito dare. Ad h̄ rn̄det Tho. in tercia ꝑte summe. q̄ opus incarnatiōis dn̄i principal̄r ordinet̄ ad reparatōez nature hūane ꝓpter peccati abolitōez. manifestū est autē q̄ non fuit ꝯueniens a p̄ncipio hūani generis ante peccatū deū incarnatū fuisse. Nō enī dat̄ medicina nisi iā īfirmis. Hinc dicit dn̄s Math. ix. Nō est opus valētibus medicus. sed male habentibus. nō enim veni vocare iustos: sed peccatores. Nec etiā statim post peccatū cōueniens fuit deū incarnari. qꝛ sapiēs artifex non tantū facit opus suū modo ꝯgruo sed etiā tp̄e ꝯgruo. Cum igit̄ deus sit sapientissimus opator: temp̄e ꝯgruētissimo facere voluit op⁹ incarnatōis. ⁊ iō nō fecit illud post peccatū. qꝛ tūc nō ꝯgruebat. Qd̄ sic patet. Nam vt dicit Bonauētura sup̄ terciū. dis. j. Eius īcarnatio fuit medicina sp̄ūalis ꝯtra morbū peccati. Nō aūt operatur sic medicina sp̄ūalis sicut corporalis Corp̄alis enī operat̄ natural̄r. sp̄ūalis requirit deuotionē suscipiētis de lege cōmuni: si suscipiens adult⁹ sit. Ad quā deuotionem p̄exigebat̄ ip̄ius morbi cognitio: qui manifestabat̄ in legis ⁊ ꝓphetaruz p̄nunciatōe. ⁊ post h̄ cōgruū fuit exhiberi medicinaz in plenitudine tēporis. Et ideo licz ad perfecte diligentē ꝑtinet cito dare hoc est intelligendū qn̄ pensatis om̄ibus meli⁹ est cito dare q̄ expectare. Aliter. Quātū cunq̄ medic⁹ egrotū diligat ante p̄parationem: tn̄ dare sibi medicinā non festinat. Sic etiā deus ꝑfectū īcarnatōis remediū dare noluit: nisi pri⁹ essent ꝑfecta remedia p̄paratiua ad ꝑfecte medicine susceptionē Vnde licz amoris magnitudo bn̄ficia facit accelerari qn̄ talis acceleratio ꝓdest ei quē amat. tamē qn̄ dilatio magis ꝓdest q̄ acceleratio: tūc amor potius facit differre qꝛ diuin⁹ amor semp̄ ſm dispositiōem ⁊ regulā sapiētie operat̄. Et ꝓpterea qꝛ dilationē exigebat ordinis cōgruitas: acceleratiōem nō faciebat amoris īmensitas. Vnde principal̄r quinq̄ ratōes assignari possunt huius dilationis cur magis ꝯgruū fuit dei filiū incarnari quasi in fine seculorū q̄ in principio. Prima est ſm Bonauēturam vbi sup̄ ꝓpter peccatū hominis puniendum. In hoc eniz manifestat̄ vltōis diuine seueritas que tontos clamores ⁊ luctus hominuz sustinuit anteq̄ descendere voluit. ⁊ Adam cum omni posteritate sua tāto temp̄e miserabiliter in tenebris exulans fuit celesti paradiso priuat⁹. ⁊ hoc ꝓpter manifestationē diuine iusticie que nihil inultum relinquit. Secūda est propter morbum melius curanduz. Morbus enim sp̄ūalis non sanat̄ debite: nisi prius infirmus euz cognoscat ⁊ ꝓ curatōe illius gratus existat. Plus enim egrotat homo propter ingratitudinem pro curatione q̄ per

culpe ꝓmissionez. Et ideo debuit deus differre beneficiū incarnatōis vt homo ꝙuinceretur de impotētia et ignorantia anteq̄ deus incarnaret̄ ⁊ in lege indita: ⁊ in lege scripta. ⁊ sic ꝓuictus vndiq̄ fugeret ad diuinam gratiā. ⁊ sic ꝓfugiens efficaciter curaretur. Reliquit enim deus hominē in libertate arbitrij in lege nature: vt sic vires nature sue cognosceret vbi cū deficeret accepit legem scriptaz qua data morbus inualuit non legis: sed vitio nature, vt ita coguita infirmitate ꝓpria clamaret medicum ⁊ gratie quereret auxiliū. Tercia causa fm Tho. vbi supra fuit ꝓpter dignitatē ipius verbi incarnati. quia sup illud Gal. iiij. At vbi venit plenitudo tpis. dicit Glo. ꝙ quāto maior iudex veniebat: tanto preconiz series longe ꝑcedere debebat. Congruebat enim munus tam excellētissimuz maximis suspirijs exspectari. ⁊ affectuosissimis desiderijs suscipi. Et sicut dicit Ambrosi⁹ super Psal. Beati imaculati. Quo diutius abest illud quod desiderat̄: tanto expectantis desideria vi quadam amoris igneſcūt. caro deficit: sed cupiditas alitur nutritur ⁊ augeꝫ. Alioq̄n vt dicit Gregorius omel. xxiij. super euāgelia. Si desideria dilatione deficiunt: desideria non fuerunt. Vnde patres veteris testamenti tātis desiderijs suspirabāt christi aduentuz dicentes. Veni dñe ⁊ noli tardare. Et iterum. Vtinā disrumperes celū ⁊ descenderes. Et multa silia: adeo vt diceret Bern. super cantica. Desideria sanctoꝝ patrum suspirantiū in carne christi aduentum seu presentiā frequētissime cogitans. confundor ⁊ compūgor in meipo ⁊ nunc vix contineo lachrymas. ita me tedet ⁊ pudet tepozis tēpozis hui⁹. Quarta causa fuit fm Bonauēturam ꝓpter ordinem vniuersi obseruādum. Quia enim hoc erat plenus ⁊ maximus beneficiū differri debuit vsq̄ ad plenitudinē diez vt sic ab impfecto paulatim ꝑcederet ad perfectū. j. Corinth. xv. Non prius qđ spirituale est: sed qđ animale et deinde quod spūale. Prim⁹ homo de terra terrenus. Secūdus homo de celo celestis. Gal. iiij. Vbi venit plenitudo tempozis. Quinta causa est fm eundez ꝓpter incarnatōis beneficiū amplius ꝙmendandum. Qđ enim amplius differtur ⁊ diutius desideraꝫ preciosi⁹ reputatur. ⁊ ido beneficiuz hoc qđ inter dei beneficia potissimuz est prius esse debuit desideratū ⁊ exspectatū q̄ exhibituz ⁊c. Q⁹ si obiciatur christus vt dicitur. j. Thimoth. j. Venit in hūc mundū peccatoꝛes saluos facere. Sz plures saluati fuissent si christ⁹ a principio humani generis incarnat⁹ fuisz. Plurimi nāq̄ deum ignozātes in peccato suo perierunt in diuersis seculis. Ad hoc respondet Augus. in libro de perseuerātia. dicens ꝙ sicut ait aplus. Non volentis neq̄ currentis: sed miserētis est dei. qui his quos prędixit (si apud eos facta essent) suis miraculis creditoꝛes quib⁹ voluit subuenit. Alijs autem non subuenit: de quib⁹ in sua predestinatōe occulte quidez: sed iuste aliud iudicauit. Ita misericordiā eius in his qui liberātur. ⁊ veritatez in his qui puniūtur sine dubitatōe credamus. Vnde dicit ibidem Augusti. Nūquid possum⁹ dicere tyros aut sydonios talibus apud se virtutibus factis credere voluisse si fierent. cum ipe domin⁹ eis ꝓtestet̄ ꝙ acturi essent magne humilitatis penitentiaz si in eis facta essent illa signa diuinarū virtutum. Sz vt ait apostolus. Cui vult miseretur. ⁊ quem vult indurat. Et non est qui dicere potest. Cur ita facis? Sed quia de hoc multa dixi alibi. ꝑtim in sermōe de predestinatione. ido ad ꝑsens supsedeo. Deinde queri potest. vtrum opus incarnatōis differri debuit vsq̄ in finē mūdi. sicut in Psal. Innuere videtur. Et senectus mea in misericordia vberi. Vbi dicit Glo. i. in nouissimo. Sed tempus incarnatōis est maxime tempus misericordie. iuxta illud ps. Quoniam venit tempus miserēdi eius. Nimiꝝ cum illud qđ est maxime perfectuz vltimū debz esse in tempoze. sed summa perfectio in humana natura est in vnione ad verbū quia in christo cōplacuit omnez plenitudinem diuinitatis inhabitare. vt dicit apostolus Coloseñ. j. Ad hoc respondet Thomas in tercia ꝑte. q. j. articulo. vj. ꝙ sicut

non fuit cōueniens deum incarnari a principio mūdi. sic nō fuit ꝯueniēs ꝙ eiꝰ incarnatio differreť vsq̄ ad finē mūdi. qđ ꝑmo patet ex diuine ⁊ humane vnione nature. Nam in incarnatiōe humana natura producta est ad summā perfectōem. ideo non decuit ꝙ a principio humani generis īcarnatio facta fuisset. in eo ꝙ de imꝑfecto fit perfectum: imperfectū tempore ꝑcedit perfectum. Oportet eniz ꝙ imago primo trahatur debitis liniamentis anteq̄ coloretur. Sed quia verbuz incarnatū est humane nature perfectōis causa efficiens: scđm illud Johan. iij. De plenitudine eius omnes accepimꝰ. Ideo non debuit incarnationis opus vsq̄ in finem mundi differri. quia in eo ꝙ est causa efficiens perfectōis perfectuz tempore ꝑcedit imperfectū. sed perfectio glorie ad quam vltimo perducēda est natura humana per verbuz incarnatum erit in fine mūdi. Secūdo patet ex effectu hūane salutꝫ. vt diciť in libro de questionibꝰ noui ⁊ veteris testamēti. In potestate dantis est quātum vel quādo velit misereri. Venit ergo quādo queri ⁊ subueniri sciuit esse gratum. Cum eniz languore quodaz hūani generis abolescere cepisset cognitio dei inter homīes et mores īmutarentur eligere dignatus est Abraham: in quo forma erat renouate noticie dei ⁊ morum. Et cum adhuc reuerētia segnior essz postea legez literis Moysi dedit. Et quia gentes eam spreuerūt non se subijciētes illi. neq̄ hi qui acceperūt seruauerūt. motus misericordia dominꝰ misit filiuz suum: qui data remissione peccatoꝝ: illos deo patri iustificatos offerret qui de hoc grati forēt Si igitur remediū hoc differreť vsq̄ in finem mundi: totaliter dei noticia ac reuerētia ⁊ moruz honestas abolita fuissz in terra sicut ecōuerso non est facta in principio generis humani: ne feruor dei temporis sequētis ꝓlixitate penitus tepesceret ⁊ multoruz charitas infrigesceret. Vnde Luc. xvij. diciť. Cum filius hominis veniet putasne ꝙ inueniet fidem? Tanta nanq̄ charitas erit fidelium in terra ꝙ vix inuenietur verus fidelis in terra qui tam opere et sermone q̄ fide ꝑfectus sit. Denicq̄ queri potest vtruz congruū fuisset deuz incarnari si non cecidisset humana natura. ꝑsertim cum requiri videť ad perfectōem vniuersi ꝙ creatura que ſm Grego. habet aliquid cōmune cum qualibet parte vniuersi etiam vniretur perfecte suo ꝑncipio. et vt in deo deificareť totus homo q̄tum ad intellectualē ⁊ corporalem visionē. Ad hoc respondēs Richarđ. super terciū. distin. j. declinat in hanc partem. ꝙ incarnatio filij dei fuit tante dignatōis ꝙ nunq̄ incarnatus esset si genus humanum non cecidisset. cuius lapsum oportebat per illum qui deus esset ⁊ homo reparari. Naz si homo non peccasset: nihilominꝰ vniuersum perfectum fuisset absq̄ eo ꝙ deus incarnatꝰ fuisset. quia ad perfectōnem vniuersi non requireretur vnio rationalis creature per assumptionem in vnitatem persone cum suo principio: sed suffecisset illa que est per claram visionem et perfectaz fruitōnem. ꝙ si homo non peccassz ⁊ deus incarnatus nō fuisset: nihilominꝰ tamē essentiali beatitudine homo beatus fuisset. Illa ꝟo beatificatio que est in corporali visione accidētalis est. nec etiam remansisset corpus nō beatificatuz. quia de plenitudine beatitudinis ip̄ius anime redundasset in corpus. sicut ⁊ post resurrectionem redundabit in ipsum corpus beatitudo ip̄i corpori cōueniens. Vnde Augusti. ad Dyoscorū. Taz potentez fecit deus animam vt ex eius plenissima beatitudine que in fine temporuz sanctis promittiť redundet in inferiorem naturam que est corpus: non beatitudo q̄ fruentis ⁊ intelligētis est propria: sed plenitudo sanctitatis ⁊ incorruptōis vigor. Post lapsum tamē hūani generis ad perfectōnem vniuersi requirebatur incarnatio dei que erat futura reꝑatio generis humani ad pristinam dignitatē: cui aliter nequaq̄ ad plenū restituta fuisset vt videbitur. Ad laudem dei. Amen.

De assumendis personalitate vtrum sola persona filij assumsit vel assumere potuit naturam humanā. et vtruz beata Maria hoc meruit ac mater dei appellanda sit. Sermo. xliij.

Ecce rex tuus venit tibi mansuet⁹. Math. xxj. Dicit Bern. in ſmone. j. aduētus. Vos aūt fratres quib⁹ tanq̄ ꝑuulis reuelat de⁹ q̄ abscondita sunt a sapiētib⁹ ⁊ prudētib⁹ circa ea q̄ vere salutaria sunt sedula cogitatōe versamini. diligēter pensate ratōez hui⁹ aduētus querētes nimiꝝ quis sit q̄ veniat. ⁊ quāt⁹ sit iste qui ingredit̄ ad saluādas gentes. Ip̄e enī est ſm Gabrielis testimoniū altissimi filius ac ꝓinde coaltissimus ip̄e. Neq̄ enim fas est dei filiuz degenerem suspicari: sed eq̄lis paterne necesse est altitudinis ⁊ eiusdē penit⁹ dignitatis. Nam ⁊ p̄ncipū filios principes ⁊ filios reguz reges esse quis nesciat. Verūtamē q̄d sibi vult ꝙ e trib⁹ ꝑsonis q̄s in summa trinitate credim⁹ ꝯfitemur ⁊ adoram⁹. Non pater. non spūssanctus aduenit: sed filius. Minime quidem id arbitror esse factuz sine causa. nec sine altissimo trinitatis consilio factū ē vt fili⁹ adueniret. Hec Bern. Et h̄ est terciū q̄d inquirēduz denotat hoc aduerbiū ecce. Cui⁹ occasiōe p̄mo quis querere pōt vtꝝ vna ꝑsona in diuinis assumere potuit naturā creatā alia nō assumēte. p̄ſtim cū indiuisa sint opa trinitatis vt dicit Aug⁹. in Ench. Sicut enī triū ꝑsonarum est vna essentia. sic etiaz vna opatio. sed assumere quidē est opatio. Ad hoc respondet Tho. in tercia ꝑte summe. q. iij. ꝙ assumptio duo importat. s. actū assumētis ⁊ terminū assumptōis. Actus igit̄ assumētis ꝓcedit ex diuīa virtute q̄ ꝯmunis ē tribus ꝑsonis. ⁊ sic assumptio ſm ei⁹ principium ꝯuenit nature diuine ſm seip̄am. quia eius virtute assumptio facta est. Sed terminus assumptōis est ꝑsona. qꝛ esse terminum assumptiōis nō ꝯuenit diuine nature ſm seip̄am: sed rōne ꝑsone in q̄ sistit̄. Illd̄ enim q̄d ꝑtinet ad rōnē termini sic vni persone ꝯuenit q̄d nō ꝯuenit alij: ita ꝙ tres ꝑsone fecerūt vt hūana natura vniret̄ vni ꝑsone. s. filij. vt verbi gr̄a. Pater assumit naturā hūanā ad personaz verbi. nō tn̄ ꝓpter hoc assumit eā ad se. Dicitur tn̄ tota natura diuina incarnata. nō qꝛ est īcarnata in om̄ib⁹ ꝑsonis: sz qꝛ nihil deest de ꝑfectione nature diuine ꝑsone incarnate. Dicitur etiā natura diuina īcarnata nō quia natura diuina ꝯuersa est in substātiam carnis: sed qꝛ naturā carnis assumpsit. Vnd̄ dicit Damas. Dicim⁹ naturā dei incarnatam esse ſm beatos Anastasiū ⁊ Cyrilluz. Vn̄ de trinitatis operatōe ⁊ solius filij īcarnatōe pōit similitudinē Aug⁹. in libro de incarnatōe dn̄i ꝯtra iudeos dicēs. Iudee cytharam respice vt musicū melos sonis dulcib⁹ reddat tria ꝑiter adesse vident̄ ars. man⁹. ⁊ corda. Ars dictat. man⁹ tangit corda sonat. Nec ars nec manus sonū reddūt: sed cū corda ꝑiter opant̄. Sic nec pater nec spūssanct⁹ carnē assumpserūt: et tn̄ cum filio ꝑiter operant̄. sonū sola corda excutit carnē christ⁹ solus suscepit opatio in trib⁹ constat. sed quō ꝑtinet ad solā cordam soni redditio: sic ad soluz christū ꝑtinet carnis susceptio. Secūdo queri pōt vtꝝ etiā aliq̄ ꝑsona diuīa potuit assumere carnē hūanā p̄ter ꝑsonā filij. p̄ſtiz cū q̄cq̄d pōt fili⁹: pōt ⁊ pater ⁊ spūssanct⁹ quib⁹ est vna essentia. potētia. ⁊ maiestas eque per oīa. Ad h̄ rn̄det Tho. ibidē. ꝙ assumptio importat. s. actū assumentis ⁊ terminum assumptōis. Principiū aūt actus est virt⁹ diuīa. termin⁹ aūt est ꝑsona. Virtus aūt diuīa eq̄liter ⁊ indifferēter se habz ad oēs personas. Quando igit̄ aliq̄ virt⁹ se habz indifferēter ad aliq̄ plura: pōt ad q̄d libet illoꝝ suā actiōem termīare. sicut ptz in potentijs rōnalib⁹ q̄ se hn̄t ad opposita: quoꝝ vtrūq̄ agere possunt. Sic igit̄ virt⁹ diuīa potuit naturā hūanam vnire ꝑsone p̄tis vel ꝑsone filij: sicut eā vniuit ꝑsone filij. Verūtamē magis ꝯueniēs fuit dei filium incarnari q̄ꝫ p̄rem vel spm̄sanctū. quia dicit Damasce. li. iij. in misterio īcarnationis manifestata est sapīa dei ⁊ virt⁹ dei. Sapiētia quidē qꝛ īuenit difficilimi precij

solutionē valde decentissimā. Virtus autem qꝛ victū fecit rursus victorē. que dno scꝫ sapientia ⁊ virt⁹ appropriant̄ filio: ſm illud. j. Coꝝ. j. Predicam⁹ christū dei virtutem ⁊ dei sapientiā. Vnd̄ principaliter tres possunt allegari ratōes ꝯgruētie quare magis filius incarnat⁹ est q̄ꝫ patet ⁊ spiritussanct⁹: que tangunt̄ a sancto Thoma vbi sup̄. Prima ratio cōgruentie sumitur ex peccato p̄mi parētis: cui per incarnationem remediū exhibet̄. Vnde dicit Ber. ſmone. j. aduētus. Si ꝯsideram⁹ exilij nostri causam fortassis aduertere possum⁹ ex parte q̄ꝫ cōgruuꝫ fuit a filio nos maxime liberari. Lucifer enim ille qui mane oriebat̄ ꝑ eo ꝙ altissimi similitudinē vsurpare tēptauit ⁊ rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo qd̄ vtiq̄ꝫ filij est: illico corruit. qꝛ zelauit ꝑ filio pater ⁊ opere dixisse videt̄. Mihi vindictā da ⁊ ego retribuam. Cōtinuo videbat sathanā tanq̄ꝫ fulgur d̄ celo descēdentē seu cadentē. Quid tu superbis terra ⁊ cinis? si sup̄bientib⁹ angelis deus non pep̄cit: quātomagis tibi putredo ⁊ v̄mis Nihil ille fecit. nihil ille op̄atus. tantū ille cogitauit sup̄biā. ⁊ in momēto in ictu oculi irrep̄abiliter p̄cipitat⁹ est. Fugite sup̄biam fratres mei q̄ tam velociter ip̄m sideribus cunctis clarius micantē eterna caligine obtenebrauit. ⁊ nō modo angelū: sꝫ angeloꝝ primū in diabolū ꝯmutauit. Vnde ⁊ ꝓtinus īuidens homini quā ꝯceperat in seip̄o iniquitatez in eo pep̄it: suadēs vt lignū vetitū gustans fieret sicut deus sciēs bonum ⁊ malū. Cum tamē in dei filio sunt omnes thesauri sapīe ⁊ sciētie absconditi. Quid polliceris miser: quid ꝓmittis. Vere mendax es ⁊ pater ei⁹. Tuq̄ꝫ homo quē videns furē currebas cum eo. ⁊ qd̄ filij dei est illi⁹ ꝯsilio surrip̄e temptabas. Nec dissimulat iniuriā filij pater: sed ⁊ in ip̄m hominē vindictā retribuit ⁊ expulit ex paradiso. Porro quoniā omnes in Adā peccauimus: etiā in eo cūcti sententiā damnationis accepim⁹. Videns igit̄ filius ꝑ se zelare patrē ⁊ nulli penit⁹ parcere creature. Ergo inquit occasiōe mei creaturas suas pater amittit angelos multos ⁊ homines vniuersos. Vt ergo sciant qꝛ ⁊ ego diligo patrē vadā ⁊ talem eis exhibebo mei ip̄m: vt quisq̄s imitari gestierit fiat ei emulatio in bonū. ⁊ per me pater recipiat quos quodāmodo per me amisisse videt̄. ⁊ sic ꝯueniens fuit vt per verbū vere sapīe reduceret̄ in deū qd̄ per inordinatū appetitū scientie recesserat a deo. Secūda v̄o ratio ꝯgruētie sumit̄ ex parte vniōis. Nam ꝯueniēter vniunt̄ ea q̄ sunt similia. In ipsius aūt p̄sona filij qui est verbū dei attēdit̄ vno modo ꝯueniētia ꝯmunis ad totā creaturā. qꝛ verbū artificis. i. ꝯcept⁹ eius est similitudo exēplaris eoꝝ que ab artifice fiūt. Vnde verbū dei qd̄ est etern⁹ ꝯceptus eius similitudo est exēplaris toti⁹ creature. ⁊ ido sicut per participatōez hui⁹ similitudinis creature sunt in specieb⁹ ꝓprijs institute: sed mobiliter ita per vnionē verbi ad creaturā participatiuā: sed p̄sonalē ꝯueniens fuit rep̄ari creaturā in ordine ad eternam ⁊ īmobilē p̄fectōem. Nam ⁊ artifiex ꝑ formam artis ꝯceptā qua ꝯdidit artificiatuꝫ etiā ip̄m si collapsuꝫ fuerit restaurat. Alio modo ꝯuenientiā habet specialiter cū humana natura. ex eo ꝙ v̄bū est ꝯcept⁹ eterne sapīe a quo oīm hoīm sapīa deriuat̄. et ideo homo ī sapīa ꝓficit per hoc que est ei⁹ ꝓpria p̄fectio vt est rōnalis qd̄ participat verbuꝫ dei. sicut discipul⁹ instruit̄ per hoc ꝙ recipit verbū magistri. ⁊ ideo ad ꝯsumatam hoīs perfectōem ꝯueniēs fuit vt ip̄m verbū dei hūane nature p̄sonaliter vniretur. Tercia deniq̄ꝫ ratio cōgruentie potest sumi ex fine vnionis qui est impletio p̄destinationis eoꝝ qui p̄ordinati sunt ad hereditatē celestē q̄ non debet̄ nisi filijs. ſm illud Roma. viij. Si filij ⁊ heredes. Et ideo cōgruū fuit vt per eū qui est filius naturalis hoīes participarēt similitudinē hui⁹ filiationis ſm adoptionē. sicut ap̄lus ibidē dicit. Quos p̄sciuit ⁊ p̄destinauit cōformes fieri imagini eius. Vnde Bern̄. in sermōe Ex hoc maxime dabatur nobis occasio sperande hereditatis. quia factus ip̄e primogenitus in multis fratibus qui fuerat vnigenitus asciscat eos in hereditatē sine dubio quos vocauit in adoptionem. Si eniꝫ

fratres ⁊ coheredes. Et addit ibidē Bernardus tres alias ratōnes. Prima vt sic tolleret confusionem in filiorum pluralitate, ne scilicet alius dei: alius hominis filius diceretur. Secunda quia videbat magis congruus vt is specialiter filius fieret qui filius erat. Tercia propter excellentiam et p̄rogatiuam Marie ꝙ filium vnum eundemq̄ cum patre meruit habere communez, vt sic supexcellentissima dignitas
c matris magis eluceret. Tercio proinde queri potest, vtrum igitur beata virgo Maria sit dei genitrix appellanda, presertim cum sit mater ꝑm qđ est cōsubstantialis proli ꝑm diuinam naturaz: sed scōm humanam dumtaxat. Et ideo Damascen. libro. iij. capi. xij. vocat eaz christitothon. i. christi genitrix. Ad hoc respondet Bonauentura super terciuz. distin. iij. ꝙ verba christi ꝑm fidem christianam esse debēt ab errore longinqua ⁊ deuotioni approxinata, maxime tamē illa in quib⁹ est sermo de virgie Maria. Ipa nāq̄ cūctas hereses iterimit ī vniuerso mūdo: veritatē ī seipso ꝙcipiendo ⁊ pariēdo. Ipsa etiam toti humano generi recōciliationem ꝓmeruit. et ideo circa eam ardere debet omnis christi anoz̄ deuotio, propterea quia beata virgo, concepit illum qui non tantū dicendus est christus propter vnionem: sed etiaz deus verus propter eternam generationem. Ideo mater illius dei genitrix debet dici vt ex ipso vocabulo ⁊ impietatis error extinguatur qui dixit Mariam puruz hominem cōcepisse. Ad cuius erroris fomentū Nestorius voluit eam christi genitricez ⁊ non dei genitricem appellari. eo ꝙ purum hominem genuisset. Et ideo Damascen⁹ verus doctor ⁊ virginis amator libro. iij. capi. xiij. docet nos vocabuluz hoc effugere, non quia falsum: sed quia Nestori⁹ hereticus se ab illo volebat occultare. Dicitur enim mater dei non propter hoc ꝙ genuit deum ꝑm diuinam naturam: sed propter ideomatum cōmunicatiōem ⁊ misteri incarnationis expressionez ⁊ ipius virginis honoratiōem. Vnde ꝑm aliquos statutū fuit in concilio Calcidon. qđ Leo papa celebrauit ꝙ mater dei appellarē. Alij tamen dicunt ꝙ in concilio ephesino iussu Celestini pape ꝓmo celebrato. Q⁹ si queratur vtruz beata virgo meruit hāc honorationē: scz filij dei generatiōem: ⁊ materni nominis dignitatē. ꝑsertim cum ineffabilis dignationis est ꝙ filius dei eterni filius efficitur vnius paupercule mulieris. Ad hoc respondet Bonauētura. ꝙ ꝑm triplicem differentiā est loqui de merito. Est enim primo meritū congrui quo peccator dicit mereri sibi gratiā cum se ad gratiaz disponit, ⁊ illo modo virgo Maria meruit ante incarnatiōem concipere filium dei. quia p̄o sua puritate, hūilitate, benignitate, ⁊ charitate nimis fuit idonea vt dei mater efficeret. Est autē secundo meritus digni: quo scz vir iustus orat p̄o alio ⁊ meretur exaudiri. Sic beata virgo post angelicaz annūciationē ⁊ postq̄ spiritussanct⁹ in ea descendit in copiositate gratie ꝑsensu dato non solum habuit cōgruitatez: sed etiā dignitatē. ⁊ ex tunc non soluz meruit merito ꝙgruitatis: sed etiā dignitatis obumbrari ⁊ altissimi virtute impḡnari. Dñ postq̄ beata virgo annūciatōe accepta ab angelo fuit sanctificata a spūsancto tanto munere gr̄e est impleta vt aliq̄d condigne possit mereri qđ nō possent oēs alij sancti in vnū ꝙgregati. Est denicq̄ tercio meritū ꝙdigni, quo scz quis ex tāta charitate meretur tātā graciā. ⁊ hoc merito beata virgo non potuit mereri vt ꝙciperet filiū dei p̄o eo ꝙ hoc excedit omne meritū. ⁊ etiaz quia fuit ipius meriti gloriose x̄ginis fundamentū. Siue enim dicam⁹ filium dei hominē: siue dicam⁹ filij dei fieri matrē vtrūq̄ est sup̄ statu q̄ debeē creature. ⁊ iō vtrūq̄ fuit benignitatis ⁊ gr̄e soli⁹. Quā grāz singularissimā sola x̄go Maria ꝑsecuta ē felicit. De q̄ Bern. in. ij. ꝑm ōe advent⁹. O x̄go x̄ga sublimis ī quā sublime erigī x̄ti cē scīm vsq̄ ad sedētē ī throno vsq̄ ad dñm maiestatī. neq̄ id mirū: qm̄ ī altū mittī radices hūilitatī. O vere celestis plāta ꝑciosi or cūctī sanctior vniuersi. O x̄e lignū vite qđ solum dignū fuit portare fructum salutis. Et īfra. Per te accessuz habē⁹ ad filiū

O benedicta inuētrix gratie ⁊ genitrix vi te: mater salutis. vt per te suscipiat nos q̄ per te datus est nobis ⁊c̄. Unde propter p̄rogatiuam eius excellentie fidelius honorandā participiū illi christianitas exhibet specialis honoris in ꝓlatōe dulcissimi nominis Marie. vt sicut in noīe Jesu: sic in noīe Marie omne genu flectat̄. nec sine causa. Ad cuius euidentiā queri potest vtꝝ christus meruit sibi dari nomē qd̄ est super omne nomen. vt in noīe Jesu omne genu flectat̄ celestiū: terrestriū: ⁊ infernorum. sicut ait apl̄us. Ad hoc dicenduꝫ s̄m Bern̄. ꝙ christus tria noīa habuit. Unde dicit ip̄e in sermone aduent⁹. Jesus christus filius dei nascitur in bethleē iude. Et vt dicit Bonauētura sup̄ terciū in expositione lr̄e. ꝙ quodlibet nomen est sup̄ omne nomen. Nam fili⁹ dei nomīat personaꝫ in natura diuina dūtaxat. Christ⁹ aūt ⁊ Jesus noīant personā in duab⁹ naturis: sꝫ diuersimode. Quia christ⁹ noīat personā in hūana natura relata ad naturā diuinaꝫ q̄ dicit̄ vnct⁹. Jesus aūt noīat p̄sonā in diuina natura relata ad humanā. quia Jesus dicit̄ esse saluator. ⁊ ideo in noīe Jesu debet omne genu curuari in signū gratitudinis ꝙ nostrā naturā assumpsit ⁊ in ea nos redemit. Et similiter quasi participatiue debet in noīe Marie omne genu curuari in signū gratitudinis. qꝛ ip̄a sola ⁊ dignaꝫ fecit se ad suscipiendū ⁊ alliciendu ꝫ filiū dei de sinu patris in salutē omniū nostrum. Preterea Jesus noīans p̄sonā in diuīa natura relata ad humanā est ꝓprie spōsus anime qui maxime diligēdus ⁊ regratiād⁹ est. qꝛ naturā hūanā induēs sil̄ ꝓ nobis assūpsit p̄fectissimā paup̄tatē. acerbissimā pēalitatē. et abiectissimā vilitatē ac ī oīb⁹ g̃tissimā patiētiā. vt sic veꝝ amicū se demōstraret q̄ in ꝓsp̄itate d̄ facili nō potest agnosci. Et nos ingratitudinis vicissitudinē studeam⁹ animā nostrā fidelem exhibere sponsam hoc modo. s. vt ornetur h̄ noīe Maria. qd̄ primo interp̄tat̄ amaꝝ mare ꝓpter amaritudinē quā imbibere debet de omnib⁹ que spōso displicēt. Fasciculus inquit mirre dilect⁹ meus mihi. tunc ꝓ eius amore cetera reddunt̄ amara. Secundo interp̄tatur illumīata. s. a sole iusticie: ad qd̄ p̄exigit̄ plena ꝯuersio ad bonū ꝯmutabile. Tercio intelligit̄ dn̄a. qꝛ debet esse dn̄a interioris ⁊ exterioris homīs. Quarto illumīans. s. alios ꝑ impetratiōem gratie. ⁊ hoc p̄cib⁹ flāmigeris fraterne salutꝫ: (hic est eniꝫ fructus p̄cipu⁹ sp̄ūalis) quib⁹ peccatores iteruꝫ ꝑturiat donec formetur in eis christus. Quinto stella maris. vt scꝫ reddat̄ exemplaris toti mūdo: spectaculū facta angelis ⁊ homīb⁹. Et quoniā intelligenti pauca sufficiūt gr̄a breuitatꝫ hec tātuꝫ tetigi vt occasionē dedisse videar vere rumināti. Ad laudē dei Amen.

De mirabili vnione dei et limi ac vtrum maior erat congruitas vniōis in natura humana vel angelica. Sermo. xv.

Ecce rex tuus venit tibi mansuet⁹. Dicit Bern̄. in sermone. x. aduentus dn̄i. Alia tria op̄a tres mixturas fecit illa maiestas in assūptiōe carnis nr̄e ita mirabilit̄ singl̄aria ⁊ singl̄arit̄ mirabilia ꝙ talia nec facta nec facienda sint sup̄ terrā ampli⁹. Cōiuncta sunt quippe adinuicē deus ⁊ homo. mater ⁊ virgo. fides ⁊ cor humanū. Admirabiles sunt iste mixture ⁊ omni miraculo mirabiliores: quō tam diuersa: tā diuisa adinuicem potuere cōiungi. Et p̄mo intuere creationē quō limo terreno vim vitalē miscuit in arboribus ⁊ herbis vnde cōsurgit venustas in folijs. in florib⁹ pulchritudo. sapor in fructib⁹ ⁊ medicina. Nec hoc contentus adiecit vim sensibilē. vt in pecoribus que etiā sentiūt quīq̄ partita sensualitate vigente. Et adhuc addidit honorarare limū nostꝝ. ei vim rōnaleꝫ īmittens: vt etiam discernam⁹ inter cōmodū ⁊ incōmodū. bonū ⁊ malū. verū ⁊ falsum. Deniq̄ post detestabilē ingratitudinē nostraꝫ ⁊ lapsuꝫ cum nihil ī nobis īuenerit nisi demeritū: voluit etiā inferiora nr̄a abūdantiori gl̄ia sublimare. ꝯtraxitq̄ se maiestas vt qd̄ melius habebat. s. seip̄m limo nostro

cōiungeret vt in vna persona sibijnuicem vnirentur deus et limus. maiestas ⁊ infirmitas. tanta vilitas ⁊ tanta sublimitas. Nihil enim mirabilius q̄ꝫ ꝙ cum tanta dignatōne deus descēdit in limū et cum tāta dignitate limus ascēdit ad deū. vt q̄cquid deus fecit limus fecisse credat̄ ⁊ quicquid limus ꝑtulit deus in illo ꝑtulisse dicatur. Et sicut in diuinitate trinitas est ī ꝑsonis. et vnitas in substātia. sic ī ista speciali ꝯmixtiōe trinitas ē ī substātijs ⁊ vnitas in ꝑsona. Et sicut ibi ꝑsone nō scindūt vnitatē nec vnitas minuit trinitatez. ita nec hic ꝑsona cōfundit substātias nec substantie persone dissipant vnitatē. Et hec est prima et superexcellens mixtura. Aduerte homo quia limus es et nō sis superbus. quia deo cōiunctus es et non sis ingratus. quā mixturam sequitur secūda ꝙ scz virgo et mater cōiuncta sunt ⁊ tercia scz ꝙ cor humanū et fides cōuenerunt in vnum ⁊c̄. Et hoc est quartum quod inquirendum denotat hoc aduerbiū ecce. quō scz fieri potuit illa mirabilis vnio scz dei ⁊ limi. Ad cuius euidentiā primo queri p̄t. vtrum maior erat cōgruitas ad vnionem in humana natura vel in angelica. p̄cipue cum assumpta natura eo ip̄o ꝙ assumpta est sup̄ ceteras creaturas vniuersas sic exaltata est sed quāto creatura noscit̄ excellentior tanto noscitur ad alterandū idonior. Cum igitur angelica creatura ceteris superueniet vniuersis a deo creatis. ꝓut dicit Richar. de sancto victore. ꝙ ip̄a caput est totius vniuersitatis. ideo magis videtur decens fuisse ip̄am vniri q̄ꝫ humanam naturam. Ad hoc respondet Bonauentura sup̄. iij. dis. ij. ꝙ absq̄ dubio maior ꝯgruentia fuit in humana creatura q̄ꝫ angelica. quod etiam operatio diuina liquido manifestat. quia ꝑm apl̄m. nusq̄ꝫ angelos apprehendit sed semen Abrahe. Et huius ratio dupliciter accipi potest. Primo ꝑm institutionē hūane nature ꝑm quā est in ea maior cōgruitas q̄ꝫ in angelica. tum ꝓpter ꝑsonalem discretionē. que non in angelica sed in humana natura reperitur ꝑm originem. Hinc magis cōgruebat ꝙ persona filij que discernitur a persona patris ꝑm originē eam naturam assumeret in qua filiationis ꝓprietatē retineret quod et factū est. Naz qui ab eterno filiꝰ erat virginis matris. tum etiā ꝓpter maiorem diuini exemplaris representationē rōne cuius homo dicitur minor mundus. Anima eniz rōnalis nō tantū representat deum ꝓut anima cōsideratur in se sed etiā inquantū vnitur corpori quod per eā regitur et in quo toto inhabitat sicut deꝰ in maiori mundo. tum deniq̄ꝫ ꝓpter multiplicem hominis cōpositionem. Quia enī homo cōpositus est ex natura corporali ⁊ spirituali. et sic quoddammō cum omni creatura cōmunicat. ꝓut dicit Gregorius in omel̄. Hinc est ꝙ natura humana assumpta est ⁊ deificatur vt ꝓ hoc quoddammō omnis creatura exaltatur seu natura duz in suo simili deitati counitur. Hinc est etiam ꝙ humane nature assumptō plus facit ad perfectionē vniuersi q̄ꝫ angelice. Et iō maior est in eo cōgruitas ad vnionē etiā ꝑm suam restitutionē. Secunda sumit̄ rō cōgruitatis huius ꝑm humane nature reparationē. Et hoc triplici de causa. Prīo quia homo magis indigebat vt filius dei naturā suaz assumeret eo ꝙ totus lapsus fuerat. Secundo quia minus indignꝰ erat eo ꝙ per aliuz corruerat. Tercio quia amplius ꝓderat eo ꝙ in malum obstinatꝰ nō erat. Cuncta igitur hec tria misericordia diuina pensat in beneficijs. Hinc est ꝙ deus qui diues est in misericordia ꝓpter nimiaz charitatē qua dilexit nos potius assumpsit humanā naturā q̄ꝫ angelicam sed de his latius videbit̄ inferius vbi agetur de causis incarnatōnis et humane reparationis. Secundo queri potest vtrū vnio illa diuine nature et humane excellat omnes alias vnitates creatas sicut Bern̄. sentire videt̄ ad Eugenium dicēs. Inter omnia que vere dicuntur vnū. arcez tenet vnitas trinitatis. Secūdo illa p̄cellit qua tres substātie in xp̄o sunt vna ꝑsona. Ad hoc respōdit Bonauen. sup̄. iij. dis. vj. ꝙ si loquimur de vnitate qua aliqua dicunt̄ vnā ꝑ ꝯuenientiā in ꝑsona sic simpliciter

loquendo vnitas illa que est in christo su/
per omnes vnitates est suprema. Et hoc
quadruplici rõne. Prima est ppter illi⁹ p
sone simplicitatẽ. Nam illa vnio est in p/
sona verbi quequidẽ est suprema. Secun
da est vnibiliũ vnitatez. quia tam natura
assumens q̃ assumpte inter cetera habent
excellentiã. Tercia est ppter vnitorũ inse
perabilitatẽ. qz tanto vinculo fortificata
est illarum naturarũ vnio q̃ nũq̃ fiet nec
fieri posset sepatio. Natura enĩ illa inter
ceteras naturas adhesit verbo eterno q̃
portatur⁊ sustentatur omne quod est sub
deo. Quarta est ppter vnionis illius sin/
gularitatẽ. quia nunq̃ illa vnio fuit huic
vnioni similis. Nec enĩ fuit excellẽtissime
dignatõnis. et ideo nomẽ dignitatis⁊ di/
gnatõnis sibi appropriat vt dicat vnitas
dignatiua vt merito dicatur excedere oẽz
vnitatẽ creatã. Veruntñ vt modũ illius
superexcellentissime vnionis vtcũq̃ lucidi⁹
intelligamus sciendũ q̃ quedã est vnio in
qua est vnius vnibilis in naturã alterius
cõuersio⁊ hoc ex eo cõtingit qz in cõiun/
ctõne repitur vnius ad alterũ repugnan/
tia⁊ p̃dominantia sicut si gutta aque v/
niatur amphore vini sed talis vnio nõ re
peritur in carnationẽ verbi qz ibi nulla fu
it repugnãtia inter naturã diuinaz⁊ hu/
manã. et ideo ibi nõ fuit aliqua trãsmuta
tio nec cõuersio. Secũdo quedã est vnio ĩ
quo ẽ vtriusq̃ vnibilis alteratio⁊ tercie
nature ꝓductio. Et hoc ideo qz ibi est re/
pugnãtia⁊ nõ excellẽs p̃dominatio sicut
vniunt elemẽta ad cõstituendũ corpa mi/
xta. sz talis vnio nõ est ĩ incarnatõe verbi
quia ibi nulla est repugnãtia⁊ excellẽs p̃/
dominatio. Tercio est vnio in qua nulla ẽ
transmutatio sed tercie nature cõstitutio
et hoc est ideo. qz vnibilia nõ habẽt repu
gnantiã. habẽt tñ mutuã dependentiã si
cut vniunt corpus⁊ aiaz ad ꝓstitutionem
boĩs. sed talis vnio nõ est in incarnatõne
verbi. qz licz ibi nõ sit aliqua repugnãtia
tñ ibi nõ ẽ mutua dependẽtia⁊ p ꝓsequẽs
nec tercie ꝓsone ꝓstitutio Quarto denicq̃
est vnio in qua nõ est trãsmutatio nec ter
cie nature cõstitutio sed vnũ vnibiliũ fun
dat tñi in altero. Et hoc ẽ ideo qz ibi nõ ẽ
repugnãtia nec essentialis dependẽtia sz
ibi est excellẽs p̃dominatio sicut cuz vna
arbor inserit alterius arboris stipiti⁊ ille
stipes postea inserit alteri arbori tũc enĩz
vtraq̃ arbor substãtiatur ĩ stipite alteri⁹
arboris ita q̃ vnus est stipes vtriusq̃. Et
talis repitur ĩ incarnatõe vbi humana na
tura vnitur diuine. Nñ qz ibi nulla est re
pugnãtia inter naturã diuinã⁊ humanã.
ideo nulla fit ibi trãsmutatio nec cõuersio
Quia vero nõ est ibi mutua dependẽtia.
ideo nõ fit tercie nature ꝓstitutio Sed qz
ibi est alteri⁹ nature predẽtio. necesse est
q̃ diuina natura trahat humanã naturã
ad vnitatẽ. Sed ad vnitatẽ nature trahe
re nõ ꝑt fieri sine transmutatõe⁊ cuersio
ne. et ideo necesse est q̃ eã trahat ad vni/
tatẽ ꝓsone. vt vna eadẽq̃ sit ypostasis di
uine nature⁊ hũane. Et q̃si hũana natura
substãtiet⁊ fundet ĩ diuino stipite. Et ideo
multũ assimilat ista vnio eivniõi q̃ est p in
sertionẽ. Nec Bonauẽ. vbi sup̃. Ad cuius
assikatõis maiorẽ euidentiã sciendũ q̃ sic
in insicione arboris⁊ insertõe ĩ eodẽ trũ
co in q̃ fuit ramus vni⁹ p naturã fit ramus
alteri⁹ p insertionẽ. sic in eadẽ ꝓsona in q̃
erat naturaliter diuina natura p vnionẽ
est hũana natura. et sicut non sunt plures
arbores sed vna. sic non sunt plures per/
sone ibi sz vna sola sz ꝓsona xp̃i. Et sic in
arbore insita sunt plures fruct⁹ differẽtes
specie. sic ĩ vnitate ꝓsone xp̃i sunt alie ꝓpe
tates conuenientes hũane nature⁊ alie cõue
nientes diuine nature. Sikr sic in vniõe q̃
est per incisionem vnuz nõ est alterũ necq̃
vnũ est in altero sed vnum fit de supposito
alterius et secum trahit naturã eius et p/
petuo essentialiter predicatur de eo. Vt
verbi gratia. Cum pirum insertum cuz po
mo fit vnum suppositũ cõmune scilicz vna
arbor et natura pomi non est natura piri
nec ecõuerso. similiter ĩ natura piri nõ est
natura pomi nec in natura alteri⁹ sz vter/
q̃ fructus cum dicitur esse arboris est per
vnionem. Sed cõiunctio diuine nature⁊
humane habet hec tria insertionis vnio/
ni similia eo q̃ natura diuina non est natu
ra humana et econtra. nec etiam natura

diuina est in humana natura nec ecōtra: sz vtraqz natura habet vnū suppositū ꝯmune in quo vtraqz natura est subsistens. Sz quid facit illud suppositū esse vtrāqz naturam? Certe ꝯiunctio vel vnio vtriusqz nature in ipo supposito. Naz vnio diuine nature ⁊ humane ī persona christi facit xp̄m deuz esse ⁊ hominē. vt tāgit Alexander de halis in tercia ꝑte summe. Concludit̄ igit̄ ꝙ incarnatio christi fuit vnione incompabilis. qꝛ vnio diuine nature ⁊ hūane in ꝑsona christi post vnionē diuīe essentie ī tribus ꝑsonis ē vnio maxīa int̄ oēs alias vniones p̄eminentiā habens. Q. aūt maior ē vnio trinitatis ptz. qꝛ q̄uis quelibet ꝑsona sit ita simplex ⁊ vnū sicut esse. tñ quelibet triū ꝑsonaꝝ est idem re cū ipa essentia in qua vnit̄. sed vtraqz natura in xp̄o nō est idem re cū ipa ꝑsona diuina in q̄ fit vnio. Q. aūt est maior vnione spūs qui adheret deo ptz. qꝛ maior est vnio aīe ad deū ꝑ cōiunctionē in patria q̄ per ꝯiunctōem ⁊ dilectōez ī via ⁊ q̄ per fruitionē in p̄ria. Est etiam maior vnio q̄ aīe ⁊ corꝑis. qꝛ in diuisione corporis ⁊ aīe ī christo nec aīa nec corpus seꝑabant̄ a deitate. Vñ dicit Leo papa. ꝙ tāta fuit vnio dei ⁊ homīs vt nec supplicio posset minui nec morte distingui Et hoc ido. qꝛ cū deus sit īmutabilis ei qd̄ sibi perfecte ꝯiunctū est īmutabilitatē prestat. vt scz illi īmutabiliter adhereat. Vñ si diuinitas a carne vel aīa post mortē separata fuisset ea q̄ post mortez ip̄ius facta sunt circa ip̄m nobis salutaria nō fuissent. Fuit etiā dignatōe ineffabilis q̄ deus dig̃tus est exaltare ⁊ nobilitare naturā nr̄az: vt sic nos obligaret ⁊ incitaret ad debitā rectitudinē vt qñ vel inq̄tum ꝯsideremus quāta sit dignitas hūane nature: ne deinceps illā per peccatū inquinem⁹. Vñ Augusti. de vera religiōe. Q. nobis demonstrauit deus q̄ excelsum locū habeat inter creaturas hūana natura in hoc ꝙ deus in vero hoīe apparuit. Hinc in s̄mone hortatur nos Leo papa: dicēs. Agnosce o homo xp̄iane dignitatē tuā ⁊ diuīe ꝯsors factus es nature: noli in veterē vilitatē degeneri ꝯuersatōe redire. Memēto capitis huius ⁊ cuius corporis sis membrū reminiscere: qꝛ erutus de potestate tenebrarū translatus es in dei lumen ⁊ regnū. Noli diaboli te iteꝝ s̄uituti subijcere. qꝛ p̄ciū tuū sanguis christi est. Vñ tanta est diuīa dignatio in assumptōe hūane nature ꝙ est incōprehensibilis omni creato intellectui. Stupet oīs creatura celestis. terrestris. ⁊ īfernalis. Vñ ⁊ ip̄i demōes abomīant̄ ingratos. sicut legitur de quodā monacho q̄ ad cantū illius versiculi Et homo fact⁹ est. ex negligentia se nō inclinauit in signum gratitudinis. Q. d̄ videns diabolus velut indignatōe mot⁹ accessit: ⁊ dedit alapā monacho: dicens. O ingrate monache si legeretur Et verbū demon factus est. nos nūq̄ cessarem⁹ genuflectere. Vnde vt hoīes ingrati magis ad gratitudinē incitarent̄: Clemēs papa quint⁹ ꝯcessit om̄ib⁹ vere penitētibus ⁊ ꝯfessis dicentibus vel audientibus in fine misse euāgeliū In principio erat verbū. ⁊ flexis genib⁹ mox se inclinātibus ⁊ aliquid osculātib⁹ qñ legit̄ Et verbum caro factuz est et habitabit in nobis: vnū annū ⁊. xl. dies indulgētie quotiēs h̄ fecerūt in honorē dñice incarnatiōis. Ad laudem dei. Amen.

De causis secūdarijs incarnationis quātuz ad remotionez malique sunt septuplices.

Sermo. xvi.

Ecce rex tuus venit tibi mansuet⁹. Dicit Bern̄. s̄mōe vij. de aduentu. Sonuit vox leticie in terra nostra. vox exultatōis ⁊ salutis ī tabernaculis peccatoꝝ. Sequit̄. Obstupesce ⁊ lauda vniuersitas creature. sed tu magis o homo: scz de voce audita. Que īquis? Jesus christ⁹ filius dei nascitur in bethleem iuda. Quis lapidei cordis cui⁹ anima liquefacta nō sit in hoc verbo. Verbo inq̄ abbreuiato: sed celesti suauitate referto in quo tota salus humana consistit. Vos qui in puluere estis exꝑgiscimī et respirate perditi. qꝛ venit Jesus querere et saluuz facere qd̄ perierat. Quare vocam⁹

eū Jesum? nisi quia saluū faciet populū suum a peccatis eorum. Gaudeat ergo quisq; ille est quem perpetue damnatōis reum adiudicabat cōscientia peccatorum. Excedit quippe pietas Jesu omnes terminos. quātitatem. seu numerositates. Quid tam necessariū perditis. quid tam optabile miseris. quid tā vtile desperatis? Sed tu forte salutes optans teneritudinis pariter ⁊ egritudinis proprie piscus curatōis acerbitatem reformidas. Sed ne timeas quia christus suauis ⁊ multe misericordie: vnctus oleo leticie. quia computrescere faciet iugum victorum a facie olei. Ante faciem enim vnctionis christi nullus morbus anime quātumlibet inueteratus stare poterit. Q. ⁊ si iam certus de saluatore non vtente cauterio: sed vnguēto. non vstione sed vnctione curante adhuc causaris: vel decūrantis psona non satis digna vel decuratiōis efficacia. Sed ad excludendum vtrūq; statim additur filius dei. Nam qualis pater talis filius: cui subest posse cū voluerit. ⁊ quod maius est. Quare filius dei factus est homo? nisi vt homīes faceret filios dei. Exultemus igitur in aduentū ei? ⁊ multipliciter gratulemur quez ⁊ salutis vtilitas. et vnctionis suauitas. et filij dei maiestas tam elegāter illustrat vt nihil desit ex omnibus que desiderantur. nec commodum. nec iocundum. nec honestum. Et hec indicant verba thematis. Ecce rex tuus ⁊c. In quib⁹ quinto notatur causa incarnationis eius cum additur Rex tuus.

a Ad cuius euidentiā primo queri potest que fuit causa dominice incarnatōis. presertim cum dicitur ad Galat. iij. Cum igitur venit plenitudo temporis misit de⁹ filium suum natum de muliere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret ⁊c. Ad hoc respondet Bonauētura super tercium. q causam precipuam ⁊ nobilissimam eloquia sacra assignant humanū esse redēptionem. Et ideo nihil aliud a nobis est dicendum cū q in carnatōis precipua ratio sit hūani generis reparatio: cuius alie multe sint ratiōes cōgruentie huic annexe: q̄s doctor sanctus distinguit in duas ratōes principales in tercia summe. que sunt remotio mali: ⁊ promotio boni. Quantum igitur ad remotionem mali prima ⁊ principalis causa fuit redemptio generis humani a seruitute peccati. ita q̄ fm Bonauenturam vbi supra. verbum dei non fuisset incarnatum: nisi genus humanum fuisset lapsum. Cuius ratio est. quia dei incarnatio est superexcellentis dignitatis. ⁊ ideo cum ibi sit quidam excessus oppositus per ipm corrigendus et restaurandus voluit: quia necesse fuit incarnari. Q. ⁊ si obiicitur. igitur genus humanum reportauit sibi commoda ex malicia sua. Dicendum q̄ ex hoc humana natura non reportauit sibi commodum ex sua malicia: sed ex bonitate diuina ⁊ sapientia. Quia enim sapientia dei vincit maliciam. hinc est q̄ non patitur aliqd malum fieri de quo non eliciat maius bonum. Alioquin non perfecte maliciam vinceret. sicut aperte dicit Alexander de hales in secunda parte summe. q̄ nisi per hoc aliq̄ modo meliores fierent qui reparātur ad innocentiam nō permitteret summe potens. summe sapiens. ⁊ summe bonus mala fieri. Et licet per malorum deprauationem multi subuerti videantur: consideratis tamen omnib⁹ que sunt in mundo plus est bonum vel numero vel quātitate quod elicit deus ex malo q̄ sit bonum quod destruitur per malum. Hec ille. Et quia esse potuit aliquod maius in natura humana scilicet vnio humane nature cum diuina in persona christi. Ideo deus cuius infinita est bonitas ⁊ misericordia culpam esse permisit in homine propter istud maximū bonum eliciendum. Cuius gratia canit ecclesia. O culpa nimium beata que tantum ac talem meruit habere redemptorem. Nam si homo non peccasset deus homo non fuisset. sicut expresse dicit Leo papa in sermōe de summa trinitate. Si inquit homo ad imaginem dei et similitudinem in suo honore mansisset creator humani generis et totius mundi creatura non fieret.

Secundo queri potest vtrum deum decuit carnem assumere ⁊ sic hominē redimere. ꝑsertim cum nihil spectans ad ꝓtemptibilitatem ⁊ abiectōem decet summā maiestatem. sed carnē assumere que est de limo ⁊ in ea cōtemptibilem mortē susc̄ipere dicit vilissimā abiectiōem. quare videtur ꝙ nullo modo deceat dei maiestatē. Ad ꝟ dicendum ꝑut tetigit Bonauētura sup̄ tercium sine dubio decuit deum carnē assumere ⁊ hominē redimere ⁊ hoc ꝓpter eminētissimā manifestatōem sue potētie sapiētie ⁊ bonitatis. ꝙ sic patet. Nam infinita potētia non potuit se perfecte manifestare: nisi per effectū aliquo modo infinitū. nihil autem est infinitū actu nisi solus deus. Igitur ad ostensionē sue infinitatis necessarium fuit aliquez effectū fieri cui attribuere tur vnū quod esset bonum infinitū. sed hoc fuit ꝙ deus incarnatus est. Nihil enim maius est q̄ deum fieri hominē. Secundo ad sapientie sue manifestatōez decuit eū assumere carnem que maxime ostendit in diuinorum excellentissima cōsumatione. q̄ quidem facta est cum vltimum cōiunctum est ꝓximo. quia ibi est perfectiōis cōsumatio. vt patet in circulo qui est perfectissima figurarum termīans ad idem punctū a quo incipit. Naz principiū a quo omnia facta sunt verbum vel deus est. Vltimū autē in operibus est homo qui per incarnationem cōiungit̄ suo principio vnione qua sub deo nulla maior esse potest. Nec decuit sūmaz sapientiaz nobilissimā creaturam permittere vniuersaliter suo fine fraudari. Sed nisi reparatio īterueniss̄et omnes homīes suo fine defraudati fuissent. ⁊ ita vane filij hominū essent cōstituti qō diuine sapiētie non cōgruebat. quia nihil incōgruz fecerat. Unde per hoc suū ꝓpositum de⁹ infirmari ꝓmisisset. quia ꝓposuit hominez perducere ad beatitudinez. Nam ꝓpterea fecit illum deus ad imaginē ⁊ similitudinez suam: qō nullo modo decebat. Tercio ad ostensionem sue infinite bonitatis que potissime demonstrabatur in superabū danti solutiōe preciꝫ: in liberationē hominis captiui. quia sola diuina persona erat que toti generi humano ꝓponderabat. quia tantum se humiliabat quātum homo se prius exaltabat: vt sic fieret debita recompensatio. Nam sicut in homīe fuit excessus vicios⁹ ⁊ in nimietate ꝓsumptōnis ⁊ elationis. sic in christo excessus virtuosus exinanitionis ⁊ humiliatōis que in assumptiōe humane nature facta est ex charitate ⁊ pietate. Unde quia deus plen⁹ est misericordia ⁊ dilectione. ideo fecit filiū suum incarnari. non hominis malicia: sed diuine dilectōnis nimia misericordia. Juxta illud apostoli. Deus qui dives est in misericordia ꝓpter nimiā charitatē suam qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis cōuiuificauit nos christo. vt sic fm apostoluz: diligentibus deuz omnia cooperātur in bonū etiaz peccatū: vt dicit Glo. Tercio queri potest vtrū ex parte hominis erat ratio cur magis decuit eum reparari q̄ angelū qui nobilior ⁊ ad eternam beatitudinē factus sicut homo. quem tamē relenari non decuit ex miseria. quia si decuiss̄ vtiq̄ deus ex infinita sua misericordia feciss̄et. Ad hoc respondet Bonauētura vbi sup̄. ꝙ ex parte homīs triplex causa fuberat cur decuit reparari per incarnationē ⁊ passionez ⁊ non angelū. Primo si cōsideretur dignitas hominis c̄oditi que tanta erat ꝙ ꝓpter ip̄m facta sunt vniuersa. non autez ꝓpter angeluz. Si igitur homo careret fine suo: tunc similiter oīa essent suo fine fraudata. Ideo deus incarnari voluit ⁊ mori non solum vt homini suam dignitatē inter ceteras creaturas demonstraret. sz etiam vt homini ꝓ quo tantam deus facere voluit tantaq̄ pati voluit suā dignitatez ⁊ eminentissimā charitatem ⁊ fidelitatem cōmendaret. Secundo si consideretur modus labendi. quia scilicet angelus particulariter cecidit scilicet ⁊ sponte sua. sed humana natura vniuersaliter cecidit suggestione aliena. ⁊ ideo nisi fieret redemptio in humano genere deus in humana natura suo fine fraudaretur. non autem in angelica. Et iterum. Decens tunc erat humanam naturam per alium deceptam denuo per alium renouari. vt sicut filij peccau-

runt in parente. parens autem in diabolo suggerente. sic ꝛ homo reparet angelo nũciante ꝛ domĩo reuelante. Q. ꝛ si obijcitur angelus etiam temptabat ante casuꝫ. Dicendum ꝙ homo fortius temptabat ꝙ angelus. qꝛ angelus plus resistere potuit malo angelo ꝙ homo. Tercio si cõsideret status lapsi hominis qui ꝙgruit magis redẽptioni. quia in illo statu fuit pena cum miseria. ꝛ pena placabat quodãmõ diuinam iusticiam. miseria puocabat misericordiã. presertim cum homo post lapsum penituit vbi angelus obstinatus permansit. ꝛ ideo nihil ei redemptio ꝓfuisset. Hinc etiam diabolus ad hanc obstinatõem inducere hominem conabat. Vnde Alexander de halis in. iij. parte summe exponens illud Jo ne. ij. Per me orta est tẽpestas de filio dei ait. ꝙ lucifer ꝓuidit rationalem creaturaꝫ assu[m]ndã in vnitatem persone filij dei vidit ꝛ inuidit: cecidit ꝛ tẽptauit: eiusꝙ inuidia mors intrauit in orbeꝫ terraꝝ. Vnde inuidia que fit causa diabolici casus impulit ipm ad temptandũ hominez cuius felicitati inuidebat vt per peccatũ humana natura demereret assumptiõem ꝛ vnibilitatem ad deuꝫ. Dec ille. Ex ꝓdictis igitur cõcluditur ꝙ licet angelica natura nobilior est ꝛ ad beatitudinẽ eque facta. non tamen est tam idonea ad reparatiõem sic humana natura. Quarto queri potest vtꝛ homo indiguit ex necessitate ad perfectaꝫ nature reparatiõem ꝙ filius dei incarnaretur ꝛ pro homĩe patereꝫ. hoc est vtrũ ne aliqua pura creatura vel angelica vel hũana satisfacere potuit pro peccatis protoparentũ. Ad hoc rñdet Tho. super terciũ distin. xx. ꝙ oportebat fieri ꝓdignaꝫ satisfactionem pro peccato hũane nature. alias enim nõ restitueret prime dignitati. Ad ꝟ igitur ꝙ essꝫ ꝓdigna satisfactio oportebat ꝙ reparator haberet virtutẽ infinitaꝫ. ꝗa peccatũ pro quo fiebat satisfactio ꝗndam infinitatem habet ex tribus. Primo ex infinite diuĩe maiestatis offensa incꝛtũ erat per ꝓemptũ inobediẽtie. Quãto enĩ maior est in quem peccat: tanto etiaꝫ grauior est culpa. Secũdo ex bono qõ per peccatũ auferebatur qõ est infinitũ: sez ipe deꝰ per cuius participatiões fiunt homĩes beati. Tercio ex ipa natura que corrupta erat ꝙ infinitatem quandaꝫ habet incꝛtum in ea possunt suppositа multiplicari in infinituꝫ sed actio pure creature non potest habere infinitã efficaciaꝫ. ꝛ sic nõ potuit homo satisfacere. Q. ꝛ si omnes homĩes ab Adam vsꝙ ad vltimũ nasciturũ sigillatim tanta facerent ꝛ paterẽtur quãtum christus egit ꝛ passus est. non possent tamẽ ex cõdigno per hoc vnam redimere animaꝫ. Cuiꝰ causam tangit Anselꝫ. dicens ad discipulum. Quid reddes deo pro peccato? Respõdit Penitentiã cor contritũ ꝛc. Tunc Anselꝫ. In omnibꝰ ꝓis non reddes deo qõ ei non debeas añ petiñ rõe creatõis tue ꝛ bõi qõ accepisti ab eo. Nõ enizꝛ si nõ peccasset se totuꝫ deberet deo ꝛ quicq̃d facere posset. Dec ille. Nec etiaꝫ angeli genus humanũ repare potuissent: etiam si omnibus assumptis corporibus eadem que christꝰ pro redemptõr generis pegissent. Cuiꝰ ratio est quia homo in instanti sue conditõis tante dignitatiꝫ erat ꝙ nulli creature debitor fuerat ratione sue beatitudinis. sed est debitor ꝛ obnoxius ei qui reparauit ipm ad beatitudinem. Si igitur facta fuisset reparatio per angelum non esset restitutus pristine dignitati homo. Ex quo relinquitur ꝙ solus potuit reparare qui potuit condere. Qõ ꝛ fecit ex infinita sua charitate quaꝫ habuit ad homĩes. quam ꝛ ostendere voluit in assumpta natura. vt sic per hoc visibile traheret eos in amorem inuisibilis dei. Diere. xxj. In charitate perpetua dilexite. ideo attraxi te miserãs tui. Quibus putas meritis? Nullis vtiq̃. Deꝰ sine vllis meritis ꝓcedentibꝰ vnitꝰ est hũane nature vt gr̃aꝫ ꝛ charitatẽ suam hominibꝰ cõmendaret. ꝛ spem sue dilectiõis hominibus viscerosius imꝓmeret: hoc scilicet modo per quem homo fiducialius ad deuꝫ accederet cum tam longe esset ab hominibus. iustus ab impijs. beatꝰ a miseris. Nam homo miser ꝛ dure cervicis cũ infideliter ageret diuine fideli promissioni credere non potuit qua dicit Ozee. xiiij. Sanabo contritiões

eoꝝ diligam eos spontanee. i. nullo eorum merito hoc exigente: sꝫ ꝓpter memetipm. nisi prius charitas diuine pietatis ⁊ promissionis transiret in effectum. Nec mirũ quia nihil erat in homine propter qđ diligendum se speraret. ⁊ ideo suspectam habuit charitatem dei. Quam suspitõem deus tollere veniens factus est homo ⁊ in homine vermis: opprobriũ hominum ⁊ abiectio plebis. exhibens nobis tanta dilectionis signa ⁊ dulcedinis vt non remaneret aliqđ diuerticulũ excusatõis. Nec est qui se merito abscondat a calore eius. Unde dicit Bern̄. in sermõe. ꝙ deus volens nobilem creaturaꝫ renouare. Si inquit inuitum coegero asinuꝫ habeo: eo ꝙ non libẽs veniat. Nũquid asinis dabo regnũ meum aut de bobus cura est mihi? Scio quid faciam. Homo timidus est naturalr. sed post lapsum vtiqꝫ in Adam terrebo eum: si forte sic cõuertatur ⁊ viuat. Et ꝯminatus est acerba: scꝫ temporales plagas in fame. siti. persecutõe. Acerbiora: scꝫ mortes temporales. vt patꝫ in dathan. abyron. ⁊ chore ⁊c̄. Acerbissima. s. penas eternas. tenebras palpabiles. vermes ĩmortales. ignẽ inextinguibilẽ. Sed homo sentiens dilationem. vt patꝫ in fine veteris testamẽti cõtempsit cõminatões. Cũ igitur nec sic homo reuocaretur ait deus. Homo non solũ timidus: sed etiaꝫ cupidus est. Promittã igitur ei aurũ. argentuꝫ. fructus terre. pecora multa. pacẽ in circuitu. vitam longã. in fine quoqꝫ vitam eternaꝫ. Videns tandeꝫ deus ꝙ nec sic ꝓficeret. Adhuc inquit vnuꝫ restat. quoniaꝫ amor inest homini. si per hũc hominẽ trahere potero optime fiet. Venit igitur nostrã naturam assumendo. in qua se tam dulcissimuꝫ ⁊ benignissimuꝫ exhibuit vt eius passiõe lapides scinderentur. Qui ergo ꝯuerti noluerint merito audituri sunt: quid vltra facere debui ⁊ non feci. Redemptio igitur generis humani fuit principalis causa dñice incarnationis q̃tum ad remotõem mali. Secũdaria causa multiplex est. vt tãgit Tho. ĩ tercia ꝑte summe. ⁊ in. iij. sentẽtiaꝝ. Prima ꝓpter tyrannicã hostis potestatẽ refrenãdam. qui ante dñicam incarnatõnem toti mundo ꝓpter peccatum hominis potestatiue domĩabatur. sed per incarnatiõem et passioneꝫ domini eius potestas est limitata ⁊ diminuta. Secũda ꝓpter dignitatem hominis ꝯseruandam. quia quãto aliquid est noblius: tanto diligentius debet seruari ⁊ custodiri. Hinc hũana natura ex vnione diuinitatis multuꝫ nobilitata diligentius debet custodiri a peccatis. Tercia propter homĩs p̃sumptõeꝫ tollendã. quia nulluꝫ meritũ puri hominis totiusqꝫ humani generis dignũ fuit vt filius dei carnem assumeret vel peccatũ originale deleret. Ratio primi est. quia per incarnatiõem facta sunt tria que omnẽ meritũ humanuꝫ excedunt. vnio in persona infusa. primaria diuina gratia. ⁊ reformata tota humana natura. Quarto propter mentis elationẽ remouendã. quia si deus se tantum h[illegible]liauit ꝙ absqꝫ meritis alicui⁹ formaꝫ [illegible]i accepit: ⁊ nobis sic intime vniri voluit. multum in humana natura debet redargui superbia. que magnum impedimẽtuꝫ prebet ne deo homo vniri possit. Quĩto propter criminis quo obligamur satisfactiõem plenissime faciendã. Cum eniꝫ homo in deum peccãdo deũ offenderat in infinitũ. ꝯueniens erat vt quodãmodo infinitã penã pateret̃. vel infinita satisfactio ꝓ eo solueret̃ quam satisfactõeꝫ solus deus soluere ⁊ penam infinitã sustinere poterat. De qua pena latius habetur in passione domini. Ad laudem dei. Amen.

De secũdarijs causis ĩcarnatõis quãtã ad promotõeꝫ boni que dicũtur septuplices. ⁊ de causa primaria ipsi⁹ ĩcarnatõis. Ser. xvij.

Ecce rex tuus venit tibi ⁊c̄. Dicit Bern̄. in sermõe. ij. de ephya dñi. Obsecram⁹ charissimi ꝓsit nobis tãta charitas quã de⁹ maiestatis nobis exhibuit. tãta hũanitas quã suscepit. tanta benignitas q̃ nobis in christi humanitate apparuit. Agamus igitur gratias redemptori ⁊ mediatori nostro ꝑ quẽ nobis innotuit tam bona erga nos vo

luntas dei patris. Siquidem talem iaz no
uimus eius animũ vt non ĩmerito dicam⁹
Si curro non quasi in incertuz. Profecto
enim tale est cor dei patris erga nos quale
nobis exp̃ssit qui de corde eius processit.
Nam christus in humanitate taz opere q̃
sermõe nobis luculẽter ostendit erga nos
paternam charitatẽ. longanimitatẽ. beni
gnitatem. ac largitatẽ non solum in remo
tione mali sed etiaz in ꝓmotõe boni. Pro
quo sciendũ ꝙ q̃tum ad promotõem boni
secundaria causa similiter erit multiplex.
Nam ſm Tho. in tercia ꝑte summe. christ⁹
incarnari voluit vt hominẽ in bono ꝓmo
ueret. ⁊ hoc sex modis. Primo ostendẽ
do propriã perfectiõem. Naz per hoc mõ
strauit suaz bonitatẽ siue clementiã: eo ꝙ
proprij plasmatis infirmitatez non despe
xit [illegible]m sapientiã que reperit difficilimuz
decentissimã solutionem: suaz iusticiã inue
niendo solutionẽ rectam. eo ꝙ nõ vi eripu
it hominẽ: sed hominẽ victum fecit vince
re tyrannũ per lignuz. Suam deniq̃ potẽ
tiam. quia nihil maius est q̃ deum fieri ho
minez. Secundo rectificãdo nostrã cogni
tionem que q̃tum ad fidez certificatur ex
hoc ꝙ non angelo vel homini: sed xp̃o deo
loquẽti credit. Unde Augusti. ij. de ciuit.
dei. Ut homo fidẽtius ambularet ad veri
tatem: ip̃a veritas dei filius assumpto ho
mine cõstituit atq̃ fundauit fidez. Tercio
erigendo nostram exspectationẽ vel spem.
Per hoc enim ꝙ dei filius est nobis vnit⁹
naturaz assumẽdo: maxime nostra spes eri
gitur ꝙ diligamur ab eo ⁊ vniamur ei. Un
de dicit Augus. Gratia dei nõ potuit gra
tius cõmendari q̃ vt ip̃e dei filius vnicus
ĩmutabilis in se naturam humanaz indue
ret. Quarto inflãmando nostram tepidaz
dilectionem, que scilicet per illius incarna
tionem maxime inflãmatur. Augus. de ca
thezisandis rudibus. Que magis est cau
sa aduentus dei: nisi vt deus ostẽderet su
am dilectionez in nobis. Sequit̃. Si ama
re pigeat: saltez reamare nõ pigebit. Quĩ
to regulando nostrã indebitaz ⁊ incertam
operatiõem. quia per incarnatiõem suam
exemplũ nobis prebuit recte viuendi ⁊ be
ne operãdi. Augusti. in sermone de natiui
tate. Homo sequẽdus non erat qui videri
poterat. deus sequẽdus erat qui videri nõ
poterat. vt igit̃ exhiberet homini illuz qui
ab homine videret̃ ⁊ quem homo sequere
tur: deus factus est homo. Sexto ꝑducen
do nos ad sui plenam fruitionẽ. quia per il
lam collata est nobis ad plenũ participa
tio diuinitatis. que vere est beatitudo ho
minis ⁊ finis humane vite. Unde Aug⁹.
in sermõe de natiuitate. Factus est de⁹ ho
mo vt fieret homo deus. Ad maiorẽ ta
men euidentiã sciendũ ꝙ Bonauẽtura su
per terciuz. distin. j. querens que fuit ratio
principalis domĩce incarnatiõis: in res̃põ
sione ponit duas opiniones que earuz ve
rior sit ille nouit qui ꝓ nobis incarnari di
gnatus est. Quis inquit istorũ modorũ di
cendi p̃ponendus sit alteri difficile est vi
dere. eo ꝙ vterq̃ modus catholicus sit: et
a veris catholicis sustinetur. Prima nã
q̃ opinio simpliciter tenet ꝙ precipua ra
tio domĩce incarnatõis fuit reparatio hu
mani generis: q̃uis alie multe sunt ratio
nes congruentie huic annexe. vt supra di
ctum est. Secunda ṽo opinio subtilior est.
que iudicio rationis multum cõsonare vi
detur. Dicit enim ꝙ de misterio incarnati
onis dupliciter est loqui. quia incarnatio
est carnis assumptio. De carne ṽo assum
pta loqui põt dupliciter. Uno modo quo
ad passibilitatis defectũ ⁊ mortis. Et tũc
dicunt ꝙ incarnatõis precipua ratio fuit
generis humani redemptio. quia nisi homo
peccasset. ⁊ lapsus ac redimẽdus esset chri
stus carnẽ mortalez non assumpsisset. Un
de super illud Psal. Infixus sum in limo
ꝓfundi. dicit Glo. Augus. Utinam homo
maneret in eo qd̃ eum deus fecit. Si enim
maneret in eo qd̃ deus eum fecit in limo ĩ
fixus nõ esset. qm̃ aũt nõ mãsit ille ĩnocẽs
quẽ genuit de⁹: iõ mers⁹ est ĩ ꝓfundo masse
corrupte. Secũdo ṽo q̃tũ ad substãtiam
hũane nat̃e simplr. ⁊ tunc dicũt ꝙ p̃cipua
ratio ĩcarnatõis nõ ẽ liberatio. qr xp̃us ĩ
carnatus esset etiam si homo non peccas
set. Et huius ratio est multiplex perfectio
surgens ex dignitate illi⁹ operis. Incar

natio nãq; facit ad ꝑfectõez ipsi⁹ hominis
⁊ per cõsequẽs ad perfectõem totius vni
uersi: in hoc ꝙ completõem dat generi hu
mano ſm illud ꝙ respicit tam naturam q̃
gratiam q̃ etiã gloriam. Primo ſm illud
qđ respicit naturaz. quia in incarnatõe fa
cta est ꝯsumatio modoꝝ educendi homĩes
in esse. Nam primus homo fuit educt⁹ si
ne viro ⁊ muliere. Secũdus a viro sine mu
liere. Tercius a viro ⁊ muliere. Quartus
scz christ⁹ a muliere sine viro. Si igit̃ chri
stus natus nõ fuisset vnus modus ꝓducti
onis homini deficeret: ⁊ sic vniuersuz per
fectũ non esset. Est eniz ibidem ꝯsumatio
in comꝑatiõe ad perfectõem agentis in h̃
ꝙ in incarnatõe homo qui est vltim⁹ ꝯiun
gitur cum suo ꝑncipio vnione qua sub deo
nulla maior est. Et in hoc complet⁹ est to
tius humane nature appetitus duz ꝑ opus
incarnatõis nobilissima idoneitas que fu
it in humana natura ſm quã vnibilis erat
diuine: ad actum perfectũ reducit̃. Et ido
dicunt ꝙ licet homo lapsus non fuisset: ni
hilominus deus incarnat⁹ fuisset. quia ita
competebat hominẽ perfectũ esse ſm natu
ram ⁊ gratiã ac etiam gloriã. vt sic huma
na natura potiorẽ suam dignitatem cõse
queret̃. Vnde super illud ad Hebre. Nus
q̃ angelos apprehẽdit. dicit Glo. Nõ an
gelice nature data est hec dignitas vt ei ꝑ
sona diuina vniret̃. Nec quidem potuit h̃
opus excellẽtissimũ lapsu ꝓthoparẽtis im
pediri quin hũana natura per eius incar
nationez exaltaret̃ super omne creatũ. q̃a
sic decebat diuinã benignitatẽ ⁊ sapienti
am vt perfecte vinceret ip̃am maliciã. Sa
pientia nãq; diuina in tantũ vincit malici
am ꝙ non patitur maluz aliqđ de quo non
eliciatur bonũ: etiam ⁊ magis bonũ. Alio
quin non perfecte maliciam vinceret. ⁊ ꝓ
pterea ꝯtra ꝑuaricationẽ Ade primi q̃ to
tum genus humanuz interfecit: statuit re
ctitudinẽ Ade secundi qui pro toto gene
re humano posset satisfacere. Cuius etiaz
obedientia multo plus deo placere posset
q̃ inobediẽtia primi Ade displicere potu
it. Bonitas enim diuina tanta est ꝙ ex ea
deus plenus est dilectione et misericordia
adeo ꝙ diligentib⁹ se his qui ſm ꝓpositu
vocati sunt sancti: omnia facit cooꝑari in
bonũ. Ex hoc enim nos obligauit ad maio
rem dilectõem. hũiliatõem. gratiarũacti
onem. Nam si magnũ erat deum simplici
ter incarnari. magis tamen erat carnez in
fectam passibilem et mortalem assumi. ac
pro humano genere vilissima ac acerbissi
ma pena mori. Vnde Ephe. ij. Deus q̃ di
ues est in misericordia ꝓpter nimiã chari
tatem suã qua dilexit nos cum essem⁹ mor
tui peccatis ꝯuiuificauit nos in christo. i.
in morte christi. cuius gratia estis saluati
Et cõresuscitauit scz in spe. ⁊ ꝯsedere nos
fecit in celestibus in christo Jesu. vt ostẽ
deret in seculis suꝑuenientibus abundan
tes diuitias gratie sue ĩ bonitate suꝑ nos
ĩ christo Jesu. Et Gerñ. in sermõe Scio
quia dulce nobis est In ꝑncipio e[illegible]er
bum. dulcius Verbuz caro factum [illegible]. sed
dulcissimũ verbum in cruce suspensuz. Et
iterum. Domine Jesu christe libenter au
dio te. regnantẽ in celis. libentius nascen
tem in terris. libẽtissime crucem clauos et
lanceam sustinentẽ. Secundo ꝟo incarna
tio fecit ad perfectiõem ip̃ius hominis in
hoc ꝙ completiõez dat humano generi ſm
illud qđ respicit ip̃am gratiam homini cõ
ferendaz. quia in incarnatiõe christus as
sumpsit humanã naturaz ratione charita
tis ⁊ gratie. Et simul cum hoc facit ad per
fectionem meriti. quia omnia merita pen
dent ⁊ meliorantur merito christi. Hic b
igitur queri potest de gratia capitis quid
sit. vtrum sit aliquid creatuz vel increatũ.
ꝑsertim cum nullum creatum influit motũ
⁊ sensuz ĩ membra christi. sed gr̃a capitis
est ſm quã est influẽtia mot⁹ et sensus ĩ mẽ
bra xp̃i. ergo gr̃a capitis nõ põt esse aliq̃d
creatuz. Ad h̃ rñdet Bonau[illegible]ra suꝑ. iij.
dist. xiij. ꝙ caput in spũalib⁹ trãssumptiue
dicit̃ a capite in corꝑalib⁹. Omnes autem
trãsferentes ſm silitudinẽ trãsferũt. ideo
caput in spũalib⁹ dicit̃ ſm ꝯcomitãtiã ad
aliquã ꝓprietatẽ capitꝫ materiał. In ca
pite aũt materiali hec tria ĩuenimus. scili
cet ꝙ est mẽbris cõforme. ⁊ ꝙ est mẽbroꝝ
ꝑncipiũ. silr ꝙ est influxiuũ sensus ⁊ mot⁹.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

Quapp̄ter in ip̄o reperiūtur om̄es sensus perfectiori modo q̄ in alijs mēbris. Omnes igitur has ꝓprietates in christo reperimus respectu suoꝝ membroꝝ spiritualium. ⁊ ideo rationabilr dicit scriptura christum esse caput toti⁹ ecclesie. Nam prima ꝓprietas que est cōformitas cuꝫ membris illi competit ratōe hūane nature. sicut dicit Augusti. super Johannē. Unius quippe nature sunt vitis ⁊ palmites. ꝓpter qd̄ christus cum esset deus [illegible]uius nature nō sumus: factus est homo vt ī illo esset vitis in hūana natura. cui⁹ nos palmites esse possemus. Omnino v̄o idem est de capite ⁊ vite intelligendū. Et sicut caput materiale est indiuisuꝫ a membris, per vnitatem nature. sic vnio capitis huius ad corpus ecclesie per fidem est ⁊ dilectōeꝫ. Nam indiuisio spiritualis nō priuat distantiaꝫ localem vel separatōem corporū. sed suparati[illegible]em ⁊ discōuenientiam mentiū ⁊ affecti[illegible]em. Dicit enim apostol⁹ Ephes. iiij. habitare christum in cordibus nostris per fideꝫ scilicet dilectōe formatā. Secūda v̄o ꝓprietas que est membroꝝ esse principiuꝫ christo cōpetit ratiōe diuine nature s̄m q̄ est omniū principiū. Unde sup̄ illud Col. j. Ipse est caput corporis ecclesie qui est principiuꝫ ⁊c. dicit Glo. Qui est principium s̄m diuinitatē scilicet fundamentuꝫ ecclesie. quia om̄es iusti qui ab Abel vsq̄ ad vltimū iustum generātur: eius virtute ⁊ diuinitate illuminātur. Nihilomin⁹ christus tamen posset aliquo modo esse principiuꝫ membroꝝ, suorum q̄tum ad esse gratie etiam s̄m humanā naturaꝫ. quia nunq̄ aliq̄s gratiaꝫ cōsecutus esset nisi haberet in corde christum vt fundamentū qd̄ collocatur per fidem. Fundamentū enim nemo aliud ponere potest in membris p̄ter id qd̄ positu est: qd̄ est christus Jesus. sine quo fundamento nemo potest habere gratiam. qꝛ nunq̄ fuit alicui salus nisi fide mediatoris Tercia ꝓprietas: scilicet influēdi sensum ⁊ motum cōpetit illi ratione vtriusq̄ natu[illegible]. quia dupliciter cōuenit influere sensum [illegible] motum gratie. scilicet per moduꝫ p̄parā[illegible]s. ⁊ sic est ip̄ius christi ratōe humane nature in qua passus est propter nos ⁊ patiendo satisfecit ac remouit iniurias. disposuitq̄ ad suscipiendū gratiam perfectam. ⁊ sic eius humanitatis est influere per modum merentis. ita q̄ influētia primo respicit christū s̄m naturam creataꝫ. Secundo v̄o ꝯuenit influere per modū imp̄cientis ⁊ cōferentis: qd̄ est ip̄ius christi ratione diuine nature. qꝛ solus deus est qui pias mētes illumīat: solus qui interius baptizat. ꝓ eo q̄ mens nostra īmediate ab ip̄a veritate formatur. ⁊ sic influētia secundo respicit christum s̄m naturaꝫ increatā. Ex quo patꝫ q̄ gratia capitis primo modo nominat gratiā creatam secūdo modo gratiaꝫ increataꝫ. Ad maiorem tamē euidentiam sciendū q̄ sensus in spiritualib⁹ attenditur q̄tum ad cognitiōem. motus v̄o q̄ntum ad affectionē ⁊ dilectōem. que est pōdus inclinans vnūquenq̄ spiritum ⁊ trahens ad locum sibi debitum. Influere igitur motum ⁊ sensum est in nobis creare fidem operantez dilectōem et cognitionez: Que cognitio ⁊ dilectio sunt ī triplici differentia. Nam quedam respicit statuꝫ meriti ⁊ dicitur gratia. Quedam v̄o statum premij que dicit̄ gloria. Quedam est vtrisq̄ ānexa que nec est de essentia meriti nec premij: sed de bene esse. Et s̄m hanc triplicem differentiam gratia capitis influit in membra: Gratia quidē increata effectiue sed gratia creata meritorie. Nam per meritum passionis christi promissum patrib⁹ p̄cedentibus dedit deus gratiam recōciliationis: sed ꝓpter hoc exhibitū dat nobis gr̄aꝫ recōciliatōis abundāti⁹. in qua quidem gratia est sensus cognitiōis: ⁊ motus affectōis. ⁊ rursus per illam passionē aperta est ianua celestis vt omnibus membris christi detur cognitio et delectatio gloriosa in quibus p̄fectius cōsistit sensus ⁊ motus. Ex eadem etiaꝫ angelis multa misteria reuelantur ⁊ gaudia multa conferūtur de sua restauratione que inuenit̄ facta per christum. Et ideo etiam ip̄i accipiunt motum ⁊ sensum. non tamē illum qui est de essentia gratie ⁊ glorie. sed q̄ est de bene esse ⁊ perfectōe redūdat. Igitur gr̄a capitis

255



influit in omnes ciues celestis iherusalez: sed magis in homīes qui redimūtur q̄ in angelos qui ītegrātur. magisq̄ in eos qui sequūtur eius aduentuz q̄ in eos qui precesserunt. quia clarius vident ⁊ credunt ⁊ carismatum donis amplius perfundūtur. Hic tamen sciendū ſm Alexandrū de hal. in. ij. pte summe. q̄ sensus spiritualis fundatur in natura spirituali ſm q̄ anima ſm intellectū dicit̄ spirit⁹. Et ſm Bonauent. sensus spiritualis dicit̄ vsus interior gratie respectu ipsius dei ſm proportionē ad quinq̄ sensus corporales. Et sic accipiūt sensus Origeñ. ⁊ Gerñ. qui distinguūt q̄nq̄ sensus īteriores: quorū quilibet vt vult Gerñ. radicem habet in intellectu et affectu. p eo q̄ cognitionez experimētalem dicant: cuz tamen ſm rem necesse est ponere vnū sensum interiorē: licet propter modū comp̄hendēdi plures esse dicātur. q̄a vna erit potentia ſm quā erit videre ⁊ gustare ⁊ ita vnū erit in substātia videre et gustare: Vnde Augus. in libro cōfessi. Cū amo deum meuz amo lucem. vocem. odorez. cibum. amplexuz interioris homīs mei. vbi fugiet anime mee qd̄ non capit locus? vbi sonat qd̄ non capit corpus? vbi olet qd̄ nō spergit flatus. vbi sapit qd̄ nō minuit edacitas? vbi heret qd̄ non diuellit satietas. Ad laudem dei. Amen.

De gratia in generali ⁊ eius effectibus liberalitateq̄ donātis. Sermo. xviij.

Ecce rex tuus ⁊c. Ex quo dictū est (q̄ incarnatio christi facit ad perfectiōem hominis in h̄ q̄ completionē dat humano generi) in sermone p̄cedenti ſm illud non solum q̄ respicit naturam: sed etiam q̄ respicit gratiaz. Ideo de gratia in generali p̄sequēdo: prima queri potest cum dicat apostol⁹. j. Corinth. xv. q̄ deus cui vult miseretur: ⁊ quē vult indurat. cur vnū eligit conferēdo gratiam: alterū abijcit deserendo in malicia. vnuz suscipit ad veniam: alterū reprobat ad gehennam. sicut luculenter apparuit in Dauid et Saul. ambo peccauerunt. ambo ꝯfessi sunt: dicentes peccaui. tamen vnus qui maior videbat̄ in peccatis ad veniam ⁊ gratiam assumptus est. alter autē a deo reprobatus est. Quid est hoc? nū quid iniquitas est apud deum: aut personarū acceptio apud ipsuz? Ad qd̄ respondet ibidem Glo. Scrutetur qui potest tam magnū p̄fundum iudiciorum dei. Nolo vt hoc a me queras. homo sum. p̄funduz nimis hoc aduerto esse. nō penetro: sz expauesco. Quare? Quia vt ibidem p̄sequitur. meritū obdurationis inuenim⁹: misericordie tamen meritū non inuenimus. Dicit tamē Lyra super hunc locū. q̄ a deo non electi in peccatum ruūt non est p̄pter dei defectum vt deficiūt ei instinctus diuini ad bonum: sed est p̄pter defectū liberi arbitrij non recipientis illos instinctus. ⁊ sic eis gratia iuste denegatur. qua subtracta sequitur induratio in peccatis. Nam vt dicit Tho. sup. iiij. distin. xvij. Bona volūtas que gratie gratūfacientē precedit ex deo nobis p̄uenit: qui gratuita sua bonitate nos ad hoc p̄uocat vel flagellis: vel auxilio interiori vel exteriori. Sed per cōtinuatam resistētiam huius p̄uocatiōis miser homo diuīe bonitati ponit obicem ingratitudinis: cōtemnēs gratiā diuine liberalitatis. ita q̄ ad maluz assuefactus tandem ad illius cōtrarium bonuz: specialius obduratur contrario vitio. Vnde Augusti. de illo Geñ. cōtra manicheos libro. ij. dicit. In dolore paries filium. Verū est sacramentū huius sententie q̄ nulla est abstinentia a voluptate carnali que non habeat in exordio dolorem: donec in meliorez partem cōsuetudo flectatur. Ad qd̄ cum p̄uenerit quasi natus est filius. i. ad bonuz opus paratus affectus per cōsuetudinez bonam. que cōsuetudo vt nasceretur cuz dolore reluctandum est cōsuetudini male. Alioq̄n vt idem dicit libro cōfes. Lex peccati est violentia cōsuetudinis. qua trahit̄ inuitus animus eo merito quo in eam volens illabitur. Et sic vt idem alibi dicit. Cum vult non pōt. quia quādo potui noluit. i. per malum velle perdidit bonum posse. Sic qui peccator